C.
a. 31. n/7

Platonis
opera
omnia
III.
2.

№ 389.

40

# BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XIII. SECT. II.

CONTINENS

PLATONIS OPERA VOL. III.

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO SECUNDA.

GOTHAE ET ERFORDIAE. MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI DAV. NUTT 270, STRAND.

IV 52

# PLATONIS OPERA OMNIA.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

K. K. GYMNASIALBIBLIOTHEK

C. a. VI. 7

VOL. III. SECT. II.

CONTINENS

POLITIAE LIBR. VI–X.

II a 16

EDITIO SECUNDA

PLURIMIS LOCIS AUCTA ET EMENDATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI DAV. NUTT. 270. STRAND.

105

# PLATONIS
# POLITIA
SIVE
# DE REPUBLICA
## LIBRI DECEM.

RECENSUIT
PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS
ILLUSTRAVIT
GODOFREDUS STALLBAUM.

VOLUMEN SECUNDUM

LIBROS QUINQUE POSTERIORES CONTINENS.

EDITIO SECUNDA PLURIMIS LOCIS AUCTA
ET EMENDATA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DAV. NUTT. 270. STRAND.)

# ARGUMENTUM

## LIBRI SEXTI.

Socrates imaginem philosophi ad civitatem administrandam idonei exhibens ita disputare pergit. Quum igitur, inquit, philosophi sint ii, qui aeternas rerum species et formas cognoscere animoque intueri student; contra ii, qui in rebus variis, fluxis, mutabilibus considerandis versantur, non sint philosophi: utris civitatis gubernatio tradenda sit, facile intelligitur. Philosophi enim quum habeant ipsius veritatis cognitionem, quid iustum sit in civitate, quid iniustum, acutissime videbunt. Quocirca ii, qui vim et naturam cuiusque rei noverunt, eligendi sunt civitatis custodes, praesertim quum nec iis careant virtutibus, quibus alii excellere videantur. Quod quidem ita esse optime ex ipsa philosophi natura, qualem descripsimus, cognosci potest. Etenim flagrantissimo earum rerum, quae revera sunt, amore incensi etiam eas artes ac studia amabunt, quae ipsis vim aeternae illius *οὐσίας* veluti patefaciant. Quo quidem studio non potest non effici, ut fraudem et mendacium maxime fugiant, veritatem unice diligant. Nihil enim cum sapientia, cui illi certe student, maiore continetur necessitudine quam veritas; ita ut qui illam appetit, huic quoque amicus sit prorsus necesse sit. Quum vero voluptatem maxime in doctrinae ac sapientiae studiis positam esse censeant, consequitur etiam, ut corporis voluptatibus minime indulgeant. Unde etiam temperantes sunt et mo-

derati, minimeque avari. Porro quum rerum minutarum cura maxime aliena sit ab eo, qui omnem rerum humanarum divinarumque ambitum mente complecti totiusque temporis et essentiae vim et naturam animo contueri studeat, sequitur, ut eidem etiam vita humana parvi aestimanda videatur. Quare etiam mortem contemnet omnique timiditate aut animi ignavia vacabit: imo, si quis alius, magnanimitate ac fortitudine excellet. Ignavae enim aut parum generosae naturae cum philosophia nihil commercii esse potest. Qui vero temperans et moderatus, generosus et fortis est, is nunquam committet, ut cum aliis agat iniuste. Itaque verus philosophus etiam iustus et aequus sit necesse est. Idem erit praeterea etiam docilis et bona instructus memoria, quia alioquin animum non posset doctrinae et scientiae opibus locupletare. Accedit alia virtus. Nam veritas quoniam maximam habet cum symmetria et harmonia similitudinem atque coniunctionem, fieri non potest, ut is, qui ei per totam vitam studeat, sit asper aut invenustus, sed suavis potius et iucundus sit prorsus necesse est: alioquin enim ipsius animus haud facile sese ad uniuscuiusque rei speciem cognoscendam applicaret. Haec omnia igitur quum necessario requirantur, si quis plane ac perfecte ad veri cognitionem pervenire velit, nemo est quin videat viris tam eruditis ac perfectis reipublicae curam committendam esse. P. 484. — 487. A.

His explicatis Adimantus: Artificiose quidem et argute, ut soles, o Socrate, haec omnia persequutus es, nec tamen ita, ut omnis animo exemta sit dubitatio. Poterit enim quispiam obiicere philosophos, qui totam aetatem in sapientiae studio conterant, plerumque homines fatuos et usu rerum carentes exsistere; quin etiam eos, qui optimi ex illis habeantur, ad reipublicae gubernationem plane esse inutiles. Quod si recte dicitur, qui tandem contendere licebit civitates ita demum beatas fore si regantur a philosophis? Ad haec Socrates: Verissime quidem illi monent: quanquam non tenent huius vituperationis causas et rationes. Quemadmodum enim nautae rudes et imperiti eum gubernatorem laudarent, qui, quum esset iners ac stolidus, ipsorum cupiditatibus per omnia indulgeret; sapientem autem, qui commu-



nis salutis caussa severitate in eos uteretur, aspernarentur et reiicerent: ita etiam vulgus civium, quum omnia utilitate aut voluptate metiatur, eos accusare solet, qui populi cupiditatibus non indulgentes unice veram reipublicae utilitatem atque salutem spectare solent. Itaque non philosophi hoc nomine accusandi sunt, sed illi potius, qui philosophis non utuntur. Quod autem non sua sponte ad reipublicae gubernacula accedunt, faciunt illi, quod consentaneum est fieri a viris sapientibus. Nam sicuti medicus non solet ad aliorum fores accedere, rogans ut se ab ipso curari patiantur si qui aegrotent, neque omnino vir sapiens hominum ditiorum et opulentiorum favorem ambit abiecta adulatione: ita nec ii, qui ad rempublicam gubernandam idonei sunt, ab imperita civium turba unquam imperium mendicabunt. Quanquam haec ipsa causa est, cur philosophi plerumque ad civitatem administrandam inepti iudicantur. P. 487. B. — 489. D. Sed longe gravior invidia philosophiae ab illis ipsis conflari solet, qui, licet sapientia careant, tamen philosophorum nomen prae se ferunt. Etenim quum per se rara sit illa animi indoles, quam vero philosopho propriam esse debere modo vidimus, nec saepe nascatur qui ad sapientiae studium omni ex parte idoneus sit; tum plurimae sunt corrumpendorum huiusmodi ingeniorum causae et opportunitates. Quemadmodum enim plantae corrumpuntur soli, tempestatis, alimentorum vitiositate; ita etiam animus per se generosus, si bona careat educatione, facile depravatur, adeoque fit eo peior atque turpior, quo ditiorem a natura accepit dotem. Primum autem, ut alia taceam, multum ad animos adolescentium valent reprehensiones ac laudationes, quibus in publicis concionibus cumulantur ii, qui rempublicam tractant: quibus auditis illi neglecta honestate unice id agunt, ut populi favorem sibi colligant. Deinde plus etiam efficaciae habent poenae aut praemia, quibus viri in publicis muneribus versati afficiuntur. Quae tantam habent vim, ut nemo iuvenum nisi divina quadam sorte bonus evadere queat. Porro etiam sophistae adolescentium animos corrumpunt, quippe qui nihil aliud nisi eam artem profiteantur, qua quis imperitae populi multitudini tanquam belluae alicui blandiatur. Neque enim populus de eo, quod per se pulcrum et

honestum est, facere iudicium ullo modo potest, ut facile pateat istorum artem pravam esse assentationis ministram. P. 489. D. — 493. E. In tanta periculorum, quibus bona ingenia exposita sunt, multitudine fieri vix potest, ut ii, qui idonea ad philosophiam indole sunt praediti, ad finem ipsis propositum pervenire queant. Fingamus enim adolescentem aliquem animi virtutibus insuperque corporis formositate insignem. Quid illi fiet? Nimirum cognati, familiares, alii cives omnibus modis ei adulabuntur, ut scilicet ipsi futuro tempore habeant cuius gratia, auctoritate, opera in suis negotiis utantur. Quibus rebus fiet, ut adolescens natura generosus altos sumat spiritus et intolerabili superbia repleatur, quae omnem prudentium praeceptorum ac monitorum efficaciam eludat. Et si fortasse accidat, ut eiusmodi adolescens naturae ductus bonitate nihilominus animum ad philosophiae studium advertat; illi certe, qui sibi eius benevolentiam colligere studuerint, omni modo id agent, ut vel ipsum adolescentem ab illius amore abstrahant, vel magistros ab eius consuetudine ac familiaritate deterreant. P. 494. A. — 495. A. His igitur causis et hac ratione vel generosissima naturae indoles corrumpitur, adeoque id efficitur, ut, quum plurimum utilitatis vel singulis hominibus vel universae reipublicae afferre potuisset, plane pestifera omnibus evadat atque perniciosa. — Iam quum ita fieri soleat, ut qui naturam benignam experti sunt vitam agant ipsis minime dignam; philosophia, suis quasi orbata, in hominum vilium et abiectorum manus incidit, qui eam aspergunt infamia atque in aliorum invidiam et contemtum adducunt. Quippe isti, sapientiae laudibus ac dignitate invitati, in vacuam possessionem involant, sibi scilicet gloriolam aliquam comparaturi: sed quum natura nonnisi ad servilia destinati sint ministeria, mirandum non est, quod nihil magni, nihil generosi, nihil excelsi sentire aut suscipere unquam possunt, ideoque pulcherrimae disciplinae invidiam conflant. P. 495. A. — 496. A. Ex his omnibus apparet perexiguum sane esse numerum eorum, qui veri sint sapientiae amici, prospera illi aliqua fortuna plerumque a communi peste immunes conservati, nisi forte numine aliquo divino, quod tamen paucis contigit, ad philosophiae studium et amorem



adducantur. Atque hi pauci quum tristem civitatum conditionem facile cognoscant et perspiciant, tantum abest, ut rebus publicis praeesse velint, ut a publicorum negotiorum tempestatibus ad vitam privatam tanquam portum aliquem confugiant, ubi ipsis liceat tranquillo otio frui atque id certe curare, ut ipsi a communi civium pravitate liberi cum sanctitate, innocentia atque bona spe ex hac vita discedant. P. 496. A. — 497. A. Quod licet per se magnum quiddam videatur, tamen non summum illud est, quod consequi tales viri potuerant, si vixissent in civitate aliqua bene morata. Nec ulla profecto nunc civitas est, quae ad firmandam, roborandam, erudiendamque philosophi animi indolem aliquid valere videatur: imo omnes vel praestantissima ingenia corrumpunt, veluti alienum solum efficit, ut plantae peregrinae paullatim degenerent et in deterius mutentur. — Quae quum ita sint, oritur nunc quaestio de via ac ratione, qua in nostra republica philosophiae studium alendum moderandumque sit, ne paullatim vel extinguatur vel corrumpatur. Est autem longe alio modo tractandum, quam hodie fieri solet. Nunc enim iuvenes iam mature attingunt philosophiam, idque satis leviter: mox aetate confirmata ad maiora properant, philosophiam deserunt. Sed custodes nostrae reipublicae contrarium fere viam ingredi debent. Hi enim studiorum initium capient ab iis disciplinis, quae tenerae aetati conveniant: deinde auctis confirmatisque corporis animique viribus ea tractabunt et exercebunt, quae robori virili conveniant: postea, ubi aetate provecta corporis vires deficere incipiunt, missis publicis negotiis, sese totos philosophiae dedent atque id unice curabunt, ut et vitae spatium feliciter exigant et post mortem sortem virtute sua dignam nanciscantur. P. 497. B. — 498. C. Quae ratio etsi multis displicebit, tamen studiose id est agendum, ut adversariis omni modo probetur. Quanquam non est mirum, si haec omnia a plurimis reiiciantur: scilicet isti rem nunquam sic administratam aut verbis adeo dilucide explicatam viderunt, multoque minus conspexerunt usquam virum perfectae virtutis in civitate item perfecta imperium tenentem: accedit quod plerique veritatis investigationem parum curantes potius argutis, splendidis, magnificis

orationibus oblectari cupiunt. Verum enim vero haec etsi praevidimus sententiae nostrae plurimum obesse; tamen veritatis amore incitati ausi sumus libere pronuntiare civitates non prius beatas fore, quam si aut a philosophis regerentur aut reges philosophi evasissent. — Atque fieri hoc revera posse plane persuasum habemus. Nec dubium est, quin ipsa populi multitudo, ubi praeiudicatis opinionibus deletis verae philosophiae dignitatem ac praestantiam cognoverit, sententiam nostram sit comprobatura. — Nimirum invidiae illius atque odii, quo nunc vexatur philosophia, non alii sunt auctores, quam homines isti, qui, quum profani sint et a sapientiae sacris arcendi, tamen violenter in eius adyta irruperunt, atque sublimioris sapientiae minime capaces, neglecta aeternae veritatis investigatione, nihil nisi in rationibus humanis considerandis haerent, adeoque in aliorum personas maledictis invehuntur. Enimvero veri quidem philosophi, qui mentem atque cogitationem in aeterna veritate plane defixam habent, tantum abest ut animo in hominum negotiis versentur, pectus suum acerbitate atque odio temere replentes, ut ad illud, quod sibi perpetuo constat nec unquam secum discrepat, conversi ad concordiae illius atque concentus plane divini imitationem, quantum quidem fieri possit, sese componere studeant. Qualis quidem vir si forte necessitate aliqua adigatur, ut quampiam civitatem ad aeternam illam *οὐσίας* speciem conformet atque ordinet, is certe optimus erit temperantiae, iustitiae, denique universae virtutis civilis dux atque magister; neque nobis populus iam succensebit contendentibus, non prius civitatem bene constitutam fore, quam eius forma ac species ad exemplaris divini imitationem a viris sapientibus descripta fuerit. Atque hoc quidem ita instituent philosophi, in hac re a legislatoribus nostris mirum quantum recedentes, ut ante omnia vitia in civitate inveterata funditus tollant; deinde novam reipublicae formam ad exemplum aeternae iustitiae, pulcritudinis, temperantiae, denique virtutis ita describant, ut, habita simul ipsius vitae humanae ratione, tantam civitatis hominumque in ea viventium efficiant praestantiam ac perfectionem, quantam et res humanae ferant et divini exemplaris similitudo exigat. P. 498. C. — 501. E.



Quae quum ita sint, philosophi tales erunt civitatum rectores, in quibus nihil ad laudem desideretur; nihil reperiatur, quod quis possit reprehendere. — Neque est cur negemus fieri posse, ut regum filii unquam philosophi evadant. Nam licet id rarissime futurum esse facile largiamur, tamen accidere certe aliquando potest; et vel unus, si quando exstiterit, id efficere poterit, ut civitatem, qualem nos optamus, in ipsam hominum vitam introducat. Quocirca etiam illud nunc demonstratum est, quod antea dubitabatur, esse posse utique in ipsa hominum vita eam quam descripsimus rempublicam, sublatis, quae ei obstant, impedimentis. P. 501. E. — 502. C.

Postquam quales esse debeant civitatis principes expositum est, Socrates ad ea revertitur, quae de eorum institutione ac disciplina in superioribus libro tertio disserere instituerat, atque docere pergit, quo modo et quarum rerum studio ac tractatione cives evadant ii, qui reipublicae salutem perpetuo conservare velint ac possint. De quo loco sic fere disserit. Diximus, inquit, rectores civitatis debere summo patriae amore esse imbutos, a quo nullis unquam fortunae vicissitudinibus possint depelli, eorumque constantissimos summis laudibus ac praemiis esse afficiendos. Nunc igitur etiam hoc adiiciamus, custodes reipublicae exactissimos philosophos esse oportere. Quanquam pauci erunt, qui simul et custodum virtutes habeant, quales desideravimus, et philosophi indole sint praediti. Nam qui memoriae bonitate, ingenii docilitate, animi alacritate, aliisque huiusmodi virtutibus excellunt, hi raro cum magnifico audacique animo coniunctam habent iustam constantiam ac firmitatem, qua fortitudo efficitur: et vicissim qui graves sunt et constantes, saepenumero remissiores sunt et languidiores ad doctrinae et eruditionis studium. Quemadmodum igitur supra statuimus custodes nostros in laboribus, periculis et voluptatibus spectari oportere; ita nunc eosdem iudicamus erudiri debere in multis literarum partibus, quo mature intelligatur, num animi eorum disciplinae illius, quae ad iustitiae, temperantiae, fortitudinis, sapientiae cognitionem refertur, vim atque praestantiam capere queant. Haec enim disciplina iis non

leviter gustanda est, sed largiter percipienda. P. 502. C. — 504. E.

Sed his accedat necesse est etiam scientia illa longe gravissima ac praestantissima, quam etsi nondum memoravimus, tamen praetermittere nobis non licet. Neque enim magistratibus nostris iisdemque philosophis sufficit eam, quae adhuc explicata est, virtutis notionem tenere: imo iis ad accuratiorem etiam illius notitiam est enitendum. Contueri etiam debent Boni Ideam, qua una quae iusta, proba, honesta habentur utilia etiam et salutifera exsistunt. Quanquam enim ideae illius claram certamque notitiam adipisci nobis non licet, tamen ea destituti, quamvis cetera sapientissimi simus, ubique vacillabimus. Solent autem plerique summum bonum in voluptate ponere: alii illud in cognitione (φρονήσει) quaerunt. Ex quibus neutri verum attingere videntur. Nam qui posteriorem sententiam amplectuntur, fateri certe debent cognitionem ipsam non alio referri, nisi ad bonum, ut in errore plane ridiculo versari censendi sint qui, quum summum bonum in cognitione positum putent, tamen hanc rursus ad bonum referentes, quid sit illud ipsum, in quo bonum cernatur, disputatione non definiunt. Sed non minus errant qui summum bonum in voluptatibus ponunt. Neque enim isti possunt ullo modo dissimulare etiam malas reperiri voluptates: unde sponte consequitur, ut bonum non in voluptate inesse iudicari debeat. Quum autem permulti in eo acquiescere soleant, ut aliquam virtutis *speciem* prae se ferant; tamen omnes, ubi de boni agitur possessione, specie neglecta ipsam quaerunt veritatem, ut facile appareat omnes summo teneri boni ipsius desiderio, eiusque cognitionem quum omnibus hominibus, tum nostris praecipue reipublicae custodibus prorsus esse necessariam. Quippe ne honestatis quidem aut iustitiae plena est ac perfecta cognitio, nisi etiam cur bona sit perspiciatur. Quum vero longe sit difficillimum ipsam Boni speciem quasi ob oculos ponere et quid illud sit dilucide explicare: sufficit in praesenti eius quasi imaginem quandam exhibere. Quod priusquam faciamus, nonnulla ex iis, de quibus alio tempore inter nos convenit, in mentem revocemus. P. 505. A. — 507. A. Duo enim



sunt rerum genera; unum eorum, quae varia sunt ac multiplicia, veluti bona, pulcra, honesta; alterum illorum, quae sibi semper constant nec unquam patiuntur naturae suae mutationem, quorsum pertinent bonum, honestum, pulcrum in se spectatum. Illud genus sensibus percipimus: hoc mente et animo intuemur. Iam inter sensus corporis dubium non est quin visus sit longe artificiosissimus. Quum enim ceteri sensus, veluti tactus et auditus, nulla indigeant re intermedia ad res percipiendas; tum visu si quid percipere volueris, praeter videndi facultatem atque rem, quam cernere queas, tertium quiddam requiritur, quo non intercedente fieri non potest, ut quidquam oculis tuis conspicias. Quod quidem nihil est aliud nisi lux, quam Soli acceptam referimus. Enim vero sol est qui oculis nostris lucem affundit efficitque, ut res sensibus subiectas cernere possimus. En, habes iam summi boni imaginem, quam dicebam. Nam quod Sol oculis corporis praestat auxilium in contuendis rebus nobis circumdatis; idem idea Boni menti affert beneficium in illis rebus cognoscendis, quae sensuum perceptionem fugiunt. Etenim quemadmodum oculi res obscuritate involutas nec lucis radiis collustratas clare cernere haud possunt, ita nec animus ea potest cognoscere aut intueri, quae obnoxia sunt mutationi carentque veritatis constantia. Itaque summum illud Bonum nihil est aliud nisi id, quod et rebus ipsis, quae cognoscuntur, veritatem impertit, et menti nostrae, alioquin ad divinarum rerum scientiam caliganti, veritatis cognitionem affert. Quum igitur praeclarae res sint cognitio atque veritas; tamen bonum illud eas longissime superat dignitate sua, quippe quod causam illarum in se contineat: et sicuti lux et visus soli quidem affines sunt, neque tamen cum ipso sole temere permutandi, ita etiam veritas atque cognitio cum bono illo similitudinem quidem aliquam et coniunctionem habent, nec tamen sunt Bonum ipsum. Verum enim vero quamvis iam ex his Boni praestantia clarissime cognoscatur, tamen etiam aliud quid accedit, quod nos ad summam eius admirationem abripiat necesse est, et in quo ipso magnam habet cum sole similitudinem. Quemadmodum enim sol rebus sub sensus subiectis non hoc tantum affert, ut oculis cerni queant, sed

iisdem etiam quasi alimentum praebet, ut generentur atque crescant; ita Bonum illud, de quo loquimur, rebus cunctis non hoc tantum largitur, ut cognoscantur, sed etiam illud, ut sint atque essentiam habeant: ipsum enim omnia, quae sunt, vi ac praestantia sua superat neque in eorum numero comprehenditur. P. 507. A. — 509. B. Sed his expositis porro etiam de loco, quem Bonum in rerum cognitione obtineat, disquirendum censet. Quod quidem sollertissime ita est institutum, ut simul varia scientiae et cognitionis genera distinguantur, quo facilius intelligantur ea, quae Libro septimo de custodum ac principum civitatis institutione disseruntur. Videmus autem, inquit, id, quod Bonum est, in eo genere rerum, quae aeternae sunt ac sibi semper constant, regnare, quemadmodum res sensibus subiectae ex Solis imperio pendent. Quum vero duo sint rerum genera, utrumque rursus in duas partes (aequales) describamus, quarum altera res ipsas habeat, altera rerum imagines complectatur. Etenim quae sensibus subiecta sunt, ea vel res ipsae sunt, veluti animalia, plantae, opera arte facta; vel illarum rerum imagines, quorsum pertinent umbrae, atque figurae, quae in aqua aut in speculis cernuntur. Eodemque modo quae mente cognosci atque intelligi queunt recte in duas partes dividere liceat; quarum altera comprehendat ideas puras ac per se spectatas, quarum contemplatione efficitur, ut a sumptione progredientibus ad principium aliquod liceat pervenire adeoque ad τὴν τοῦ παντὸς ἀρχήν (p. 511. B.) escendere, h. e. ad ideam Boni, quae est omnium summa; altera vero admixtas habeat formas sub sensus subiectas, quibus utentes cogimur ex sumptionibus quaerere, ita quidem, ut non ad principium (ἀρχήν), sed ad finem (τελευτήν) contendamus; quemadmodum geometrae facere solent, qui a sumptionibus progredientes triangulum aliasque figuras designant, non ut ipsam harum figurarum naturam exquirant, sed quo pictarum ope figurarum id demonstrent, quod sibi demonstrandum proposuerunt. Etenim quum quattuor sint rerum genera, quae cognitioni subiectae sint: 1) res adspectabiles ipsae, quales revera sunt; 2) rerum adspectabilium imagines vel simulacra; 3) ideae cum rebus tanquam concretae atque indidem abductae; 4) ideae



purae et per se constantes; tum scientia et cognitio, quae in universum duplex est, quandoquidem altera ad idearum cognitionem pertinet atque eximie ἐπιστήμη dicenda est, altera res adspectabiles earumque imagines complectitur ideoque δόξης nomine insignienda videtur (v. Libr. VII. p. 533. E.), item potest esse quadruplex, ut inde etiam varii claritatis vel obscuritatis ipsius tanquam gradus repetendi sint. Nam in res ipsas sensibus subiectas convenit ea τῆς δόξης (Vorstellung) pars, quam πίστιν dicere licebit (conf. Libr. VII. p. 534. A. X. p. 601. E. Tim. p. 29. C. p. 37. B.), h. e. fidem, persuasionem, Glaube; quoniam sensuum perceptionibus fidem habemus. Porro in rerum imagines cadit illud τῆς δόξης genus, quod vocari potest εἰκασία, hoc est, imaginatio, sive ἡ δόξα τῶν εἰκόνων, opinatio e rerum simulacris oriunda. Atque duo item sunt genera τῆς ἐπιστήμης, quae refertur ad ideas. Nam ideis puris sive mere intellectualibus planeque a rebus seiunctis ac segregatis convenit νοῦς vel νόησις, rationis intellectus vel intelligentia, cuius usu una gaudet philosophia. Ideis autem cum rebus coniunctis indeque demum abductis, sive intellectualibus rerum sensibus subiectarum formis, magnitudinis, quantitatis, proportionis, similibus, accommodata est ἡ διάνοια, hoc est ratiocinatio, qua tanquam iter quoddam fit a rebus ad οὐσίαν, quale describitur Sympos. p. 210. A. — 211. D. qua quidem utuntur disciplinae mathematicorum, ad intuitum rerum externarum intellectualem progredientes eoque animum ad ideas perducentes; v. Libr. VII. p. 533. A.—E. Ex quo ipso sponte intelligitur, disciplinas mathematicas inter primam scientiam, quae ad puras ideas pertinet, atque illam, quae ex rebus sensibilibus ducit originem, medias interiectas esse, ut verissime in Theaeteto p. 187 sqq. coll. 173. E. ἡ δόξα dicatur tanquam transitum ad τὴν διάνοιαν parare. Hanc ipsam autem διάνοιαν liquet proxime finitimam esse τῇ νοήσει, quandoquidem ea, sicuti disciplina mathematica, a rebus corporeis ad ideas inde abstractas progreditur, ut mentem veluti paullatim educat altius ad earum rerum, quae per se sunt ac vi sua constant, scientiam atque cognitionem; quorsum item mathematicae disciplinae, subtilius illae tractatae, va-

lere iudicandae sunt. Quanquam inter scientiam philosophiae atque artis mathematicae non leve discrimen intercedere existimandum est. v. Libr. VII. p. 533. A. sqq. Nam quum ambae proficiscantur a suppositionibus (*ὑποθέσεσιν*), tum philosophia mathematicam artem quaerendi subtilitate atque amplitudine longissime superat. Nam mathematica quidem disciplina primum suppositiones, utpote a *πίστει* sive fide acceptas, pro certis ponit et exploratis, non quaerens curiosius ac subtilius de eorum, quae ponuntur, caussis ac principiis. Deinde eadem nec ulterius progreditur quam propositae quaestionis vel usus vel necessitas postulet: unde procedit tantummodo usque ad *τελευτήν*, h. e. usque ad propositae demonstrationis exitum, plane secura de principiis altioribus et absolutis, ad quae instituta demonstratio evehi possit. Longe alia vero ratio philosophiae est. Quae licet et ipsa suppositionibus utatur, tamen illas non facit principia (*ἀρχάς*), sed adhibet eas revera ut suppositiones et quasi aggressus et conatus, ut ad absolutum omnium rerum principium progrediatur; hoc autem quum attigerit, rursus persequens retro ea, quae ex illo suspensa sunt, ad finem descendit, sensibile omnino nihil adhibens, sed utens tantummodo ipsis notionibus per ipsas ad ipsas, atque ita in notionibus desinit. Quibus quidem verbis nemo est quin sponte videat rationem quaerendi ac disserendi analyticam atque syntheticam, quam vulgo dicunt, ita significari, ut utramque viam in veritate investiganda ingrediendam esse ostendatur. conf. Libr. VII. p. 533. A. — E.



Cap. I. *Οἱ μὲν δὴ φιλόσοφοι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ* 484
*Γλαύκων, καὶ οἱ μὴ διὰ μακροῦ τινος διεξελθόντος*

Cap. I. P. 484. *διὰ μακροῦ τινος διεξελθόντος λόγου*] V. *τοῦ λόγου*. Articulum cum Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. r. delevit Bekk. Omittit etiam Flor. β. γ. In Ang. Flor. x. legitur *διεξελθόντες*, quod iniuria recepit Hermann. Mon. Flor. β. *διεξεληλυθότος*.

Cap. I. P. 484. *διὰ μακροῦ τινος διεξελθόντος λόγου*] *Λόγος* ipse dicitur *διεξελθεῖν*, ut Sophist. p. 237. B: *τὸν δὲ λόγον, ᾗ βέλτιστα διέξεισι, σκοπῶν αὐτός τε ἴθι κἀμὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἄγε.* Quae prosopopoeia certe neminem morabitur, qui meminerit, quam saepe apud Platonem dicatur *ὁ λόγος αἱρεῖ, ὁ λόγος σημαίνει, ὁ λόγος φεύγει, ὁ λόγος ἀπώλετο*, al. Audacior etiam ratio est infra p. 503. A. ubi v. ann. Est autem iunctura verborum haec: *διὰ μακροῦ τινος λόγου διεξελθόντος*. Quod postremum ita additur, ut intelligendum sit *αὐτό*, usu non ita raro. Neque illud redundat, quum disputationem significet ad exitum usque perductam esse. Dubitet tamen aliquis, num servanda sit lectio vulgata: *τοῦ λόγου*, confirmata illa Ven. Ξ. Vat. m. Flor. a. c. α. et Vind. E. Quo facto verborum consecutionem hanc fore liquet: *τοῦ λόγου διὰ μακροῦ τινος διεξελθόντος*, sc. *αὐτό*. Et fortasse *τοῦ* expunctum est a criticis, qui perperam *τινὸς* ad *λόγου* pertraxissent. Utut est, C. Fr. Hermanno non possumus adstipulari *διεξελθόντες* defendenti eo, quod *διεξελθεῖν* non *λόγος*, sed *λόγον* homines dicantur. Nimirum ita *οἱ φιλόσοφοι* dicerentur *διεξελθεῖν διὰ λόγου*, quatenus longo sermone indagati sint; quod prorsus abhorret a loquendi consuetudine. Verbum *ἀναφαίνεσθαι* de eo, quod post institutam disputationem tandem velut emergit. Libr. I. p. 350. D: *ὁ μὲν ἄρα δίκαιος ἡμῖν ἀναπέφανται ὢν ἀγαθός τε καὶ σοφός.* VI. p. 487. C. Sophist. p. 224. D: *δεύτερον ἀνεφάνη σοφιστική.* Ibid. p. 233. C. al. Istud *οἵ εἰσιν* Ficinus interpretatur: quales philosophi sint et quales qui alieni a philosophia, confirmans ille suo testimonio veterem lectionem *οἷοι*. Sed. v. ann. ad Phaedr. p. 242. E.

λόγου μόγις πως ἀνεφάνησαν οἵ εἰσιν ἑκάτεροι. Ἴσως γάρ, ἔφη, διὰ βραχέος οὐ ῥᾴδιον. Οὐ φαίνεται, εἶπον. ἐμοὶ γοῦν ἔτι δοκεῖ ἂν βελτιόνως φανῆναι, εἰ περὶ τούτου μόνου ἔδει ῥηθῆναι, καὶ μὴ πολλὰ τὰ
B λοιπὰ διελθεῖν μέλλοντι κατόψεσθαι, τί διαφέρει βίος δίκαιος ἀδίκου. Τί οὖν, ἔφη, τὸ μετὰ τοῦτο ἡμῖν; Τί δ' ἄλλο, ἦν δ' ἐγώ, ἢ τὸ ἑξῆς; ἐπειδὴ φιλόσοφοι μὲν οἱ τοῦ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡςαύτως ἔχοντος δυνάμενοι ἐφάπτεσθαι, οἱ δὲ μή, ἀλλ' ἐν πολλοῖς καὶ παντοίως ἴσχουσι πλανώμενοι, οὐ φιλόσοφοι, ποτέρους δὴ δεῖ πόλεως ἡγεμόνας εἶναι; Πῶς οὖν λέγοντες ἂν αὐτό, ἔφη, μετρίως λέγοιμεν; Ὁπότεροι ἄν, ἦν δ' ἐγώ, δυνατοὶ φαίνωνται φυλάξαι νόμους
C τε καὶ ἐπιτηδεύματα πόλεων, τούτους καθιστάναι φύλακας. Ὀρθῶς, ἔφη. Τόδε δέ, ἦν δ' ἐγώ, ἆρα δῆλον, εἴτε τυφλὸν εἴτε ὀξὺ ὁρῶντα χρὴ φύλακα τηρεῖν ὁτιοῦν; Καὶ πῶς, ἔφη, οὐ δῆλον; Ἦ οὖν δοκοῦσί τι τυφλῶν διαφέρειν οἱ τῷ ὄντι τοῦ ὄντος ἑκάστου ἐστερημένοι τῆς γνώσεως, καὶ μηδὲν ἐναργὲς ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες παράδειγμα, μηδὲ δυνάμενοι, ὥςπερ γραφῆς, εἰς τὸ ἀληθέστατον ἀποβλέποντες κἀκεῖσε ἀεὶ ἀναφέροντές τε καὶ θεώμενοι ὡς οἷόν τε ἀκριβέστατα, οὕτω δὴ καὶ τὰ ἐνθάδε νόμιμα καλῶν D
τε πέρι καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν τίθεσθαί τε, ἐὰν δέῃ τίθεσθαι, καὶ τὰ κείμενα φυλάττοντες σώζειν; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, οὐ πολύ τι διαφέρειν. Τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας στησόμεθα ἢ τοὺς ἐγνωκότας μὲν ἕκαστον τὸ ὄν, ἐμπειρίᾳ δὲ μηδὲν

*οἵ εἰσιν ἑκάτεροι*] Par. A. et a pr. m. Ven. II. *οἵ*, quod cum Bekkero aliisque recepimus. Vulgo erat *οἷοι*.

*δοκεῖ ἂν βελτιόνως*] V. *βέλτιον*. Par. A. Mon. Ang. Vat. m. et sex Florentini diserte *βελτιόνως*. Alii *βέλτιον ὡς*. v. ad p. 343. D. libr. I.

B. *καὶ παντοίως ἴσχουσι*] Sic Flor. x et ex annot. Ven. II. Vulgo *πάντως*, quod miramur tenuisse Schneiderum, Turicenses, Hermannum. Nam aliud est *πάντως ἔχειν*, aliud *παντοίως ἔχειν*, quod unum menti Platonis convenit. Illud vere Astius reponendum coniecit. Mox vett. editt. *ποτέρους δεῖ δή*, contra fidem plurimorum optimorumque librorum.

C. *Τόδε δέ, ἦν δ' ἐγώ, ἆρα δῆλον*] V. *τὸ δὲ δή, ἦν δ' ἐγώ, ἄρα δῆλον*. Bekkerus et Turr.: *Τόδε, ἦν δ' ἐγώ, ἆρα δῆλον*. Sed *τόδε δέ* Ang. Vat. r. Flor. a. c. *β*. *γ*. x. cum Par. A. secundum Turr. coll. Illud *ἆρα* suppeditavit solus Flor. x. cum Par. A. recentius excusso.

*χρὴ φύλακα τ.*] Sic Par. ADK. Vat. Ven. II. Ang. Vat. m. r. Flor. a. x. *α*. *β*. *γ*. pro vulg. *χρὴ τὸν φύλακα*.

*δοκοῦσί τι τυφλῶν διαφ.*] V. *δοκοῦσί σοι*, quod mutavit Bekk. ex Par. A. Ang. et rec. Ven. II. consentientibus etiam Flor. *α*. *γ*. a. x. Fortasse verum est *δοκοῦσί τί σοι*, ut coni. Ast. In libris non paucis nec *σοι* neque *τι* legitur.

*ὥςπερ γραφῆς*] Atticam formam Par. ADK. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. alii servarunt. Vett. editt. *γραφεῖς*.

D. *οὐ πολύ τι διαφέρειν*] Infinitivum *διαφέρειν*, quem Bekk. recepit, soli Mon. Flor. *α*. *β*. exhibent. Ceteri libri *διαφέρει*, quod positum impersonaliter esse putat Schn. Sed quaeritur de hominibus eorumque virtute, ut subiectum esse debeat: *οἱ τῷ ὄντι ἐστερημένοι τῆς γνώσεως*.

*καὶ μὴ πολλὰ τὰ λοιπὰ διελθεῖν*] h. e. *καὶ εἰ μὴ πολλὰ ἦν τὰ λοιπὰ διελθεῖν*. Rarior haec imperfecti ellipsis, nec tamen post *ἔδει* miranda. *τὰ λοιπὰ διελθεῖν*, nec multa essent, illa, quae adhuc disputatione persequenda sint ei, qui cet. Male libri aliquot *πολλὰ ἄττα λ.*

B. *καὶ παντοίως ἴσχουσι*] Nam *τὰ πολλά*, id est res sensibus subiectae, perpetuo mutantur et modo sic modo aliter comparata videntur. v. p. 479. B. C. Phaedon. p. 78. E. Itaque illa *παντοίως ἔχουσιν*, i. e. varias et multiplices vel *omnimodas*, ut ita dicamus, mutationes subeunt; nec vero *πάντως ἔχουσιν*, i. e. omnes subeunt vicissitudines, quod Platoni absurde obtruserunt.

*Πῶς οὖν λέγοντες — μετρίως λέγοιμεν;*] Libr. IV. p. 421. C: *ἆρ' οὖν — δόξω σοι μετρίως λέγειν*; Criton. p. 46. C: *πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποίμεθα*; Phaedr. p. 265. C. Ad *τούτους καθιστάναι φύλακας*, *δεῖ* intelligendum esset, nisi eius notio iam contineretur in verbo dicendi. v. ad Prot. p. 346. B. Repetendum *λέγοντες*.

C. *εἴτε τυφλὸν εἴτε ὀξὺ ὁρ.*] utrum — an, v. Matthiae Gr. §. 617. 5.

*κἀκεῖσε ἀναφέροντές τε καὶ θ.*] et illuc unumquodque referentes. Verbum *ἀναφέρειν* sine obiecto positum; de quo usu v. Schaeferum ad Lamb. Bos. p. 76 sq. Platonica collegit Heindorf. ad Theaetet. p. 175. A. Quid intelligendum sit, non obscurum. Phaedon. p. 75. B: *εἰ ἐμέλλομεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν*. Ibid. p. 76. D: *πᾶσα ἡ τοιαύτη οὐσία, καὶ ἐπὶ ταύτην τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων πάντα ἀναφέρομεν*.

D. *τὰ κείμενα φυλάττοντες*] tanquam lege sancita. Nam *κεῖσθαι* de iis, quae lege sancita sunt, proprium est verbum; v. Politic. p. 300. B. Aristoph. Ran. v. 773. Andocid. de Myster. p. 11. Isocrat. Panath. p. 262. D. p. 273. D. al.

*μηδὲν ἐκείνων ἐλλείποντας*] experientia autem nihil illis cedentes. Alci-

ἐκείνων ἐλλείποντας, μηδ᾽ ἐν ἄλλῳ μηδενὶ μέρει ἀρε-
τῆς ὑστεροῦντας; Ἄτοπον μέντ᾽ ἄν, ἔφη, εἴη ἄλλους
αἱρεῖσθαι, εἴ γε τἆλλα μὴ ἐλλείποιντο· τούτῳ γὰρ
485 αὐτῷ σχεδόν τι τῷ μεγίστῳ ἂν προέχοιεν. Οὐκοῦν
τοῦτο δὴ λέγωμεν, τίνα τρόπον οἷοί τ᾽ ἔσονται οἱ
αὐτοὶ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα ἔχειν; Πάνυ μὲν οὖν. Ὃ
τοίνυν ἀρχόμενοι τούτου τοῦ λόγου ἐλέγομεν, τὴν
φύσιν αὐτῶν πρῶτον δεῖ καταμαθεῖν· καὶ οἶμαι, ἐὰν
ἐκείνην ἱκανῶς ὁμολογήσωμεν, ὁμολογήσειν καὶ ὅτι
οἷοί τε ταῦτα ἔχειν οἱ αὐτοί, ὅτι τε οὐκ ἄλλους πό-
λεων ἡγεμόνας δεῖ εἶναι ἢ τούτους. Πῶς; Cap. II.
Τοῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων φύσεων πέρι ὡμολο-
B γήσθω ἡμῖν, ὅτι μαθήματός γε ἀεὶ ἐρῶσιν, ὃ ἂν
αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης τῆς οὐσίας τῆς ἀεὶ οὔσης καὶ
μὴ πλανωμένης ὑπὸ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Ὡμολο-
γήσθω. Καὶ μήν, ἦν δ᾽ ἐγώ, καὶ ὅτι πάσης αὐ-
τῆς, καὶ οὔτε σμικροῦ οὔτε μείζονος οὔτε τιμιωτέρου

P. 485. *πρῶτον δεῖ καταμαθεῖν*] Par. AD. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Flor. α. cum Ald. Bas. 1. 2. *δεῖν*: quod nolim per illud attractionis genus explicare, de quo v. Hermann. ad Viger. p. 894. Krüger. de Attraction. p. 465 sq. coll. annot. ad Phileb. 20. D. *δεῖ* tuetur etiam Schneid. cum suis Vindd.

Cap. II. B. *ὃ ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης*] Pro ὅ, quod ex Par. A. Vat. m. Ven. II. pr. m. Flor. a. c. α. γ. Themist. Orat. XXI. p. 250. B. C. revocavimus, vulgo *ὅσα* legebatur. Pluralem nolim defendere ex illis, quae notavit Matthiae Gr. §. 434. Pro *αὐτοῖς* Vind. Vat. r. *αὐτῆς*. Themistius l. c. scriptum exhibet: *ἐκείνην τὴν οὐσίαν — οὖσαν — πλανωμένην*, probante Astio.

biad. I. p. 122 B: *αἰσθόμενος ὅσον αὐτῶν ἐλλείπεις*. Ibid. D: *γνώσει, ὅτι πολὺ τἀνθάδε τῶν ἐκεῖ ἐλλείπει*.

*τούτῳ γὰρ αὐτῷ — τῷ μεγίστῳ πρ.*] h. e. *τοῦτο γὰρ αὐτὸ εἴη ἂν τὸ μέγιστον ᾧ —*. Nam ita articulus explicandus.

P. 485. *κἀκεῖνα καὶ ταῦτα ἔχειν*] tum idoneum rerum usum, tum subtiliorem veritatis cognitionem et scientiam. — *ἐὰν ἐκείνην ἱκανῶς ὁμολογήσωμεν*, ubi de illa inter nos satis convenerit.

*ἀρχόμενοι τούτου τοῦ λόγου*] Libr. V. p. 473. D. sqq

Cap. II. B. *ὃ ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης τῆς οὐσίας*] De genitivo, qui non debebat sollicitari, v. ad L. IV. 445. E. Tim. p. 33. D. p. 65. D. conf. Schaefer. ad Lamb. Bos. De ellips. p. 475 sq. et quos laudavit, coll. Matthiae Gr. §. 323. Ad sententiam compares Phaedon. p. 65. C: *ἆρ᾽ οὖν οὐκ ἐν τῷ λογίζεσθαι, εἴπερ που ἄλλοθι, κατάδηλον αὐτῇ (τῇ ψυχῇ) γίγνεταί τι τῶν ὄντων κ. τ. λ.*



οὔτε ἀτιμοτέρου μέρους ἑκόντες ἀφίενται, ὥςπερ ἐν
τοῖς πρόσθεν περί τε τῶν φιλοτίμων καὶ ἐρωτικῶν
διήλθομεν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Τόδε τοίνυν μετὰ
τοῦτο σκόπει εἰ ἀνάγκη ἔχειν πρὸς τούτῳ ἐν τῇ
φύσει οἳ ἂν μέλλωσιν ἔσεσθαι οἵους ἐλέγομεν. Τὸ C
ποῖον; Τὴν ἀψεύδειαν καὶ τὸ ἑκόντας εἶναι μηδαμῇ
προςδέχεσθαι τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ μισεῖν, τὴν δ᾽ ἀλή-
θειαν στέργειν. Εἰκός γ᾽, ἔφη. Οὐ μόνον γε, ὦ
φίλε, εἰκός, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἐρωτικῶς
του φύσει ἔχοντα πᾶν τὸ ξυγγενές τε καὶ οἰκεῖον
τῶν παιδικῶν ἀγαπᾶν. Ὀρθῶς, ἔφη. Ἦ οὖν οἰκειό-
τερον σοφίᾳ τι ἀληθείας ἂν εὕροις; Καὶ πῶς; ἦ
δ᾽ ὅς. Ἦ οὖν δυνατὸν εἶναι τὴν αὐτὴν φύσιν φι-
λόσοφόν τε καὶ φιλοψευδῆ; Οὐδαμῶς γε. Τὸν ἄρα D
τῷ ὄντι φιλομαθῆ πάσης ἀληθείας δεῖ εὐθὺς ἐκ
νέου ὅ τι μάλιστα ὀρέγεσθαι. Παντελῶς γε. Ἀλλὰ
μὴν ὅτῳ γε εἰς ἕν τι αἱ ἐπιθυμίαι σφόδρα ῥέπουσιν,

Leniore mutatione *τι* post *δηλοῖ* interposueris, quo tamen non opus. Ficinus: eam diligunt disciplinam, qua illis notior fiat natura illa, quae semper est neque generatione et corruptione mutatur.

*περί τε τῶν φιλοτίμων*] V. *γε* ex plurimis libris correctum.

D. *ῥεῦμα ἐκεῖσε ἀπωχετευμένον*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Vindob. Ang. Vat. m. r. Flor. α. β. γ. a. c., quod restituit Bekker. Vulgo *ἀποχετευόμενον*. Flor. x. Angel. *ἀποχετευόμεναι*, quod quamvis blandiatur, tamen, si olim librorum Bekkerianorum copia fuisset, non recepturus eram.

ubi vides *τι* adiectum, quod hoc loco ad *ἐκείνης τῆς οὐσίας* intelligendum relinquitur. Est enim genitivus partitivus. Locum ob oculos habuit Themistius p. 250. C., ubi v. Petav.

*καὶ ὅτι πάσης αὐτῆς*] sc. *ἐρῶσιν*. Exspectabas *παντὸς αὐτοῦ*. v. p. 475. B. C. Sed refertur *πάσης αὐτῆς* ad *τῆς οὐσίας*, quippe ad quam ipsam *τὸ μάθημα* pertinet. Astius per synesin putabat *μαθήσεως* ex *μάθημα* eliciendum esse.

*ἑκόντες ἀφίενται*] Nullam scientiae partem eos lubentes ac scientes praetermittere arbitratur. Mireris Benedictum *ἐφίενται* coniicientem, quod vel additum *ἑκόντες* non admittit.

C. *Τὴν ἀψεύδειαν —*] Locum ob oculos habuit Themistius Orat. XXI. p. 257. C. Infinitivum *εἶναι* post *ἑκόντας* illatum vix est quod verbo tangamus post Hermanni disputationem ad Viger. p. 888.

*οἰκεῖον τῶν παιδικῶν*] V. Davis. ad Max. Tyr. T. II. p. 162. ed. Lips.

ἴσμεν που, ὅτι εἰς τἆλλα τούτῳ ἀσθενέστεραι, ὥςπερ ῥεῦμα ἐκεῖσε ἀπωχετευμένον. Τί μήν; Ὧι δὴ πρὸς τὰ μαθήματα καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐῤῥυήκασι, περὶ τὴν τῆς ψυχῆς, οἶμαι, ἡδονὴν αὐτῆς καθ' αὑτὴν εἶεν ἄν, τὰς δὲ διὰ τοῦ σώματος ἐκλείποιεν, εἰ μὴ
E πεπλασμένως ἀλλ' ἀληθῶς φιλόσοφός τις εἴη. Μεγάλη ἀνάγκη. Σώφρων μὴν ὅ γε τοιοῦτος καὶ οὐδαμῇ φιλοχρήματος· ὧν γὰρ ἕνεκα χρήματα μετὰ πολλῆς δαπάνης σπουδάζεται, ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον ἢ τούτῳ προςήκει σπουδάζειν. Οὕτως. Καὶ μὴν που
486 καὶ τόδε δεῖ σκοπεῖν, ὅταν κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή. Τὸ ποῖον; Μή σε λάθῃ με-

Ὧι δὴ πρὸς τὰ μαθ.] V. δέ, quod ex optimis libris neque paucis aliis mutatum. Iam Bas. 2. δή exhibet.

P. 486. παντὸς ἀεὶ ἐπορέξεσθαι] V. ἐπορέγεσθαι. Futurum libri mss. omnes praebuerunt.

Ὧι οὖν ὑπάρχει διανοίας μεγαλοπρέπεια] Vett. et recent. editt. Ἧι οὖν ὑπάρχει διανοίᾳ μεγαλοπρ., quod non video quo argumento defendi aut excusari possit, licet id facere conatus sit Schneider., qui quoniam διάνοια nunc non cogitationem, sed mentem significet, τούτῳ recte succedere potuisse statuit. Quod

D. ὥςπερ ῥεῦμα ἐκεῖσε ἀπωχετευμένον] Exspectabas ἀπωχετευμέναι vel ἀποχετευόμεναι, quod in duobus codicibus scriptum exstat. Sed nihil mutandum. Etenim praedicatum per attractionem ad nomen, quo comparatio continetur, relatum est. Eodem modo Germanice dicimus: wie ein dorthin abgeleiteter Strom pro his: wie ein Strom dorthin abgeleitet. Ac ne Latini quidem hoc loquendi genere abstinuerunt. Cicer. Brut. c. 75: Omni ornatu orationis tanquam veste detracta, ubi A. Ernesti scripsit detracto. v. Bremi ad Sueton. Caesar. c. 56. et Krueger. de Attractione p. 47 sqq. Neque profecto magnopere discrepant illa libr. VII. p. 519. A: περιεκόπη τὰ τῆς γενέσεως ξυγγενῆ ὥςπερ μολυβδίδας, αἳ δὴ ἐδωδαῖς — γιγνόμεναι περὶ τὰ κάτω στρέφουσι τὴν ψυχῆς ὄψιν. et libr. X. p. 616. B., ubi ex codd. optimis nuper restitutum φῶς εὐθὺ οἷον κίονα μάλιστα Ἴριδι προςφερῆ. Platonis verbis usus est Themistius Orat. XXII. p. 269. D. et XXI. p. 260. A. Deinde servata metaphora ἐπιθυμίαι dicuntur πρὸς τὰ μαθήματα καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐῤῥυηκέναι, h. e. ad disciplinas ferri. Quod monemus, ne quis in hoc usu verbi haereat. Ad τὰς δὲ ex superioribus int. denuo περί. Nam ἐκλείποιεν (αἱ ἐπιθυμίαι) intransitive dictum est deficiant. De praepositione in altero membro non iterata conf. Dem. Or. Midian. in.: οὐδ' ἀπέβλεψαν εἰς τὰς οὐσίας τούτων οὐδὲ τὰς ὑποσχέσεις. Dem. Olynth. I. p. 10, 32: ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ'



τέχουσα ἀνελευθερίας· ἐναντιώτατον γάρ που σμικρολογία ψυχῇ μελλούσῃ τοῦ ὅλου καὶ παντὸς ἀεὶ ἐπορέξεσθαι θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ὧι οὖν ὑπάρχει διανοίας μεγαλοπρέπεια καὶ θεωρία παντὸς μὲν χρόνου, πάσης δὲ οὐσίας, οἷόν τε οἴει τούτῳ μέγα τι δοκεῖν εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον; Ἀδύνατον, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν καὶ θάνατον B
οὐ δεινόν τι ἡγήσεται ὁ τοιοῦτος; Ἥκιστά γε. Δειλῇ δὴ καὶ ἀνελευθέρῳ φύσει φιλοσοφίας ἀληθινῆς, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἂν μετείη. Οὔ μοι δοκεῖ. Τί οὖν; ὁ κόσμιος καὶ μὴ φιλοχρήματος μηδ' ἀνελεύθερος μηδ' ἀλαζὼν μηδὲ δειλὸς ἔσθ' ὅπῃ ἂν δυςξύμβολος ἢ ἄδι-

argumentum ad persuadendum minime est idoneum, nec recte ab eo comparatus est locus Gorg. p. 523. E. huic nulla ex parte consimilis. Veram lectionem dudum restituit Astius ex Marco Aurelio, qui hunc locum libr. VII. §. 35. laudat, et ex Marsilii interpretatione. Et confirmant eam Flor. α. β. γ. x. Vind. Mon. Aug. Vat. r., qui et ᾧ exhibent et διανοίας scribunt. Etiam Ven. II. et Par. D. ᾧ superscriptum habent, et Vat. r. διανοίας. Accedit Schneideri cod. Lobcov.

B. Δειλῇ δὴ καὶ ἀν.] Vulgatum δέ ex Par. A. Mon. Vat. m. Flor. a. c. α. β. γ. mutatum.

ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ.

P. 486. μετ. ἀνελευθερίας] Ἀνελευθερία quum omnino dicatur illiberalitas, tum ad mentem translatum designat ea vitia omnia, quae mentem ingeniumque hominis ingenui et liberaliter educati atque instituti dedecent. Et hoc quidem loco dicitur de animo angusto et pusillo, qui haerens usque in rebus singulis non possit capere omnem rerum vim atque generalem earum οὐσίαν complecti: cuiusmodi homo etiam Theaet. p. 175. A. dicitur ὑπὸ ἀπαιδευσίας οὐ δύνασθαι εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ βλέπειν. Itaque eadem vocatur σμικρολογία, habetque oppositam διανοίας μεγαλοπρέπειαν, mentis animique celsitatem ac magnificentiam, quae etiam magna et ardua petit. Zonaras: μεγαλοπρέπεια ἀρετή ἐστι μεταδιδοῦσα ἐνεργείας μεγάλων πράξεων. conf. Reip. VII. p. 536. A. Theaet. p. 161. C. Lysid. p. 215. D. Ceterum ἀνελευθερίαν, ut Lat. illiberalitatem, imprimis dici consuevisse etiam de illiberali opum ac divitiarum cura sordidaque avaritia, satis notum est. v. Poll. On. III. 23. Theophr. Char. 11. et 23. Sed eam significationem sponte intelligitur in hunc locum minime convenire, ut prorsus aliena sint quae Scholiastes, illam unice tenens, ad h. l. de vocabuli usu disputavit. Proxima Marsilius sic interpretatur: Nempe cui adest cogitationis magnificentia et totius temporis totiusque substantiae contemplatio, humana vita magnum quid videri non potest.

B. ἔσθ' ὅπῃ ἂν — γένοιτο] Phrynichus p. 271:

κος γένοιτο; Οὐκ ἔστι. Καὶ τοῦτο δὴ ψυχὴν σκο-
πῶν φιλόσοφον καὶ μὴ εὐθὺς νέου ὄντος ἐπισκέψει,
εἰ ἄρα δικαία τε καὶ ἥμερος ἢ δυςκοινώνητος καὶ
ἀγρία. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐ μὴν οὐδὲ τόδε παρα-
C λείψεις, ὡς ἐγῷμαι. Τὸ ποῖον; Εὐμαθὴς ἢ δυς-
μαθής. ἢ προςδοκᾷς ποτέ τινά τι ἱκανῶς ἂν στέρ-
ξαι, ὃ πράττων ἂν ἀλγῶν τε πράττοι καὶ μόγις σμι-
κρὸν ἀνύτων; Οὐκ ἂν γένοιτο. Τί δ'; εἰ μηδὲν
ὧν μάθοι σώζειν δύναιτο, λήθης ὢν πλέως, ἆρ' ἂν
οἷός τ' εἴη ἐπιστήμης μὴ κενὸς εἶναι; Καὶ πῶς;
Ἀνόνητα δὴ πονῶν οὐκ, οἴει, ἀναγκασθήσεται τε-
λευτῶν αὑτόν τε μισεῖν καὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν;
D Πῶς δ' οὔ; Ἐπιλήσμονα ἄρα ψυχὴν ἐν ταῖς ἱκα-
νῶς φιλοσόφοις μή ποτε ἐγκρίνωμεν, ἀλλὰ μνημονι-
κὴν αὐτὴν ζητῶμεν δεῖν εἶναι. Παντάπασι μὲν οὖν.

δυςκοινώνητος καὶ ἀγρία] V. δυςκοινώνητός τε καὶ ἀγρία. Plurimi optimique libri τε omittunt.

C. μόγις σμικρὸν ἀνύτων] V. barbare ἀνύττων, quod soli Flor. β. γ. Ven. Ξ. Vat. m. tuentur. v. Brunck. ad Aristoph. Plut. v. 607. Porson. ad Eurip. Phoen. v. 463. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 71., qui dubitant etiam an potius ἁνύτειν scribendum sit cum spiritu aspero. Certe quidem Grammat. in Bekkeri Anecdot. I. p. 14. 17. ἀνύειν δασύνουσιν οἱ Ἀττικοί, καὶ δῆλον ἐκ τῆς συναλοιφῆς καθήνυσαν.

Ἀνόνητα δὴ πονῶν] Par. A. et pr. Ven. II. ἀνόητα. Astius malebat ἀνήνυτα. Vulgatum δέ rursus ex plurimis libris correctum.

D. φιλοσόφοις μή ποτε ἐγκρίνωμεν] Vulgo κρίνωμεν, codicibus omnibus invitis.

ἔσθ' ὅπῃ: τί πάσχουσιν οἱ οὕτω λέγοντες, δέον ἔστιν ὅτε λέγειν, οὐκ ἄν τις εἰκάσειεν κ. τ. λ. Sed optimos quosque scriptores formula usos esse docuit Lobeckius. Videtur igitur grammaticus, parum perspicue loquens, illos tantum notasse, qui ἔστιν ὅπῃ etiam de tempore usurparent, qui usus posteriore demum aetate invaluit. — Δυςξύμβολος non est, qui ingratiis confert s. ἐρανίζει, ut interpretatur Valesius Append. ad Harpocrat. p. 140., sed qui in pactis faciendis aliisque negotiis contrahendis aut tractandis difficilem se praebet, ut Xenoph. Memor. II. 6, 3. Opponitur deinde δυςκοινώνητος.

C. σώζειν δύναιτο] memoria tenere; v. ad libr. V. p. 455. B.

Ἀνόνητα δὴ πονῶν —] Nolim ἀνήνυτα coniecisset Astius. Nam ἀνόνητα πονεῖ qui frustra laborat ac nihil proficit: sed ἀνήνυτα πονεῖ, qui in eo, quod *ad finem perduci* non potest, operam consumit. Deinde οἴει reliquae orationi interpositum, ut libr. VII. 520. D: ἀπειθήσουσιν οὖν ἡμῖν, οἴει, οἱ τρόφιμοι IX. p. 590. C: διὰ τί, οἴει, ὄνειδος φέρει; X. p. 600. C: ἀλλ' οἴει, ὦ Γλαύκων, — οὐκ ἄρα ἂν πολλοὺς ἑταίρους ἐποιήσατο. Hipp. mai. p. 284. B. 290. A. Menon. p. 93. C. Theaet. p. 147. A. ubi v. Heindorf. Plura dabunt Hemsterhus. ad Lucian. Necyom. §. 14. Toup. Opusc. T. I. p. 381. Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 80. Mox ἄμουσος φύσις est a doctrina aliena, inelegans, inscita; sed ἀσχήμων decori habitus expers, indecora.

D. Ἀλήθειαν δὲ ἀμετρίᾳ — ἢ ἐμμετρίᾳ;] V. Prolegg. ad Phileb. p. XCII. = p. 23. A. sqq.



Ἀλλ' οὐ μὴν τό γε τῆς ἀμούσου τε καὶ ἀσχήμονος
φύσεως ἄλλοσέ ποι ἂν φαῖμεν ἕλκειν ἢ εἰς ἀμετρίαν.
Τί μήν; Ἀλήθειαν δὲ ἀμετρίᾳ ἡγεῖ ξυγγενῆ εἶναι
ἢ ἐμμετρίᾳ; Ἐμμετρίᾳ. Ἔμμετρον ἄρα καὶ εὔχαριν
ζητῶμεν πρὸς τοῖς ἄλλοις διάνοιαν φύσει, ἣν ἐπὶ
τὴν τοῦ ὄντος ἰδέαν ἑκάστου τὸ αὐτοφυὲς εὐάγωγον E
παρέξει. Πῶς δ' οὔ; Τί οὖν; μή πῃ δοκοῦμέν σοι
οὐκ ἀναγκαῖα ἕκαστα διεληλυθέναι καὶ ἑπόμενα ἀλ-
λήλοις τῇ μελλούσῃ τοῦ ὄντος ἱκανῶς τε καὶ τελέως
ψυχῇ μεταλήψεσθαι; Ἀναγκαιότατα μὲν οὖν, ἔφη. 487
Ἔστιν οὖν ὅπῃ μέμψει τοιοῦτον ἐπιτήδευμα, ὃ μή
ποτ' ἄν τις οἷός τε γένοιτο ἱκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ
μὴ φύσει εἴη μνήμων, εὐμαθής, μεγαλοπρεπής, εὔ-
χαρις, φίλος τε καὶ ξυγγενὴς ἀληθείας, δικαιοσύνης,
ἀνδρείας, σωφροσύνης; Οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος, ἔφη, τό

Ἀλλ' οὐ μὴν τό γε] V. μή, quod soli Paris. A. Ang. exhibent. Deinde ἄλλοσέ ποι Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Ang. Vat. m. r. et sex nostri Florentini. Vett. editt. ἄλλοσέ πῃ. Loco vet. lectionis φῶμεν, quae soloeca est, ex Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Vat. r. φαῖμεν reposuit Bekker.

ἡγεῖ] De his formis hic nolumus denuo inculcare quae ad Libr. I. in. exposuimus. Sufficiet rursus monuisse etiam Parisinum A. secundum repetitam lectionem in iis libris esse, qui eas fere ubique tuentur.

E. τὸ αὐτοφυὲς εὐάγωγον] τὸ αὐτοφυὲς καὶ εὐάγωγον Flor. α. x. Mox Blomf. ad Aeschyl. Pers. v. 350. coniecit μή που δοκοῦμεν. Male. v. ad libr. IV. c. 16. p. 442. E.

ἣν ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος ἰδέαν — παρέξει] quam ipsa cuiusque natura (τὸ αὐτοφυές) talem exhibebit, ut facile se duci patiatur ad uniuscuiusque, quod revera est, contemplationem. Nam ita nunc ἰδέα intelligendum.

E. καὶ ἑπόμενα ἀλλήλοις] et quae arctissime inter se cohaerent, ut aliud ex alio consequatur. Dativus τῇ μελλούσῃ — ψυχῇ a remotiore nomine ἀναγκαῖα pendet.

P. 487. Οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος,

γε τοιοῦτον μέμψαιτο. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, τελειωθεῖσι
τοῖς τοιούτοις παιδείᾳ τε καὶ ἡλικίᾳ ἄρα οὐ μόνοις
ἂν τὴν πόλιν ἐπιτρέποις;

Cap. III. Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ὦ Σώκρατες,
B ἔφη, πρὸς μὲν ταῦτά σοι οὐδεὶς ἂν οἷός τ' εἴη ἀν-
τειπεῖν· ἀλλὰ γὰρ τοιόνδε τι πάσχουσιν οἱ ἀκούον-
τες ἑκάστοτε ἃ νῦν λέγεις· ἡγοῦνται δι' ἀπειρίαν τοῦ
ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου παρ'
ἕκαστον τὸ ἐρώτημα σμικρὸν παραγόμενοι, ἀθροι-
σθέντων τῶν σμικρῶν ἐπὶ τελευτῆς τῶν λόγων μέγα
τὸ σφάλμα καὶ ἐναντίον τοῖς πρώτοις ἀναφαίνεσθαι,
καὶ ὥςπερ ὑπὸ τῶν πεττεύειν δεινῶν οἱ μὴ τελευ-
τῶντες ἀποκλείονται καὶ οὐκ ἔχουσιν ὅ τι φέρωσιν,
C οὕτω καὶ σφεῖς τελευτῶντες ἀποκλείεσθαι, καὶ οὐκ
ἔχειν ὅ τι λέγωσιν ὑπὸ πεττείας αὖ ταύτης τινὸς
ἑτέρας, οὐκ ἐν ψήφοις, ἀλλ' ἐν λόγοις· ἐπεὶ τό γε
ἀληθὲς οὐδέν τι μᾶλλον ταύτῃ ἔχειν. λέγω δ' εἰς τὸ
παρὸν ἀποβλέψας· νῦν γὰρ φαίη ἄν τίς σοι λόγῳ
μὲν οὐκ ἔχειν καθ' ἕκαστον τὸ ἐρωτώμενον ἐναντιοῦ-

Cap. III. P. 487. B. *τοῦ ἐρωτᾶν τε*] *τε* om. Par. A. Idem mox *παραγενόμενοι*.

C. *ὅτι φέρωσιν*] Sic edidit Stephanus. Codd. omnes praeter unum Vind. E. Schneideri *φέρουσιν*, quod cum Bekkero repudiavimus.

*ταύτῃ ἔχειν*] *ταύτην* Par. A. Vat. m. vitiose.

*τοῦ πεπαιδεῦσθαι*] Steph. *προπεπαιδεῦσθαι*, contra fidem plurimorum optimorumque librorum.

*ἔφη, —*] Proverbium illustrant Erasmus Chiliad. I. 5, 75. et interpretes Aristaeneti ad Epist. I. 1. p. 239. ed. Boisson.

Cap. III. B. *τοιόνδε τι πάσχουσιν —· ἡγοῦνται κ. τ. λ.*] Phaedon. p. 68. E: *οὐ ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθασι· ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσι.* v. ad Apolog. Socrat. c. VII. Mox D: *ὅμως τοῦτο, — πάσχοντας, ἀχρήστους ταῖς πόλεσι γιγνομένους,* ubi participium epexegesin continet. Praeterea notanda est enuntiati anacoluthia, quandoquidem post *ἡγοῦνται — παραγόμενοι*, institutae orationis tenore derelicto infertur *μέγα τὸ σφάλμα καὶ ἐναντίον τοῖς πρώτοις ἀναφαίνεσθαι.* Nimirum patet personae subiectum deinde esse permutatum quum debuisset subiungi fere hoc: *εἰς μέγα σφ. εἰςπεσεῖν.*

*καὶ ὥςπερ ὑπὸ τῶν π. δ.*] Elegantissima comparatio, qua Socrates disserendi subtilitate sua, veluti qui calculorum ludi periti sunt, adversarios intercludere et ad incitas redigere dicitur. Similiter Legg. VII. p. 820. C: *προβάλλοντά τε ἀλλήλοις ἀεὶ διατριβὴν τῆς πεττείας πολὺ χαριεστέραν πρεσβυτῶν διατρίβοντα φιλονεικεῖν ἐν ταῖς τούτων ἀξίαισι σχολαῖς*, ubi de *πεττείᾳ* monuit scholiastes. — *οἱ μή.* sc. *πεττεύειν δεινοί.* — *ἀποκλείεσθαι*, intercludi, nunc de aleatore dictum, qui ad incitas redactus calculum non amplius in abaco movere potest. Verbi usum explicavit Hemsterhus. ad Lucian. Indic. Vocal. §. 9. — *ὅ τι φέρωσιν*, quem calculum moveant.

C. *οὐδέν τι μᾶλλον*] V. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 60.



σθαι, ἔργῳ δὲ ὁρᾶν, ὅσοι ἂν ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁρμή-
σαντες μὴ τοῦ πεπαιδεῦσθαι ἕνεκα ἁψάμενοι νέοι D
ὄντες ἀπαλλάττωνται, ἀλλὰ μακρότερον ἐνδιατρίψωσι,
τοὺς μὲν πλείστους καὶ πάνυ ἀλλοκότους γιγνομένους,
ἵνα μὴ παμπονήρους εἴπωμεν, τοὺς δ' ἐπιεικεστά-
τους δοκοῦντας ὅμως τοῦτό γε ὑπὸ τοῦ ἐπιτηδεύμα-
τος οὗ σὺ ἐπαινεῖς πάσχοντας, ἀχρήστους ταῖς πό-
λεσι γιγνομένους. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας, Οἴει οὖν, εἶ-
πον, τοὺς ταῦτα λέγοντας ψεύδεσθαι; Οὐκ οἶδα,
ἦ δ' ὅς, ἀλλὰ τὸ σοὶ δοκοῦν ἡδέως ἂν ἀκούοιμι.
Ἀκούοις ἄν, ὅτι ἔμοιγε φαίνονται τἀληθῆ λέγειν. E
Πῶς οὖν, ἔφη, εὖ ἔχει λέγειν, ὅτι οὐ πρότερον κα-
κῶν παύσονται αἱ πόλεις, πρὶν ἂν ἐν αὐταῖς οἱ φι-
λόσοφοι ἄρξωσιν, οὓς ἀχρήστους ὁμολογοῦμεν αὐταῖς
εἶναι; Ἐρωτᾷς, ἦν δ' ἐγώ, ἐρώτημα δεόμενον ἀπο-
κρίσεως δι' εἰκόνος λεγομένης. Σύ δέ γε, ἔφη, οἶ-
μαι, οὐκ εἴωθας δι' εἰκόνων λέγειν.

Cap. IV. Εἶεν, εἶπον· σκώπτεις ἐμβεβληκώς με
εἰς λόγον οὕτω δυςαπόδεικτον; ἄκουε δ' οὖν τῆς εἰ-

*ἔργῳ δὲ ὁρᾶν, ὅσοι ἂν ἐπὶ φ.*] re vera autem videre, quotquot philosophiae studium aggressi non, leviter degustato illo et eruditionis tantum liberalioris caussa tractato, continuo adhuc adolescentes illud relinquant, sed ulterius ei operam navent, fere admodum insolentes exsistere, ne omnino pravos dicamus cet. De hac philosophiae reprehensione v. Theaet. p. 173. C sqq Gorg. p. 483 — 486. C., ubi Callicles eos vituperat, qui per totam vitam in illius studio versentur, neque solius *παιδείας χάριν* eam tractandam arbitrentur. Nam *τοῦ πεπαιδεῦσθαι ἕνεκα* est liberalioris eruditionis gratia, quod Protagor. p. 312. B. dicitur *ἐπὶ παιδείᾳ.* et p. 485. A. *ὅσον παιδείας ἔχεται.* ubi v. ann. Voc. *ἀλλόκοτος* illustravimus ad Protagor. p. 346. A.

Cap. IV. E. *ἄκουε δ' οὖν*] verumtamen, etiamsi *λόγος*

488 κόνος, ἵν' ἔτι μᾶλλον ἴδῃς, ὡς γλίσχρως εἰκάζω. οὕτω
γὰρ χαλεπὸν τὸ πάθος τῶν ἐπιεικεστάτων, ὃ πρὸς
τὰς πόλεις πεπόνθασιν, ὥςτε οὐδ' ἔστιν ἓν οὐδὲν
ἄλλο τοιοῦτον πεπονθός, ἀλλὰ δεῖ ἐκ πολλῶν αὐτὸ
ξυναγαγεῖν εἰκάζοντα καὶ ἀπολογούμενον ὑπὲρ αὐ-
τῶν, οἷον οἱ γραφεῖς τραγελάφους καὶ τὰ τοιαῦτα
μιγνύντες γράφουσι. νόησον γὰρ τοιουτονὶ γενόμε-
νον εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι εἴτε μιᾶς· ναύκληρον με-
γέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηῒ πάντας,
B ὑπόκωφον δὲ καὶ ὁρῶντα ὡςαύτως βραχύ τι καὶ γι-
γνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα, τοὺς δὲ
ναύτας στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερ-
νήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυβερνᾶν, μήτε μα-

Cap. IV. P. 488. *χαλεπὸν τὸ πάθος*] *τὸ* om. Par. A. Vat. m. et pr. Ven. Ξ. Articulum quo iure ista auctoritate deleverit Herm., alii viderint: nobis videtur mero errore excidisse, siquidem excidit.

*οὐδὲν ἄλλο τοιοῦτον π.*] V. *τοιοῦτο*. Illud hic et fere ubique tuentur Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. Il. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ.

*οἷον οἱ γραφεῖς*] Sic libri. Bekkerus sine libris *γραφῆς*. conf. p. 484. C.

sit *δυsαπόδεικτος*, audi comparationem. Dein *γλίσχρως* i. q. *σμικρολόγως*. v. Heindorf. ad Cratyl. p. 104.

P. 488. *οἱ γραφεῖς τραγελάφους —*] *Τραγέλαφος* est animal sola effictum cogitatione, ex hirco et cervo compositum. v. Eustath. ad Iliad. α. p. 102. ed. Rom. Hemsterhus. ad Lucian. Prometh. §. 7. p. 239. T. I. ed. Lehm. Böttiger. Vasengemählde Vol. I. P. II. p. 115 sq. ann. et P. III. p. 88 sqq.

*νόησον γὰρ τοιουτονὶ γ.*] Hunc locum laudat Cicero De Offic. I. 25. qui eius retulit sententiam.

*ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηῒ πάντας*] h. e. omnes, qui in nave versantur, superans. Infra p. 509: *αὐτὸ δὲ ὑπὲρ ταῦτα κάλλει ἐστίν*. v. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV, 7. Heindorf. ad Parmenid. p. 194. Iacob. ad Lucian. Alexandr. p. 11. Hermann. ad Lucian. de Conscrib. Histor. p. 129.

B. *γιγνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα*] h. e. item *βραχύ τι*. Formulam *ἕτερα τοιαῦτα* Sympos. p. 201. E. et Phaedon. p. 58. D. attigimus.

C. *ἑτοίμους κατατέμνειν*] Usus est his verbis Themistius Orat. XXI. p. 245. A: *καὶ ἑτοίμου, εἰ λάβοι τινάς, κατατέμνειν*. Verbum *τέμνειν*, ut Lat. secare, scindere, de quovis saevae excarnificationis genere dici monuit Casaubon. ad Sueton August. c. 13. p. 250.



θόντα πώποτε τὴν τέχνην, μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι
διδάσκαλον ἑαυτοῦ, μηδὲ χρόνον ἐν ᾧ ἐμάνθανε,
πρὸς δὲ τούτοις φάσκοντας μηδὲ διδακτὸν εἶναι, ἀλλὰ
καὶ τὸν λέγοντα ὡς διδακτὸν ἑτοίμους κατατέμνειν, C
αὐτοὺς δὲ αὐτῷ ἀεὶ τῷ ναυκλήρῳ περικεχύσθαι δεο-
μένους καὶ πάντα ποιοῦντας, ὅπως ἂν σφισι τὸ πη-
δάλιον ἐπιτρέψῃ, ἐνίοτε δ' ἂν μὴ πείθωσιν, ἀλλὰ
ἄλλοι μᾶλλον, τοὺς μὲν ἄλλους ἢ ἀποκτιννύντας ἢ
ἐκβάλλοντας ἐκ τῆς νεώς, τὸν δὲ γενναῖον ναύκλη-
ρον μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ ἤ τινι ἄλλῳ ξυμποδίσαντας
τῆς νεὼς ἄρχειν χρωμένους τοῖς ἐνοῦσι, καὶ πίνον-
τάς τε καὶ εὐωχουμένους πλεῖν, ὡς τὸ εἰκὸς τοὺς
τοιούτους, πρὸς δὲ τούτοις ἐπαινοῦντας, ναυτικὸν

*νοήσον γὰρ τ. — μιᾶς· ναύκληρον*] Deerat vulgo post *μιᾶς* interpunctio, quam primus restituit Schneid. Suspicamur vero praeterea pro *τοιουτονὶ* refingendum esse *τοιοῦτόν τι*.

*ἐν τῇ νηῒ πάντας*] Sic libri plurimi atque optimi pro vulg. *ἅπαντας*.

C. *τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ*] Ald. Bas. 1. Steph. soloece *ἐπιτρέψοι*. Verum iam Bas. 2. habet, quocum plurimi libri, inter quos sunt Par. AK. Vat. Θ. Ven. Ξ. Il. Vind., consentiunt.

ed. Wolf. Itaque *κατατέμνειν* est in frusta lacerare, concidere. Dein ab usu participii ad infinitivum *περικεχύσθαι* quod transiit, nemo mirabitur, quandoquidem adiecta sunt participia *δεομένους — ἀποκτιννύντας κ. τ. λ. — χρωμένους — πίνοντας — εὐωχουμένους*, ut oratio obscurior fuisset evasura, si hic quoque participium a *νοήσον* pendens positum esset. Paullo rarius, quod *δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας, ὅπως ἂν — ἐπιτρέψῃ* dixit. Nam *πάντα* s. *πᾶν ποιεῖν*, omnem lapidem movere, nihil intentatum relinquere, plerumque *ὥsτε* cum infinitivo adiunctum habet, ut Phaedon. p. 114. C. Apolog. Socr. c. 29. Xenoph. Mem. II. 2, 6. al. Veruntamen etiam *ὡs* et *ὅπως* cum coniunctivo addi docebit annot. Heindorf. ad Phaedon. l. c.

C. *ἐνίοτε δ' ἂν μὴ πείθωσιν, ἀλλὰ ἄλλοι μᾶλλον*] interdum vero, si non persuadent, sed alii magis, videlicet ut ipsis gubernaculum tradatur. *Πείθειν* sine casu obiecti positum, ut Criton. p. 51. B. Apol. p. 35. C. al. Ceterum recte scholiastes ad *ἀλλὰ ἄλλοι μᾶλλον* monet *ἀπὸ κοινοῦ* intelligi oportere *πείθωσιν*. — *μανδραγόρᾳ*. Schol. *ὑπνωτικὸς ὁ καρπὸς τοῦδε τοῦ φυτοῦ, κ. τ. λ.* v. intpp. ad Lucian. Tim. §. 2. Simili imagine utitur Theognis v. 731. ed. Welcker.

*ὡs τὸ εἰκὸs τοὺs τοιούτους*] Repete *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* apud animum *πράττειν*.

D μὲν καλοῦντας καὶ κυβερνητικὸν καὶ ἐπιστάμενον τὰ
κατὰ ναῦν, ὃς ἂν ξυλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ, ὅπως ἄρ-
ξουσιν ἢ πείθοντες ἢ βιαζόμενοι τὸν ναύκληρον, τὸν
δὲ μὴ τοιοῦτον ψέγοντας ὡς ἄχρηστον, τοῦ δὲ ἀλη-
θινοῦ κυβερνήτου πέρι μηδ' ἐπαΐοντας, ὅτι ἀνάγκη
αὐτῷ τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ καὶ ὡρῶν
καὶ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων καὶ πνευμάτων καὶ πάντων
τῶν τῇ τέχνῃ προσηκόντων, εἰ μέλλει τῷ ὄντι νεὼς
ἀρχικὸς ἔσεσθαι, ὅπως δὲ κυβερνήσει, ἐάν τέ τινες
E βούλωνται ἐάν τε μή, μήτε τέχνην τούτου μήτε με-
λέτην οἰομένους δυνατὸν εἶναι λαβεῖν ἅμα καὶ τὴν
κυβερνητικήν. τοιούτων δὴ περὶ τὰς ναῦς γιγνομένων

D. *ὅπως ἄρξουσιν*] V. *ἄρξωσιν*. Futurum exhibent Par. A. Ven. II. Ang. Vat. m. Flor. a. c x. *α. β. γ.* Restituit iam Fr. Astius. Dein *ἐπαΐοντες* Par. A. Vat. *Θ.* Ven. *Ξ.* II. Vat. m. Flor. a. c. *α. γ.* quod cum Schneidero Turr. et Herm. receperunt. sed v. ann. proximam. Pro vulg. *ὅπως δὲ κυβ.* Astius scribendum coniecit *ὅπως τε κ.*, quod scriptum exstat in Vat. *Θ.* r. Vind. Ven. *Ξ.* Sed haud dubie verum est vulgatum. v. annot.

E. *οἰομένους δυνατὸν εἶναι*] Par. ADK. Vat. *Θ.* Ven. *Ξ.* II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. sex Florentini nostri cum Bas. 2. *οἰόμενοι*. Quod si verum esset, explicari per anacoluthiam debeRet. Cuius tamen idonea explicatio nulla suppetit, quandoquidem nec Schneiderus caussam eius attulit probabilem, qui scriptorem narrat accusativorum taedio captum denique ad nominativos transiisse. Par. D. *οἰομένου* in marg. Sed Ambros. et Angel. *οἰομένους*, quod Schneiderum praeteriit, omnes codd. *οἰόμενοι* exhibere narrantem. Nominativos cum Bas. 2. ediderunt Schneider. Herm.

P. 489. B. *ὅτι τοίνυν τἀληθῆ λέγει*] Pessime vulgo *λέγεις*, quod Schneid. Turr. Herm. tenent. Recte Par. D. *λέγει*, ut Stephanus emendavit. Ven. *Ξ.* Vat. m. Flor. a. c. *λέγειν*.

D. *ὃς ἂν ξυλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ, ὅπως ἄρξουσιν*] qui ipsos adiuvare possit, ut navis imperium accipiant vel persuasione vel vi gubernatorem cogentes.

*ὅπως δὲ κυβερνήσει — κυβερνητικὴν*] Recte scriptum est *δέ*, pro quo alii voluerunt *τε*. Distinguitur enim usus artis gubernandi sive ars imperatoria a scientia et cognitione gubernatoris, quae continetur scientia astronomica, meteorologica, aliis similibus, hoc est, a theoria, quam vulgo dicunt. Itaque sententia haec est: quomodo autem gubernaturus sit, sive id velint aliqui, sive non velint, h. e. quomodo autem, nautis volentibus nolentibus, gubernandi consilia sua peracturus sit, contemtis illorum opinionibus vel vociferationibus, eius rei putantes neque artem neque meditationem percipi posse una cum arte gubernatoria, i. e. cum arte gubernatoria consociatam. Imperita enim nautarum multitudo negat fieri posse, ut imperatoria ars refragantibus, navigantibus, satis valeat atque capta consilia ad exitum perducat. Pro *ἅμα καὶ τὴν κυβερνητικήν* legendum censemus: *ἅμα καὶ τῇ κυβερνητικῇ*, etiam una cum gubernandi scientia vel theoria, ita ut ars imperatoria adeo cum illa coniungatur. Verba: *ἐάν τέ τινες βούλωνται ἐάν τε μή*, significant, imperium sapientis gubernatoris quovis pacto valere oportere, quemadmodum philosophus etiam sapientem civitatis principem in Politico p. 292. B. — 297. B. omnibus reipublicae civibus voluit esse eum, qui, sive velint sive nolint cives, imperium exerceat. conf. inprimis Politic. p. 293. B. C. D.



τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἡγεῖ ἂν τῷ ὄντι
μετεωροσκόπον τε καὶ ἀδολέσχην καὶ ἄχρηστόν σφισι
καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς οὕτω κατεσκευασμέναις 489
ναυσὶ πλωτήρων; Καὶ μάλα, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος.
Οὐ δή, ἦν δ' ἐγώ, οἶμαι δεῖσθαί σε ἐξεταζομένην
τὴν εἰκόνα ἰδεῖν, ὅτι ταῖς πόλεσι πρὸς τοὺς ἀληθι-
νοὺς φιλοσόφους τὴν διάθεσιν ἔοικεν, ἀλλὰ μανθά-
νειν ὃ λέγω. Καὶ μάλα, ἔφη. Πρῶτον μὲν τοίνυν
ἐκεῖνον τὸν θαυμάζοντα, ὅτι οἱ φιλόσοφοι οὐ τι-
μῶνται ἐν ταῖς πόλεσι, δίδασκέ τε τὴν εἰκόνα καὶ
πειρῶ πείθειν, ὅτι πολὺ ἂν θαυμαστότερον ἦν, εἰ B
ἐτιμῶντο. Ἀλλὰ διδάξω, ἔφη. Καὶ ὅτι τοίνυν τἀ-

E. *τῷ ὄντι μετεωροσκόπον —*] Commune hoc fuit omnium philosophorum vituperium, quod constat inprimis in Socratem esse coniectum; v. ad Mened. p. 172. B sqq. Politic. p. 299. B. Apolog. Socrat. p. 18. B. ibique annot. coll. schol. ad Aristoph. Nubb. v. 97. Porsonus teste Dobraeo Adversar. Vol. I. P. I. p. 157. legi iussit *μετεωροκόπον*, h. e. eum, qui de rebus coelestibus ac sublimibus sermones caedit, quo modo *μετεωροκοπεῖν* dixit Aristoph. Pac. v. 92. Sed id inest in proximo *ἀδολέσχην*. Qualis autem intelligatur *μετεωροσκόπος*, docet locus Theaet. p. 173. E sqq.

P. 489. *ὅτι ταῖς πόλεσι πρὸς τοὺς ἀληθ.*] Iunge in hunc modum: *ὅτι (ἡ εἰκὼν) ἔοικε ταῖς πόλεσι τὴν διάθεσιν* (i. e. *κατὰ τὴν διάθεσιν*) *πρὸς τοὺς ἀληθινοὺς φιλοσόφους*.

B. *Καὶ ὅτι τοίνυν τἀληθῆ λέγει*] Quod libri fere omnes habent *λέγεις*, secundam verbi personam, id argute defendit Schneiderus sic, ut Platonem dicat Adimanto iam tribuere quae philosophiae accusatori tribuenda fuerint, quo scilicet significetur, illum ipsum quoque hanc sententiam comprobavisse. Quae profecto ineptissima est vulgatae scripturae defensio. Nam tribuenda haec esse uni philosophiae adversario quum superiora illa evincant p. 487.

ληθῆ λέγει, ὡς ἄχρηστοι τοῖς πολλοῖς οἱ ἐπιεικέστατοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ· τῆς μέντοι ἀχρηστίας τοὺς μὴ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἐπιεικεῖς. οὐ γὰρ ἔχει φύσιν κυβερνήτην ναυτῶν δεῖσθαι ἄρχεσθαι ὑφ' αὑτοῦ, οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν
C πλουσίων θύρας ἰέναι, ἀλλ' ὁ τοῦτο κομψευσάμενος ἐψεύσατο, τὸ δὲ ἀληθὲς πέφυκεν, ἐάν τε πλούσιος ἐάν τε πένης κάμνῃ, ἀναγκαῖον εἶναι ἐπὶ ἰατρῶν θύρας ἰέναι καὶ πάντα τὸν ἄρχεσθαι δεόμενον ἐπὶ τὰς τοῦ ἄρχειν δυναμένου, οὐ τὸν ἄρχοντα δεῖσθαι

*ἄρχεσθαι ὑφ' αὑτοῦ*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Angel. Vat. r. Flor. α. x. Vett. editt. male *ὑπ' αὐτοῦ*.

D., tum clare testantur etiam ea, quae hic continuo sequuntur: *κέλευε αἰτιᾶσθαι* et mox p. 489. C: *καὶ τοὺς ὑπὸ τούτων λεγομένους κ. τ. λ.* ibid. D: *οὓς δὴ σὺ φῂς τὸν ἐγκαλοῦντα τῇ φιλοσοφίᾳ λέγειν κ. τ. λ.*, quae postrema Schneiderus perperam ad defendendam sententiam suam adhibuit, quum ad contrariam rationem tuendam valeant. Legendum enim necessario est *λέγει*, ut subiectum sit *ἐκεῖνος ὁ θαυμάζων*, vel omnino ignotus ille philosophiae adversarius, quem Adimantus loquentem inducit. Quanquam fortasse praeferendum est quod aliquot libri habent *ὅτι — λέγειν*, ut infinitivus post *ὅτι* inferatur, quo clarius alienam sententiam referri pateat. De quo constructionis genere ex duplicis structurae commixtione explicando v. Matthiae Gr. §. 539. 1. Rost. Gr. §. 122. ann. 3. Nam quod Schneiderus contendit, infinitivum post *ὅτι* h. l. stare non posse, id magis arbitrio suo sumsit quam argumentis probavit. Neque enim offensionis quidquam habet, quod infinitivus continuo, nulla intercapedine orationis facta, particulam excipit. Nam istud quidem usui loquendi neutiquam adversari, docuerunt Fritsch. Luciann. Quaest. p. 172 sq. Schoemann. ad Isaeum p. 328. Foertsch. Obss. in Lysiam p. 79. conf. etiam ann. nostr. ad Phileb. p. 50. C sq. ubi item post *πίστεως χάριν* nulla facta interpositione infinitivus post particulam illatus est, et mox ann. critic. ad p. 501. A. Ceterum ad *καὶ ὅτι — λέγει* vel *λέγειν* patet ex praecedenti *δίδασκε* aptum aliquod verbum per zeugma intelligendum relinqui.

*τοὺς μὴ χρωμένους*] sc. *αὐτοῖς*. v. ad libr. V. p. 452. C.

*οὐ γὰρ ἔχει φύσιν*] v. p. 473. A. Non convenit, inquit, ab gubernatore precibus adiri nautas, ut se ab ipso regi et gubernari patiantur. — *ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἰέναι*. v. ad libr. II. p. 364. B.

C. *ὁ τοῦτο κομψευσάμενος ἐψεύσατο*] Scholiastes: *κομψευσάμενος· πανουργευσάμενος. κομψευσάμενον τὸν Εὔβουλόν φησιν, ὃς ὑπὸ Σωκράτους ἐρωτηθείς, „ὦ Εὔβουλε, σοφὸς ἐθέλεις εἶναι ἢ πλούσιος;“ ἔφη*



τῶν ἀρχομένων ἄρχεσθαι, οὗ ἂν τῇ ἀληθείᾳ τι ὄφελος ᾖ. ἀλλὰ τοὺς νῦν πολιτικοὺς ἄρχοντας ἀπεικάζων οἷς ἄρτι ἐλέγομεν ναύταις οὐχ ἁμαρτήσει, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτων ἀχρήστους λεγομένους καὶ μετεωρολέσχας τοῖς ὡς ἀληθῶς κυβερνήταις. Ὀρθότατα, ἔφη. Ἔκ τε τοίνυν τούτων καὶ ἐν τούτοις οὐ ῥᾴδιον εὐδοκιμεῖν τὸ βέλτιστον ἐπιτήδευμα ὑπὸ τῶν τἀναντία ἐπιτηδευόντων, πολὺ δὲ μεγίστη καὶ ἰσχυροτάτη δια- D
βολὴ γίγνεται φιλοσοφίᾳ διὰ τοὺς τὰ τοιαῦτα φάσκοντας ἐπιτηδεύειν, οὓς δὴ σὺ φῂς τὸν ἐγκαλοῦντα

C. *οὐχ ἁμαρτήσει*] V. *ἁμαρτήσῃ*, quod ex Par. A. Ven. II. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. γ. mutatum. In Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Vat. r. exstat *ἁμαρτήσεις*.

*πλούσιος· τοὺς γὰρ σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις καθεύδοντας. πρὸς ὃ τὸν Σωκράτη πάνυ ἀγχίνως εἰπεῖν, ὡς οἱ μὲν σοφοί, ὦ Εὔβουλε, ἴσασιν ὧν δέονται, τῆς πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαίων χρείαν γὰρ χορηγίας, ἧς οἱ πλούσιοι, εἰ βούλοιντο, χορηγοί· αὐτοὶ δὲ οὗτοι οἱ πλούσιοι οὐκ ἴσασιν· τῆς ἀνθρωπίνης γὰρ ἀρετῆς, ἢ διὰ τῆς διδασκαλίας τῶν σοφῶν τῷ βουλομένῳ παντὶ οἷά τ' ἐστὶ παραγίγνεσθαι.* Eubulum igitur quendam respici putat Scholiasta. Sed hominem istum obscurum denotari vel propterea minus est credibile, quod significatur aliquis, qui scite et argute aliquando dictum istud emiserit sic, ut ad maiorem quandam celebritatem pervenerit. Id quod significatur verbis: *ὁ τοῦτο κομψευσάμενος,* de quo vocabuli usu docte et eleganter exposuit Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 154 sq. Videtur potius Simonides aut Aristippus tangi. Nam Aristippo illud tribuit Diogen. Laert. II. 69. eumque notari censuerunt Meiners Histor. Doctrin. Gr. et Rom. Vol. II. p. 388. ann. 2. et Schleiermacher. ad h. l. Quippe ille tale quid Dionysio tyranno narratur respondisse. Quod si recte statuitur, Plato existimandus est Socrati tribuisse quae postea demum, quum dudum habitum esset colloquium, evenerunt: in quo non est cur iure offendamus, quandoquidem is anachronismus et per se est excusabilis et valet ad tempus natale Reipublicae tanquam per transennas significandum. Sed idem facete dictum adscribitur etiam Simonidi, quem Aristoteles Rhetor. II. c. 16. narrat uxori Hieronis, divitiae an sapientiae opes praestarent, sciscitanti respondisse, divitias ideo esse anteferendas, quia sapientes divitum ianuas obsiderent. Fieri igitur potest, ut Simonides significetur, praesertim quum ita simul leniter traducantur qui eius auctoritati plurimum solerent etiam in sapientiae disciplina tribuere. v. ad Libr. I. p. 331. et Protagor. p. 339. Quamquam fortasse iam Platonis aetate ambigua fuit fama de dicti auctore, sicuti ipsa philosophi verba indicare videntur.

D. *διὰ τοὺς τὰ τοιαῦτα φάσκοντας ἐπιτηδεύειν*] Maximam invidiam philosophiae

*τῇ φιλοσοφίᾳ λέγειν, ὡς παμπόνηροι οἱ πλεῖστοι τῶν ἰόντων ἐπ' αὐτήν, οἱ δὲ ἐπιεικέστατοι ἄχρηστοι, καὶ ἐγὼ συνεχώρησα ἀληθῆ σε λέγειν. ἦ γάρ; Ναί.* Cap. V. *Οὐκοῦν τῆς μὲν τῶν ἐπιεικῶν ἀχρηστίας τὴν αἰτίαν διεληλύθαμεν; Καὶ μάλα. Τῆς δὲ τῶν πολλῶν πονηρίας τὴν ἀνάγκην βούλει τὸ μετὰ τοῦτο*
E *διέλθωμεν, καὶ ὅτι οὐδὲ τούτου φιλοσοφία αἰτία, ἂν*

Cap. V. E. *ὅθεν διῆμεν*] Sic Par. ADK. Ven. Ξ. II. Mon Ang. Florentini, alii, pro vulg. *διῄειμεν*. Contractam formam apud Atticos ubique revocandam esse censuit Elmsleius in the classical Iournal N. XVII. p. 51 sq. Vide tamen quae monuit Butt-

ab iis conflari dicit, qui, quum revera ab ea alieni sint, tamen se illius studio maxime iactent et importune superbiant. Nam *τὰ τοιαῦτα* non potest dubitari quin ad ipsius philosophiae commemorationem referendum sit, ut intelligantur ea, quae ad sapientiae studium pertinent. Neque habet haec verborum coniunctio ullam offensionem, licet diffitendum non sit esse eam paullo liberiorem. Similiter libr. IX. p. 581. D: *τὸν δὲ φιλόσοφον — τὰς ἄλλας ἡδονὰς νομίζειν οὐδὲν πρὸς τὴν τοῦ εἰδέναι τἀληθὲς ὅπῃ ἔχει, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ τινὶ ἀεὶ εἶναι κ. τ. λ.*, ubi *τὸ τοιοῦτόν τι* item refertur ad proxime praegressa. Deinde observes structuram verborum, *οὓς δὴ σὺ φῂς τὸν ἐγκ. λέγειν ὡς παμπόνηροι οἱ πλεῖστοι τῶν ἰόντων ἐπ' αὐτήν*. Nam e vulgari ratione dicendum fuit: *ὧν δὴ σὺ φῂς τὸν ἐγκ. λέγειν ὅτι* s. *ὡς παμπόνηροι οἱ πλεῖστοι*. Nunc vero *οὓς* dixit usurus constructione accusativi cum infinitivo, quam tamen sermone deinde aliter conformato cum *ὡς* et indicativo permutavit. cf. Matthiae Gr. §. 539. 1. — *ἰέναι ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν* dicuntur qui ad studium philosophiae accedunt ideoque sese philosophos profitentur. Similiter Protagor. p. 360. A: *οὐκ ἐθέλουσιν ἰέναι ἐπὶ τὸ κάλλιον.* et *οὐκ ἐπὶ τὸ κάλλιόν τε καὶ ἄμεινον καὶ ἥδιον ἔρχεται.* Sed aptius etiam compares Gorg. p. 515. B: *ἔρχεσθαι ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα.*

*ἀληθῆ σε λέγειν*] dum istam adversariorum philosophiae sententiam in medium attulisti.

Cap. V. P. 490. *εἰ νῷ ἔχεις*] si animo tenes, i. e. si meministi. Noli comprobare quod nuper de Stephani coniectura ediderunt *εἰ ἐν νῷ ἔχεις*, licet aliquot libri ita scriptum exhibeant. Euthyphron. p. 2. B: *εἴ τινα νῷ ἔχεις Πιτθέα Μέλητον*, ubi nonnisi unus de viginti octo libris *ἐν* addit. Herodot. V, 92: *Περίανδρος δὲ συνιεὶς τὸ ποιηθὲν καὶ νόῳ ἴσχων, ὥς οἱ ὑπετίθετο Θρασύβουλος κ. τ. λ.*, ubi nemo adiecerit *ἐν*. Deinde *πάντως καὶ πάντῃ* dicitur ut nostrum auf iede Art und Weise. Phileb. p. 60. C: *ᾧ παρείη τοῦτ' ἀεὶ — πάντως καὶ πάντῃ*. Phaedr. p. 246. A: *πάντῃ πάντως*. Neque aliter accipiendum illud *οὐδαμῶς οὐδαμῇ*, de quo scripsimus ad Phaedon. p. 78. D.

*ἢ ἀλαζόνι ὄντι μηδαμῇ μετεῖναι*] Hic quoque *ἤ* est alioquin, ut iam annotatum est ad libr. V. p. 463. D. Sed notandus praeterea infinitivus



*δυνώμεθα, πειραθῶμεν δεῖξαι; Πάνυ μὲν οὖν. Ἀκούωμεν δὴ καὶ λέγωμεν ἐκεῖθεν ἀναμνησθέντες, ὅθεν διῆμεν, τὴν φύσιν οἷον ἀνάγκη φῦναι τὸν καλόν τε κἀγαθὸν ἐσόμενον. ἡγεῖτο δ' αὐτῷ, εἰ νῷ ἔχεις, πρῶ-* 490
*τον μὲν ἀλήθεια, ἣν διώκειν αὐτὸν πάντως καὶ πάντῃ ἔδει, ἢ ἀλαζόνι ὄντι μηδαμῇ μετεῖναι φιλοσοφίας ἀληθινῆς. Ἦν γὰρ οὕτω λεγόμενον. Οὐκοῦν*

mannus Grammat. ampl. T. I. p. 554 sq.

P. 490. *εἰ νῷ ἔχεις*] Angel. Flor. α. x. et rec. Vind. Mon. *εἰ ἐν νῷ ἔχεις*, quod Stephanus probandum censuit. conf. ann. infra.

talibus in locis post *δεῖ, προσήκει, δυνατόν*, verbalia in *τέον* desinentia, alia similia, sequente *ἤ* per liberiorem constructionem illatus, qua de re primus, quod sciam, monuit Buttmannus ad Menon. p. 96. E., qui infinitivum optativi cum *ἄν* iuncti vicem gerere arbitratur. Quod vereor ne male statuamus. Ego enim existimo infinitivum ab notione verbi alicuius, ex priore universae sententiae parte facile intelligendi, suspensum esse. Plerumque autem intelligi licet necesse est, convenit, statuendum est, aut simile quiddam. Quod qui fiat, optime ex ipsis rei exemplis perspicietur. Rep. V. p. 463. D: *ὑπήκοον δεῖν εἶναι τῶν γονέων, ἢ μήτε πρὸς θεῶν μήτε πρὸς ἀνθρώπων ἄμεινον αὐτῷ ἔσεσθαι.* h. e. alioquin putari debere s. necesse esse, eum neque a diis neque ab hominibus boni quidquam esse consequuturum: nimirum ex praecedenti *δεῖν* post *ἤ* facile intelligas verbum cognatae significationis *ἀναγκαῖον εἶναι*. Protagor. p. 323. A: *ὡς παντὶ προσῆκον ταύτης γε μετέχειν τῆς ἀρετῆς, ἢ μὴ εἶναι πόλεις*, i. e. *ἢ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι πόλεις*, ubi v. annot. Pertinet huc etiam locus Menon. p. 96. E: *παντὸς μᾶλλον οὖν προσεκτέον τὸν νοῦν ἡμῖν αὐτοῖς — ἢ ἴσως καὶ διαφεύγειν ἡμᾶς τὸ γνῶναι*, ubi Buttmannus infinitivum a praecedenti *ἔλαθον* regi putabat: ego olim longiore verborum intercapedine deceptus ex aliquot libris *διαφεύγει* edidi. Repetendum autem haud dubie post *ἤ* ex notione formae verbalis, quam vocant, *ἀναγκαῖον*, aut simile quiddam. Addas praeterea Phaedr. p. 271. E. Parmen. p. 160. D. et Euthyd. p. 266. C., quo postremo loco post *ἀλλά* similis ratio obtinet. Sed videamus nunc de hoc loco. In quo primum non debet offendere imperfecti usus, quod ita positum est, ut ad praecedentem rei disputationem respiciatur. Cf. libr. III. p. 406. E. IV. p. 433. D. Criton. p. 47. D. Phaedon. p. 68. B. Gorg. 516. D. Legg. I. p. 628. C. al. Clarius etiam hoc modo dici potuit: *ἣν διώκειν αὐτὸν — δεῖν ἐλέγομεν*. Quae si vera sunt, patet etiam post *ἤ* intelligendum esse *ἀναγκαῖον ἦν* i. e. *ἀναγκαῖον εἶναι ἐλέγομεν*, ut sensus non possit non hic esse: alioquin necessario consequi arbitrabamur, ut quum vanus esset, nullo modo in philosophiae verae germanaeque possessionem perveniret. Ita nihil est, quod dubitationem ullam movere possit.

ἐν μὲν τοῦτο σφόδρα οὕτω παρὰ δόξαν τοῖς νῦν
δοκουμένοις περὶ αὐτοῦ; Καὶ μάλα, ἔφη. Ἆρ' οὖν
δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα, ὅτι πρὸς τὸ ὂν πε-
φυκὼς εἴη ἁμιλλᾶσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθής, καὶ
B οὐκ ἐπιμένοι ἐπὶ τοῖς δοξαζομένοις εἶναι πολλοῖς ἑκά-
στοις, ἀλλ' ἴοι καὶ οὐκ ἀμβλύνοιτο οὐδ' ἀπολήγοι
τοῦ ἔρωτος, πρὶν αὐτοῦ ὃ ἔστιν ἑκάστου τῆς φύ-
σεως ἅψασθαι ᾧ προςήκει ψυχῆς ἐφάπτεσθαι τοῦ
τοιούτου; προςήκει δὲ ξυγγενεῖ· ᾧ πλησιάσας καὶ μι-
γεὶς τῷ ὄντι ὄντως, γεννήσας νοῦν καὶ ἀλήθειαν,
γνοίη τε καὶ ἀληθῶς ζῴη καὶ τρέφοιτο καὶ οὕτω
λήγοι ὠδῖνος, πρὶν δ' οὔ; Ὡς οἷόν τ', ἔφη, με-
τριώτατα. Τί οὖν; τούτῳ τι μετέσται ψεῦδος ἀγα-

*σφόδρα οὕτω παρὰ δόξαν*] *οὕτω σφόδρα* Vat. Θ. Vind. Vat. r.

B. *ᾧ προςήκει ψ.*] Vulgo male *προςήκοι*, quod solus Vat. m. tuetur. Mox item contra fidem fere omnium librorum vulgabatur *τῷ ὄντως ὄντι*.

*τούτῳ τι μετέσται ψ.*] *τι* deest vulgo, invitis codicibus.

C. *καὶ δίκαιον ἦθος*] V. *καὶ μέτριον ἦθος*, quod ex Paris. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Ang. Vat. m. r. sex Florentinis et Ficino mutatum. Ven. Ξ. eam lectionem annotatam habet.

*ἀναλαμβάνοντα τάττειν*] Sic recte Stephanus, cuius rationem firmat Ven. Ξ. Ceteri libri *ἀναγκάζοντα*, quod etiam Wiegando iudice in Zimmermann. Diario: Zeitschrift f. Alterthumsw. a. 1835. A. 52. p. 420. iniuria restituerunt Schneid. Turr. Herm.

*Οὐκοῦν ἓν μὲν τοῦτο σφόδρα οὕτω*] sc. *ἦν λεγόμενον*. Ficinus: „Unum hoc igitur alienum est omnino ab iis, quae nunc de ipso existimantur.“

*οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα, ὅτι πρὸς τὸ ὂν πεφυκὼς εἴη*] Erunt quos optativi usus offendat et modorum enallagen nescio quam comminiscantur. Sed nos quidem in illo minime haeremus. Affert enim Socrates illud, quod iam libro quinto extremo de philosophis dixerat, ideoque utitur modo optativo. Plenius poterat sic dicere: *Ἆρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα ὃ ἐλέγομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι πρὸς τὸ ὂν πεφυκὼς εἴη ἁμ. κ. τ. λ.* Quocirca haec, si qua est, modorum enallage iustam habet excusationem.

B. *οὐδ' ἀπολήγοι τοῦ ἔρωτος*] V. libr. V. p. 476. C. D.

*ᾧ προςήκει ψυχῆς ἐφάπτεσθαι* —] De ipsa sententia cf. Phaedon. p. 65. E. sq. Sympos. p. 211. E. 212. A. — *ᾧ — ψυχῆς* est qua animi parte. v. ad p. 507. C. Phileb. p. 35. B.

*οὕτω λήγοι ὠδῖνος*] *Ὠδίς* de dolore ex amore pulcri nato, ut Phaedr. p. 251. C. Sympos. p. 206. E. Pertinet huc totus ille locus p. 206. B. sq., quem



πᾶν ἢ πᾶν τοὐναντίον μισεῖν; Μισεῖν, ἔφη. Ἡγου- C
μένης δὴ ἀληθείας οὐκ ἄν ποτε, οἶμαι, φαῖμεν αὐτῇ
χορὸν κακῶν ἀκολουθῆσαι. Πῶς γάρ; Ἀλλ' ὑγιές
τε καὶ δίκαιον ἦθος, ᾧ καὶ σωφροσύνην ἕπεσθαι.
Ὀρθῶς, ἔφη. Καὶ δὴ τὸν ἄλλον τῆς φιλοσόφου
φύσεως χορὸν τί δεῖ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἀναλαμβάνοντα
τάττειν; μέμνησαι γάρ που, ὅτι ξυνέβη προςῆκον
τούτοις ἀνδρεία, μεγαλοπρέπεια, εὐμάθεια, μνήμη.
καὶ σοῦ ἐπιλαβομένου, ὅτι πᾶς μὲν ἀναγκασθήσεται D
ὁμολογεῖν οἷς λέγομεν, ἐάσας δὲ τοὺς λόγους, εἰς αὐ-
τοὺς ἀποβλέψας περὶ ὧν ὁ λόγος, φαίη ὁρᾶν αὐτῶν
τοὺς μὲν ἀχρήστους, τοὺς δὲ πολλοὺς κακοὺς πᾶσαν
κακίαν, τῆς ἤδη διαβολῆς τὴν αἰτίαν ἐπισκοποῦντες

Iidem quod de scriptura voc. *ἀνδρεία* et *ἀνδρία* innumerabilibus fere locis ambigunt, sciant lectores, nos cramben centies coctam noluisse denuo recoquere. Nam illi si constare sibi voluerint, certe sine cunctatione ipsis scribendum ubique fuit *ἀνδρεία*, quum nunc certo exploratum habeatur optimum codicem Par. A. etiam in Republica et Legibus eam formam cum aliis quibusdam codicibus constanter tueri. conf. ann. ad Apol. p. 35. A. Gorg. p. 492. A.

D. *τοὺς μὲν ἀχρήστους*] *μὲν* om. Par. A. Vat. m.

*τῆς ἤδη διαβολῆς τὴν αἰτίαν*] Astius et Stephanus corrigunt *τῆςδε τῆς διαβολῆς*. Non opus. Vocula paullulum traiecta. Par. A. tamen cum Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. *ἤδη* omittunt. Quare eam Hermann. eliminavit. Nobiscum faciunt Schneider. et Turr.

vix dubito quin ipse philosophus hic et in superioribus respexerit. Ceterum optativus in his quoque propter orationis obliquitatem positus est.

C. *Ἀλλ' ὑγιές τε καὶ δίκαιον ἦθος*] Pro *δίκαιον* Stephanus *μέτριον* scripserit. Nam p. 485. E. sq. post veritatis amorem proxime temperantia et moderatio commemorabatur: iustitiae demum post temperantiam, magnanimitatem et fortitudinem mentio fiebat. Sed h. l. primum universe significatur, quale *ἦθος* cum veritate coniunctum sit, nimirum sanum ac tale, quale esse debeat s. integrum, ut *δίκαιον* pateat non de iustitia, quae vulgo vocatur, intelligendum esse, sicuti etiam evincit eius coniunctio cum *ὑγιές*.

*σοῦ ἐπιλαβομένου, ὅτι πᾶς* —] *Ἐπιλαμβάνεσθαι* nunc est excipere, adiuncta tamen reprehendendi s. redarguendi notione. Deinde *ὁμολογεῖν* cum dativo rei, quam quis probat, constructum, ut Politic. p. 258. A: *συγχωρεῖς οὖν οἷς λέγει*; Phaedon. p. 100. C: *τῇ τοιᾷδε αἰτίᾳ συγχωρεῖς*; Horat. Sermon. II. 3, 305: Stultum me fateor liceat concedere veris. — Proxima sic intelligas: sed missis disputationibus atque animo ad eos ipsos converso, de quibus sermo est, eum affirmaturum, conspicere se inter

ἐπὶ τούτῳ νῦν γεγόναμεν, τί ποθ' οἱ πολλοὶ κακοί, καὶ τούτου δὴ ἕνεκα πάλιν ἀνειλήφαμεν τὴν τῶν ἀληθῶς φιλοσόφων φύσιν καὶ ἐξ ἀνάγκης ὡρισάμεθα.
E Ἔστιν, ἔφη, ταῦτα. Cap. VI. Ταύτης δή, ἦν δ' ἐγώ, τῆς φύσεως δεῖ θεάσασθαι τὰς φθοράς, ὡς διόλλυται ἐν πολλοῖς, σμικρὸν δέ τι ἐκφεύγει, οὓς δὴ καὶ οὐ πονηρούς, ἀχρήστους δὲ καλοῦσι· καὶ μετὰ
491 τοῦτο αὖ τὰς μιμουμένας ταύτην καὶ εἰς τὸ ἐπιτήδευμα καθισταμένας αὐτῆς, οἷαι οὖσαι φύσεις ψυχῶν εἰς ἀνάξιον καὶ μεῖζον ἑαυτῶν ἀφικνούμεναι ἐπιτήδευμα, πολλαχῇ πλημμελοῦσαι, πανταχῇ καὶ ἐπὶ πάντας δόξαν οἵαν λέγεις φιλοσοφίᾳ προσῆψαν. Τίνας δέ, ἔφη, τὰς διαφθορὰς λέγεις; Ἐγώ σοι, εἶπον, ἂν οἷός τε γένωμαι, πειράσομαι διελθεῖν. τόδε

τὴν τῶν ἀληθῶς φιλοσόφων] Ante ἀληθῶς Vind. Mon. Flor. β. ὡς interponunt.

Cap. VI. P. 491. εἰ τελέως μέλλοι] Indicativum μέλλει praebuit Paris. 1808. a Bipontinis collatus. Optativum tamen omnes tenent reliqui libri.

B. Ἔτι τοίνυν — πρὸς τούτοις] τοίνυν abest a Vat. Θ. r. Vind. Male. v. ad Apolog. Socrat. p. 33. E. explicatt.

illos alios quidem inutiles, multos vero omni pravitate corruptos. Nam φαίη pariter atque ἀναγκασθήσεται ab ὅτι pendet, de qua modorum permutatione v. Gorg. p. 512. A. Protagor. p. 335. A. De Republ. V. p. 466. A. Charmid. p. 156. B. E. Verba ἐάσας δὲ τοὺς λόγους respiciunt ad illa p. 487. B. sq.

D. ἐπὶ τούτῳ νῦν γεγόναμεν] huc devenimus, ut quaeramus, cur tandem plurimi mali sint. Sophocl. Oed. Tyr. v. 1162: πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ, λέγειν, sc. αὐτὸ Ipse Plato infra libr. VII. p. 532. B: τότε δὴ ἐπ' αὐτῷ γίγνεται τῷ τοῦ νοητοῦ τέλει. Politic. p. 244. B: ἐπ' αὐτῷ νῦν ἐσμέν. Phaedr. p. 274. E. Crat. p. 422. A. Legg. IV. p. 796. B. De iunctura verborum κακοὺς πᾶσαν κακίαν compares Aristot. Ethic. V. 6. ἄδικος ἑκάστην ἀδικίαν et quae collegit Matthiae Gr. §. 408.

Cap. VI. E. σμικρὸν δέ τι ἐκφεύγει, οὓς δὴ καὶ οὐ π.] Mire se torsit Marsilius, qui locum sic interpretatur: parvum quid subterfugit: nempe et hoc animadvertendum, quos videlicet non malos quidem, sed inutiles vocant. Non animadvertisse videtur pronomen οὓς ad proximum σμικρὸν δέ τι ἐκφεύγει respicere, ad quod facile ἐν τισίν vel ἐν πολλοῖς intelligas. Nam sententia verborum haec est: Oportet iam nos considerare, qui fiat, ut haec natura (philosopha) in multis pessumdetur, nec nisi exigua quaedam pars salva evadat, cuiusmodi homines etiam etsi non pravos, at ineptos tamen vocare solent.

P. 491. οἷαι οὖσαι φύσεις ψυχῶν εἰς ἀνάξιον —] Non assentior Benedicto ἀντάξιον



μὲν οὖν, οἶμαι, πᾶς ἡμῖν ὁμολογήσει, τοιαύτην φύσιν καὶ πάντα ἔχουσαν ὅσα προςετάξαμεν νῦν δή, εἰ τελέως μέλλοι φιλόσοφος γενέσθαι, ὀλιγάκις ἐν ἀν- B
θρώποις φύεσθαι καὶ ὀλίγας. ἢ οὐκ οἴει; Σφόδρα γε. Τούτων δὴ τῶν ὀλίγων σκόπει ὡς πολλοὶ ὄλεθροι καὶ μεγάλοι. Τίνες δή; Ὃ μὲν πάντων θαυμαστότατον ἀκοῦσαι, ὅτι ἓν ἕκαστον ὧν ἐπῃνέσαμεν τῆς φύσεως ἀπόλλυσι τὴν ἔχουσαν ψυχὴν καὶ ἀποσπᾷ φιλοσοφίας· λέγω δὲ ἀνδρείαν, σωφροσύνην καὶ πάντα ἃ διήλθομεν. Ἄτοπον, ἔφη, ἀκοῦσαι. Ἔτι
τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τούτοις τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ C
πάντα φθείρει καὶ ἀποσπᾷ, κάλλος καὶ πλοῦτος καὶ ἰσχὺς σώματος καὶ ξυγγένεια ἐῤῥωμένη ἐν πόλει καὶ πάντα τὰ τούτων οἰκεῖα· ἔχεις γὰρ τὸν τύπον ὧν

coniicienti, ut intelligatur vitae institutum cum philosophia conveniens et eidem aequale. Nam ἀνάξιον ἐπιτήδευμα philosophiae studium nunc dicitur, quatenus animi imbecilliores ei non pares sunt, ut quod vires requirat multo maiores et excelsiores. Unde additur etiam καὶ μεῖζον ἑαυτῶν. Ceterum προςάπτειν δόξαν nunc est malam existimationem alicui inferre, aliquem infamia adspergere: quo in genere alias περιάπτειν usitatum est.

εἰ τελέως μέλλοι φιλόσοφος γενέσθαι] Indicativum μέλλει, si in pluribus codd. reperiretur, non contemnendum fore facile persuadebunt quae habet Matthiae Gr. §. 498. d. Pro καὶ ὀλίγας non erat cur Stephanus καὶ ἐν ὀλίγοις coniiceret. Pluralem ponit in mente habens τοιαύτας φύσεις.

B. Ὃ μὲν πάντων θαυμαστότατον ἀκοῦσαι, ὅτι —] h. e. τοῦτο ἔστιν, ὅτι. v. ad Libr. I. p. 330. B. Euthydem. p. 304. C: ὃ δὲ καὶ σοὶ μάλιστα προςήκει ἀκοῦσαι, ὅτι οὐδὲ τὸ χρηματίζεσθαι φατὸν διακωλύειν οὐδέν. Plura dabit Matthiae Gr. §. 432. extr. Dein genitivus τῆς φύσεως ab ὧν pendet, hoc sensu: unumquodque ex iis, quae in hac natura laudavimus. — τὴν ἔχουσαν ψυχήν, i. e. τὴν ψυχήν, ἣ ἔχει αὐτά. Sententiam ipse philosophus explicat p. 494. B. sq. p. 495. A.

C. ξυγγένεια ἐῤῥωμένη ἐν πόλει] Intelligitur hominum in civitate potentium affinitas. Sympos. p. 178. C: ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι παντὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι, τοῦτο οὔτε ξυγγένεια οἵα τε ἐμποιεῖν οὕτω καλῶς οὔτε τιμαὶ οὔτε πλοῦτος οὔτ' ἄλλο οὐδέν.

ἔχεις γὰρ τὸν τύπον ὧν λέγω] h. e. tenes enim iam

λέγω. Ἔχω, ἔφη· καὶ ἡδέως γ' ἂν ἀκριβέστερον ἃ
λέγεις πυθοίμην. Λαβοῦ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὅλου
αὐτοῦ ὀρθῶς, καί σοι εὔδηλόν τε φανεῖται καὶ οὐκ
ἄτοπα δόξει τὰ προειρημένα περὶ αὐτῶν. Πῶς οὖν,
D ἔφη, κελεύεις; Παντός, ἦν δ' ἐγώ, σπέρματος πέρι
ἢ φυτοῦ, εἴτε ἐγγείων εἴτε τῶν ζώων, ἴσμεν, ὅτι τὸ
μὴ τυχὸν τροφῆς, ἧς προσήκει ἑκάστῳ, μηδ' ὥρας
μηδὲ τόπου, ὅσῳ ἂν ἐῤῥωμέστερον ᾖ, τοσούτῳ πλειό-
νων ἐνδεῖ τῶν πρεπόντων· ἀγαθῷ γάρ που κακὸν
ἐναντιώτερον ἢ τῷ μὴ ἀγαθῷ. Πῶς δ' οὔ; Ἔχει
δή, οἶμαι, λόγον τὴν ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριω-
τέρᾳ οὖσαν τροφῇ κακίον' ἀπαλλάττειν τῆς φαύλης.
E Ἔχει. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Ἀδείμαντε, καὶ τὰς

C. εὔδηλόν τε φ.] ἔνδηλον Vind. Vat. r. τε om. Vat. Θ. Mox περὶ αὐτοῦ Vat. Θ. Ven. II. Paris. DK. Vind. Mon. Ang. Vat. r. Flor. α. β. x.

D. Παντός, ἦν δ' ἐγώ,] πάντως Par. A. Vat. m. et pr. Ξ.
κακίον' ἀπαλλάττειν] Libri κάκιον. Correxit Boeckh. in Min. p. 103. Ficinus: deteriorem evadere quam ignavam. Nuperi editt. cum vett. faciunt.

E. τὴν ἄκρατον πονηρίαν] Ven. Ξ. γρ. ἀκροτάτην.
τροφῇ διολομένης] Par. A. Ven. II. Flor. γ. διολομένης.

in universum quae dico; v. ad Protagor. p. 344. A. Itaque deinceps opponitur τὸ ἀκριβέστερον πυθέσθαι et τὸ λαμβάνεσθαι ὅλου αὐτοῦ.

D. Ἔχει δή, οἶμαι, λόγον —] consentaneum est; v. Heindorf. ad Theaet. p. 147. D. Pro ἐν ἀλλοτριωτέρᾳ οὖσαν quod Heusdius Specim. Crit. p. 29. coniecit ἀλλοτρίῳ τραφεῖσαν, id recte repudiatum ab Astio est. Nam comparativus hoc significat: optimam naturam deteriorem evadere, sive fieri peiorem, quae utatur alimento alieniore, sc. quam par est. Verissime Astius: „Comparativus saepe ita ponitur, ut relationem exprimat ex orationis nexu intelligendam.“ Deinde cum Boeckhio in Min. et Legg. p. 103. κακίον' ἀπαλλάττειν dedimus. Neque enim κάκιον cum Astio et Schneidero pro adverbio accipi potest, quo facto sensus exsisteret hic: optimam naturam peiore modo discedere, sive peius affici, ut interpretatur Schneiderus. Necdum reperimus locum, in quo ἀποβαίνειν, ἀπέρχεσθαι, ἀπαλλάττειν, ubi evadere s. fieri significat, ita cum adverbio constructum legatur. Adiectivum habes Xenoph. Mem. IV. 8, 8: δυσμαθέστερον καὶ ἐπιλησμονέστερον ἀποβαίνειν. al. Hesych. ἀποβήσεται· γίγνεται. it. ἀπέβη· ἐγένετο.

E. τὴν ἄκρατον πονηρίαν] h. e. summam absolutamque pravitatem. Sic libr. VIII. p. 545. A: πῶς ποτε ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν τὴν ἄκρατον ἔχει. Videlicet proprie intel-



ψυχὰς οὕτω φῶμεν τὰς εὐφυεστάτας κακῆς παι-
δαγωγίας τυχούσας διαφερόντως κακὰς γίγνεσθαι;
ἢ οἴει τὰ μεγάλα ἀδικήματα καὶ τὴν ἄκρατον πο-
νηρίαν ἐκ φαύλης, ἀλλ' οὐκ ἐκ νεανικῆς φύσεως
τροφῇ διολομένης γίγνεσθαι, ἀσθενῆ δὲ φύσιν με-
γάλων οὔτε ἀγαθῶν οὔτε κακῶν αἰτίαν ποτὲ ἔσε-
σθαι; Οὔκ, ἀλλά, ἦ δ' ὅς, οὕτως. Ἣν τοίνυν 492
ἔθεμεν τοῦ φιλοσόφου φύσιν, ἂν μέν, οἶμαι, μα-
θήσεως προσηκούσης τύχῃ, εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνάγ-
κη αὐξανομένην ἀφικνεῖσθαι, ἐὰν δὲ μὴ ἐν προση-
κούσῃ σπαρεῖσά τε καὶ φυτευθεῖσα τρέφηται, εἰς πάν-
τα τἀναντία αὖ, ἐὰν μή τις αὐτῇ βοηθήσας θεῶν
τύχῃ. ἢ καὶ σὺ ἡγεῖ, ὥσπερ οἱ πολλοί, διαφθειρομέ-

quod cum Bekkero nuper omnes receperunt editt. pro vulgato διολλυμένης.

P. 492. εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνάγκη αὐξ.] Vulgo μέν post ἀρετὴν insertum, quod libri mss. uno consensu omittunt nec ullo modo defendi potest. Pro αὐξανομένην, quod praebuerunt Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. r., vulgo αὐξομένην legebatur.

μή ἐν προσηκούσῃ] Steph. ἐν μὴ προσηκούσῃ, contra fidem librorum meliorum omnium et plurimorum aliorum. Recte μή propter oppositionis gravitatem praeponitur.

ligitur mera pravitas, cui nihil amplius boni admixtum est. Deinde νεανικὴ φύσις est natura excellens. P. 503. C: νεανικοί τε καὶ μεγαλοπρεπεῖς τὰς διανοίας. Mox pro οὔτε ἀγαθῶν οὔτε κακῶν Hier. Müllerus acute legendum suspicatur: εἴτε ἀγαθῶν εἴτε κακῶν, quod legisse videtur Ficinus.

P. 492. ἢ καὶ σὺ ἡγεῖ, ὥσπερ οἱ πολλοί, κτλ.] h. e. an tu quoque putas, sicut vulgus, esse quosdam, qui a sophistis corrumpantur, adolescentes et qui corrumpant esse sophistas quosdam privatos, quod saltem mentione dignum sit, ac non ipsos potius ctr. Progreditur enim Socrates a minore ad maius, ut cum dialecticis loquar. miraturque, quod, quum Adimantus sophistas existimet esse iuvenum corruptores, tamen in Atheniensium populo, cui idem opprobrium multo maiore iure obiici queat, nihil tale animadverterit. De hac orationis forma, qua contraria ita coniunguntur, ut insit vis conclusionis, v. ad libr. I. p. 336. E. III. p. 401. E. Sed haec facilia intellectu. Plus difficultatis crearunt verba ὅ τι καὶ ἄξιον. Ficinus ea prorsus omisit; alii in eorum interpretatione mire fluctuarunt. Astius enim in priore editione ea explanavit sic: „id quod mirabile est, quod scilicet putant homines σοφιστὰς ἰδιωτικούς, non vero κοινὸν πλήθους ξύλλογον iuventutis mores corrumpere.“ In posteriore autem editione, abiecta pristina sententia, locum sic interpretatur: adeo

νους τινας εἶναι ὑπὸ σοφιστῶν νέους, διαφθείροντας
δέ τινας σοφιστὰς ἰδιωτικούς, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου,
B ἀλλ᾽ οὐκ αὐτοὺς τοὺς ταῦτα λέγοντας μεγίστους μὲν
εἶναι σοφιστάς, παιδεύειν δὲ τελεώτατα καὶ ἀπεργά-
ζεσθαι οἵους βούλονται εἶναι καὶ νέους καὶ πρεσβυ-
τέρους καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας; Πότε δή; ἦ δ᾽ ὅς.
Ὅταν, εἶπον, ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ εἰς ἐκ-
κλησίας ἢ εἰς δικαστήρια ἢ θέατρα ἢ στρατόπεδα ἤ
τινα ἄλλον κοινὸν πλήθους ξύλλογον ξὺν πολλῷ θο-

*διαφθειρομένους τινὰς εἶναι*] Inserunt *μέν* post *διεφθαρμένους* codd. Mon. et Flor. *β'*.

*ὅ τι καὶ ἄξιον λ.*] *καί* om. Vat. m. et Ven. Ξ. a pr. m. Flor. a. c. *α*. *γ*. Sed v. ann.

B. *κοινὸν πλήθους ξύλλογον*] *κοινὸν τοῦ πλήθους ξύλλογον* Mon.

ut sit dignum quod commemoretur; quod sane propius ad verum accedit. Schleiermacherus vero *ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου* iunxit cum *ἰδιωτικούς*, quod imperitos significaret, et verba sic interpretatus est: Und dass ihre Verderber Sophisten sind, unbedeutende Menschen in allem was nur der Rede werth ist. Quod nobis quidem minime probatur. Nam primum *ἰδιωτικοί* manifesto opponuntur publicis conventibus, qui deinceps commemorantur. Deinde non apparet, cur sophistarum mentio nunc tanto cum contemtu iniiciatur, quum populus Atheniensium in proximis multo maiore cum reprehensione commemoretur. Suppetit tamen idonea satis verborum interpretatio. Nam *ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου* significat: tantum, ut vel mentione dignum sit, cohaeretque cum antegressis: *διαφθειρομένους τινὰς εἶναι ὑπὸ σοφιστῶν νέους, διαφθείροντας δέ τινας—ἰδιωτικούς*, ut recte utrique membro postpositum sit. Quocirca sententia haec est: An tu quoque putas aut adolescentes quosdam a sophistis tantopere corrumpi aut sophistas quosdam ut homines privatos illos adeo corrumpere, ut vel operae pretium sit ea de re dicere, siquidem ea depravatio ad publicae vitae corruptionem comparetur, quae certe multo maior est? Quod demta interrogationis forma nihil aliud significat nisi hoc: Non debes putare, damnum, quod aut adolescentes a sophistis accipiant aut sophistae illis inferant, id esse, quod vel mentione dignum sit, atque tale, quod comparari queat cum magnitudine damni moribus eorum per communis vitae consuetudinem inflicti. Concedit igitur Socrates utique bonis moribus adolescentium etiam per sophistas noceri; sed multo gravius damnum, ad cuius magnitudinem negat illam corruptelam comparandam esse, ex populi Atheniensis moribus oriri arbitratur. Formula: *ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου*, was auch nur der Rede werth ist, non adeo rari est usus. Euthydem.



ρύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων,
τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα, καὶ ἐκβο-
ῶντες καὶ κροτοῦντες, πρὸς δ᾽ αὐτοῖς αἵ τε πέτραι C
καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἂν ὦσιν ἐπηχοῦντες διπλάσιον θό-
ρυβον παρέχωσι τοῦ ψόγου καὶ ἐπαίνου. ἐν δὴ τῷ
τοιούτῳ τὸν νέον, τὸ λεγόμενον, τίνα οἴει καρδίαν
ἴσχειν; ἢ ποίαν ἂν αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέ-
ξειν, ἣν οὐ κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ τοῦ τοιούτου ψό-
γου ἢ ἐπαίνου οἰχήσεσθαι φερομένην κατὰ ῥοῦν,

C. *τοῦ ψόγου καὶ ἐπαίνου*] V. post *ψόγου* interpositum erat *τε*, quod ex Par. A D K. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Vat. m. r. Flor. *β*. *γ*. deletum. Mox Vat. m. *τὸν λεγόμενον*. Male. Mon. Flor. *β*. *τίνα ἂν οἴει καρδίαν ἴσχειν*; Vat. Θ. Vind. Vat. r. *ἔχειν*.

p. 279. C: *μή τι παραλείπωμεν τῶν ἀγαθῶν, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου*. Lach. p. 192. A: *καὶ σχεδόν τι αὐτὸ κεκτήμεθα, οὗ καὶ πέρι ἄξιον λέγειν*. Thucyd. II. 54: *καὶ ἐς μὲν Πελοπόννησον οὐκ ἐςῆλθεν ἡ νόσος, ὅ τι ἄξιον καὶ εἰπεῖν*, h. e. non magnopere, nonnihil tantum invasit. Aristot. Polit. II. 8, 1: *μήτε στάσιν ἐγγεγενῆσθαι ὅ τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν μήτε τύραννον*.

B. *παιδεύειν δὲ τελεώτατα καὶ ἀπεργάζεσθαι οἵους βούλ.*] h. e. *τοιούτους οἵους*. Verbum *παιδεύειν* cum accusativo praedicati iunctum eodem modo, quo dicitur *διδάσκειν τινὰ σοφόν, παιδεύειν τινὰ κακόν*, al., de quo loquendi genere monuit Matthiae Gr. §. 420. 3.

*ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοί*] Gorg. p. 490. B: *ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦμεν — πολλοὶ ἀθρόοι ἄνθρωποι*. Demosth. de Symmor. p. 186. ed. Reisk. *ἀθρόα πολλὰ λαμβάνει*. Qualia quo modo intelligenda sint, ad Gorgiam l. c. exposuimus. C. Fr. Hermannum miramur *οἱ* ante *πολλοὶ* de coniectura sua interposuisse.

*ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα*] Vulgo interpunctione post *ἑκάτερα* omissa haec iungunt cum proximis, in quo desidero rectam rationem. Mihi verba per se accipienda videntur, quippe quae universum de praecedentibus iudicium contineant, quod deinde illustratur additis verbis *καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες*. Nihil hoc in genere apud oratores usitatius voce *εἰκότως*, quam apud Platonem quoque ita positam reperimus. Lachet. p. 183. B: *εὐθὺς δεῦρο φέρεται καὶ τοῖςδ᾽ ἐπιδείκνυσιν. εἰκότως. τοὺς δὲ ἐν ὅπλοις μαχομένους κτλ.* ubi v. ann.

C. *τὸ λεγόμενον, τίνα οἴει καρδίαν ἴσχειν;*] Loquutionem *καρδίαν, ψυχήν, γνώμην ἔχειν*, multo usu celebratam, illustrant P. Victorius Varr. Lectt. I, 7. Iacobs ad Achill. Tat. p. 587 sq. Similiter Latini frequentant formulam: Quid illi credis animi esse? de quo v. Westerhov. ad Terent. Adelph. IV, 5, 31. Eunuch. V, 7, 14.

*αὐτῷ — ἀνθέξειν, ἣν οὐ κατακλ.*] et qualem ei putas disciplinam privatam

ᾗ ἂν οὗτος φέρῃ, καὶ φήσειν τε τὰ αὐτὰ τούτοις κα-
D λὰ καὶ αἰσχρὰ εἶναι, καὶ ἐπιτηδεύσειν ἅπερ ἂν οὗ-
τοι, καὶ ἔσεσθαι τοιοῦτον; Πολλή, ἦ δ' ὅς, ὦ Σώ-
κρατες, ἀνάγκη. Cap. VII. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ,
οὔπω τὴν μεγίστην ἀνάγκην εἰρήκαμεν. Ποίαν; ἔφη.
Ἣν ἔργῳ προστιθέασι, λόγῳ μὴ πείθοντες, οὗτοι οἱ

ᾗ ἂν οὗτος φέρῃ;] Ven. Ξ. Mon. Vat. m. Flor. α. β. γ. a c. οἷ ἄν. —.

satis firmum fore praesidium, quod illecebris illis officiat? Etenim αὐτῷ est dativus commodi, quem vocant. Verbum ἀντέχειν autem, intransitive positum, est satis firmum esse ad aliquid arcendum et impediendum, quo sensu nos item dicimus widerhalten. Phaedon. p. 88. A: ὥςτε πολλάκις γιγνομένην τὴν ψυχὴν ἀντέχειν. Demosthen. Olynth. I.p. 16, 15: ἐὰν μὲν γὰρ ἀντέχῃ τὰ τῶν Ὀλυνθίων. Deinde accusativus cum infinitivo post relativum infertur propter praegressum οἴει. v. Lobeck. ad Phrynich. p. 772. confer p. 490. C.

καὶ φήσειν τε τὰ αὐτὰ —] Ad καί repetendum ex praegressis οὐκ οἴει, quod latet in τίνα οἴει καρδίαν et in ποίαν ἂν παιδείαν. Deinde φήσειν additur, perinde ac si non παιδείαν, ἣν — οἰχήσεσθαι φερομένην, praecessisset, sed ille ipse, de quo sermo est, antea esset commemoratus. Anacoluthon quamvis singulare sit, tamen non eam vim habet, ut quidquam mutandum censeamus.

Cap. VII. D. Ἣν ἔργῳ προστιθέασι λόγῳ] Quam ipso facto adiungunt, non persuadentes oratione, prudentes isti magistri atque sophistae. Nam οὗτοι hic quoque cum irrisione et contemtu positum.

E. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιχειρεῖν π. ἄν.] sed vel conari contra tendere magnae est insipientiae. Protagor. p. 317. A: πολλὴ μωρία καὶ τοῦ ἐπιχειρήματος. Phaedr. p. 274. C: ἀλλὰ καὶ ἐπιχειροῦντι καλόν. Legg. IX. p. 853. B: καὶ τὸ ἀξιοῦν. Ibid. VII. p. 818: D. πολλὴ καὶ μωρία τοῦ διανοήματος, ubi corr. π. μωρία καὶ τοῦ διανοήματος.

οὐδὲ οὖν μὴ γένηται] Libr. X. p. 597. C: οὔτε ἐφυτεύθησαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ οὔτε μὴ φυῶσιν. Libr. V. p. 473. D: οὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μήποτε πρότερον φυῇ τε καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ. Phaedr. p. 260. E: οὔτε ἔστιν οὔτε μήποτε ὑστέρως γένηται. Legg. V. p. 942. C: οὔτ' ἔστιν, οὔτε ποτὲ γένηται κρεῖττον. Phileb. p. 21. E: οὐδέτερος ὁ βίος — ἔμοιγε τούτων αἱρετός, οὐδ' ἄλλῳ μήποτε — φανῇ. Euthydem. p. 283. C. Alcibiad. p. 132. A. Sympos. 214. A. Theaet. p. 160. A. Etiam ordine inverso Phileb. p. 15. E: ἀλλ' οὔτε μη παύηταί ποτε οὔτε ἤρξατο νῦν. Sed talia iam Wyttenbach. ad Select. Princip. Histor. p. 263 sq. Schaeferus Melett. p. 110. Lobeck ad Phrynich. p. 723. collegerunt. De origine structurae ut paucis moneam, faciunt doctorum virorum disputationes nuper de hac formula magno cum studio agitatae. v. quos laudavimus ad libr. I. p. 341. B. Accedo autem Heindorfio ad Phaedon. p. 44. Astio ad Polit. p. 365., aliis, qui post οὐ proprie verbum aliquod omissum putant, unde μή cum verbo finito pendeat, veluti δεινόν ἐστι, φόβος ἐστί, φοβητέον, ὀκνητέον, ἐνθυμητέον ἐστί, qualia plene enuntiata supra ad p. 465. B. adscripsimus. Et plerumque quidem additur coniunctivus aoristi, quoniam aoristus meram actionem seclusa aliarum rationum significatione indicat, ideoque, ubi aliquid fieri posse in universum significatur, aptissime adhibetur. Quo ex genere sunt loci supra allati. Quia autem coniunctivus aoristi actionem cuiusvis temporis per se spectatam indicat, fieri potest, ut vel de re futura cogitandum sit, vel de re iam facta, prouti sententiae ratio postulat. Posterioris generis exempla, quae rariora sunt, indicarunt Reisigius ad Sophocl. Oed. Col. v. 398. et Hermann. ad Philoctet. v. 416. Neque alia ratio est Homer. Odyss. XVI, 437: οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ οὐδ' ἔσσεται οὐδὲ γένηται. Sed Ibid. VI, 201. in simili structura de futuro: οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτὸς οὐδὲ γένηται κτλ. Verum non solum aoristus hoc in genere usitatus est, sed etiam praesentis coniunctivi exempla reperiuntur, ex quo genere nonnulla notavimus ad libr. I. p. 341. B. Nec profecto mirum illud quoque tempus usurpari, quod non simplicem puramque actionis per se spectatae significationem habet, sed cum temporis iam nunc praesentis notatione etiam perpetuitatis indicium facit. Neque enim, si dicendum est non esse metuendum ne nunc, dum loquimur, iam sit aliquid, alia ratione id indicari potest, nisi praesentis temporis usu, ut acute vidit Hermann. ad Sophocl. Oed. Col. v. 1028. Ex hac igitur observatione explicanda sunt etiam verba libr. I. p. 341. B: ἀλλ' οὐ μὴ οἷός τε ᾖς, et quae ibi adscripsimus. Denique etiam indicativus futuri cum οὐ μή iungitur, qui usus, nisi universa sententia interrogationem habet, item ab ellipsi verbi alicuius repetendus videtur, ita ut μή num significare putandum sit. Solere enim μή post metuendi et dubitandi verba ita usurpari, ad Menon. p. 98 sq. et ad libr. V. p. 451. A. docuimus. Quod certe nemo mirabitur, talia considerans, quale est illud Hipp. Mai. p. 296. A. ὡς φοβοῦμαι, τί ποτ' αὖ λέγομεν. Quoniam vero futurum et durantis actionis significationem habet et rei eventurae certius facit indicium quam coniunctivus; hoc tempus ibi potissimum putamus adhiberi, ubi aliquid non esse futurum cum quadam animi fiducia pronuntiatur. Exempla rei si desideras, adeas Elmsleium ad Eurip.



παιδευταί τε καὶ σοφισταί. ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι τὸν μὴ
πειθόμενον ἀτιμίαις τε καὶ χρήμασι καὶ θανάτοις
κολάζουσι; Καὶ μάλα, ἔφη, σφόδρα. Τίνα οὖν ἄλ-
λον σοφιστὴν οἴει ἢ ποίους ἰδιωτικοὺς λόγους ἐναν-
τία τούτοις τείνοντας κρατήσειν; Οἶμαι μὲν οὐδένα, E
ἦ δ' ὅς. Οὐ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιχειρεῖν
πολλὴ ἄνοια. οὔτε γὰρ γίγνεται οὔτε γέγονεν οὐδὲ

D. τὸν μὴ πειθόμενον] τὸ Par. A. Vat. m.

οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν παρὰ τὴν τούτων παιδείαν πεπαιδευμένον, ἀνθρώπειον, ὦ ἑταῖρε· θεῖον μέντοι κατὰ τὴν παροιμίαν ἐξαιρῶμεν λόγου. εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι, ὅ τιπερ ἂν σωθῇ τε καὶ γένηται οἷον δεῖ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει πολιτειῶν,
493 θεοῦ μοῖραν αὐτὸ σῶσαι λέγων οὐ κακῶς ἐρεῖς. Οὐδ' ἐμοὶ ἄλλως, ἔφη, δοκεῖ. Ἔτι τοίνυν σοι, ἦν δ' ἐγώ,

Cap. VII. E. ἐξαιρῶμεν λόγου] V. ἐξαίρω, quod Astius in ἐξαιρῶ mutavit. Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Vat. m. r. Flor. a. γ. ἐξαίρωμεν. Flor. β. Mon. ἐξαιροῦμεν. Dedi cum Bekk.

E. *οἵα καὶ περὶ τἆλλα*] V. *οἷα* Bekk. ex decem codicibus correxit.

libr. I. p. 349. A. Deinde *ἱκανῶς λαβεῖν* est satis comprehendere. Alibi plene etiam *νῷ λαμβάνειν* dicitur. — *οὐδὲ πίστει χρήσασθαι μονίμῳ*, neque habens quo firmam sibi comparet persuasionem. Deinde *δέ* post *τοῦτο* cum vi et gravitate iteratum est; de quo loquendi genere v. ad Apol. Socr. p. 38. A. Phaed. p. 78. C. Buttmann. ad Demosth. Midian. p. 152. extr. Videlicet *διὰ τοῦτο* illatum est ad renovandam augendamque notionis illius cogitationem, quae inest in verbis *ἀποροῦσα δὲ καὶ οὐκ ἔχουσα*, i. e. *διὰ τὸ ἀπορεῖν δὲ καὶ οὐκ ἔχειν κ. τ. λ.* Male igitur in ed. Bas. 2. *δέ* omissum est.

P. 506. *Οἶμαι γοῦν, εἶπον, δ.*] Verba in hunc modum iungenda: *οἶμαι γοῦν — δίκαιά τε καὶ καλὰ κεκτῆσθαι ἂν τὸν τοῦτο ἀγνοοῦντα φύλακα ἑαυτῶν οὐ πολλοῦ τινος ἄξιον, ἀγνοούμενα* (*ὑπ' αὐτοῦ*), *ὅπῃ ποτὲ ἀγαθά ἐστιν*, i. e. *εἰ ἀγνοοῖτο. ὅπῃ ποτὲ ἀγαθά ἐστιν*: puto quidem certe iustitiam et pulcritudinem, si ignoretur quatenus eae bonae sint, haud sane bonum sui custodem habituras esse eum, qui istud ignoret. Itaque non est, quod codicibus invitis vulgatam lectionem mutandam censeamus. Deinde quod pro *μηδένα* ex aliquot libris revocavi *μηδ' ἂν ἕνα*, conf. VI. p. 502. B: *οὐδ' ἂν εἷς σωθείη.* Gorg. p. 519. C: *οὐδ' ἂν εἷς ποτε ἀδίκως ἀπόλοιτο* Ibid. p. 512. E: *οὐδ' ἂν εἷς ἐκφύγοι.* Protagor. p. 335. D: *οὐδ' ἂν ἑνὸς ἥδιον ἀκούσαιμι.* Sympos. p. 214. D: *οὐδ' ἂν ἕνα ἄλλον ἐπαινέσαιμι.* De Rep. I. p. 353. D: *ὃ ἄλλῳ — οὐδ' ἂν ἑνὶ πράξαις.* II. p. 359. B: *τὸν δυνάμενον — ἄνδρα οὐδ' ἂν ἑνί ποτε ξυνθέσθαι.* VII. p. 516. A: *ὁρᾶν οὐδ' ἂν ἓν δύνασθαι.* Etiam praepositione interiecta libr. VIII. p. 553. D: *φιλοτιμεῖσθαι μηδ' ἐφ' ἑνὶ ἄλλῳ.* al. De *ἄν* cum infinitivo futuri iungendo

ἐστιν, οὐ πολλοῦ τινος ἄξιον φύλακα κεκτῆσθαι ἂν
ἑαυτῶν τὸν τοῦτο ἀγνοοῦντα. μαντεύομαι δὲ μηδ' ἂν
ἕνα αὐτὰ πρότερον γνώσεσθαι ἱκανῶς. Καλῶς γάρ,
B ἔφη, μαντεύει. Οὐκοῦν ἡμῖν ἡ πολιτεία παντελῶς κε-
κοσμήσεται, ἐὰν ὁ τοιοῦτος αὐτὴν ἐπισκοπῇ φύλαξ, ὁ
τούτων ἐπιστήμων; Cap. XVIII. Ἀνάγκη, ἔφη. ἀλλὰ
σὺ δή, ὦ Σώκρατες, πότερον ἐπιστήμην τὸ ἀγαθὸν
φῂς εἶναι ἢ ἡδονήν; ἢ ἄλλο τι παρὰ ταῦτα; Οὗτος,
ἦν δ' ἐγώ, ἀνήρ, καλῶς ᾔσθα καὶ πάλαι καταφα-
νής, ὅτι σοι οὐκ ἀποχρήσοι τὸ τοῖς ἄλλοις δοκοῦν
περὶ αὐτῶν. Οὐδὲ γὰρ δίκαιόν μοι, ἔφη, ὦ Σώκρα-
C τες, φαίνεται τὰ τῶν ἄλλων μὲν ἔχειν εἰπεῖν δόγματα,

P. 506. οὐ πολλοῦ τινος ἄξιον φ. — ἀγνοοῦντα] Vett. editt. exhibent: οὐ πολλοῦ τινος ἄξιον φύλακι κεκτῆσθαι, εἴπερ εἰκὸς γνῶναι αὐτὰ τὸν τοῦτο ἀγνοοῦντα. Sola Bas. 2. φύλακα, quod Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞΙΙ. Vind. Mon. Angel. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. β. γ. confirmant. Reliqua ex codd. omnibus, quamvis in levioribus quibusdam discrepantibus, emendata sunt. Quocirca nescimus unde vulgata loci scriptura profluxerit. Nec vero narrare attinet quae fuerint virorum doctorum de toto loco sententiae, quum nunc adeo integer et incorruptus videatur, ut mala suspicio prorsus non habeat locum. v. annot.

μηδ' ἂν ἕνα αὐτὰ πρ.] Sic Mon. et Flor. β. Vulgo μηδένα, quod etiam recent. editt. tuentur. v. annot. Deinde vett. editt. γνώσεσθαι πρότερον, contra fidem optimorum librorum. Post ἱκανῶς cod. Mon. addit: πρὶν ἂν περὶ αὐτοῦ τἀγαθοῦ ὅ ἐστι γνῷ. Quae unde originem ducant, docet Flor. β., in quo eadem verba margini adscripta leguntur.

B. παντελῶς κεκοσμήσεται] Sic Vat. Θ Ven. ΙΙ. Vind. Par. DK. Mon. Vat. r. Flor. a. c. β. Ante Bekkerum τελέως κ. legebatur, quod nuperi editt. retinuerunt.

Cap. XVIII. ἀνήρ, καλῶς ᾔσθα καὶ π.] Vulgo: ἀνὴρ καλός. Bekk. e Vat. Θ. Ven. ΞΙΙ. Mon. Ang. Vat. m. καλῶς dedit, quod habent etiam Flor a. c. x. β. et teste Duebnero Par. A.

τὰ δ' αὑτοῦ μή] Par. A. secundum repetitam collationem τὸ pro τὰ scriptum exhibet, quod Turr. nuper evulgarunt.

C. Βούλει οὖν αἰσχρὰ θ.] V. γοῦν, quod nec sententiae convenit et plurimorum optimorumque librorum auctoritati adversatur.

v. ad Criton. p. 53. D. Pronomen αὐτὰ referas ad δίκαιά τε καὶ καλά, ut sententia verborum haec sit: auguror vero neminem ullum iustitiae et pulcritudinis naturam prius esse satis perspecturum, quam intelligatur, ὅπῃ ποτὲ ἀγαθά ἐστιν, i. e. quae sit eorum cum bono coniunctio ac necessitudo.

Cap. XVIII. B. ἄλλο τι παρὰ ταῦτα] Structurae genus satis frequens tetigimus ad Phaedon. p. 74. A. Verba Οὗτος ἀνήρ, καλῶς ᾔσθα κτλ. sic intelligas: Heus tu homuncio, inquam ego, iam dudum probe apparebat tibi non satis fore quod ceteris de his rebus videretur. Nam istud Οὗτος ἀνήρ, de qua alloquutione v. annot. ad Symp. p. 172. A., nunc est lepide et urbane increpantis, quemadmodum in tertia persona οὗτος ἀνήρ cum indignatione positum est Gorg. p. 467. B. et p. 489. B: οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρῶν. Ibid. p. 505. C: οὗτος ἀνὴρ οὐχ ὑπομένει ὠφελούμενος κτλ. Itaque legendum utique καλῶς ᾔσθα, quod libri plurimi ac praestantissimi tuentur, ut non exputemus, cur Schneiderus illis invitis ἀνὴρ καλός ediderit.

C. οἰόμενον ταῦθ' ἃ οἴεται] Subiectum verbi οἴεται est pronomen indefinitum, cuius notio verbis praecedentibus iam continetur. v. Criton. p. 49. D. Apolog. Socrat. p. 187. E. Charm. p. 187. B. Hipp. mai. p. 304 B. Phaedr. p. 272. C.

τὰς ἄνευ ἐπιστήμης δόξας —] De discrimine δόξης et ἐπιστήμης secundum Platonis sententiam v. Theaet. p. 190. A. sqq. Sophist. p. 263 sqq. Sympos. p. 200. A. Menon. p. 97. B sqq. de Republ. V. p. 477. A. Proxima, τυφλῶν διαφέρειν ὁδὸν ὀρθῶς πορευομένων, lucem suam accipiunt ex loco Menonis laudato, ubi haec sententia fusius exemplo illustratur.

θεάσασθαι, τυφλά τε καὶ σκολιά,] Post θεάσασθαι commate distinximus, ut τυφλά τε καὶ σκολιά per appositionem ad αἰσχρὰ accedant, quibus deinde respondent φανὰ καὶ καλά. Male Hermann. de suo edidit καὶ σκότια.

D. Μὴ πρὸς Διός, — ἀποστῇς] Ne per Iovem, inquit Glauco, o Socrate, quasi in fine desistas, h. e. dum agitur de re longe gravissima, qua omnia denique absolvuntur. Deinde notabis repetitum καί in verbis κἄν, ὥσπερ — διῆλθες, οὕτω καὶ — διέλθῃς. Videlicet quum nihil frequentius sit quam καί post ἀρκεῖ, ἱκανόν ἐστιν et similia illatum, prius illud καί refertur ad universam, quae deinde enuntiatur, sententiam, perinde ac si scriptum esset ἀρκέσει γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦτο, ἐάν,



τὰ δ' αὑτοῦ μή, τοσοῦτον χρόνον περὶ ταῦτα πρα-
γματευόμενον. Τί δ'; ἦν δ' ἐγώ· δοκεῖ σοι δίκαιον
εἶναι περὶ ὧν τις μὴ οἶδε λέγειν ὡς εἰδότα; Οὐδα-
μῶς γ', ἔφη, ὡς εἰδότα, ὡς μέντοι οἰόμενον ταῦθ'
ἃ οἴεται ἐθέλειν λέγειν. Τί δέ; εἶπον· οὐκ ᾔσθησαι
τὰς ἄνευ ἐπιστήμης δόξας, ὡς πᾶσαι αἰσχραί; ὧν αἱ
βέλτισται τυφλαί· ἢ δοκοῦσί τί σοι τυφλῶν διαφέ-
ρειν ὁδὸν ὀρθῶς πορευομένων οἱ ἄνευ νοῦ ἀληθές
τι δοξάζοντες; Οὐδέν, ἔφη. Βούλει οὖν αἰσχρὰ θεά-
σασθαι, τυφλά τε καὶ σκολιά, ἐξὸν παρ' ἄλλων D
ἀκούειν φανά τε καὶ καλά; Μὴ πρὸς Διός, ἦ δ' ὅς,

ὦ Σώκρατες, ὁ Γλαύκων, ὥςπερ ἐπὶ τέλει ὢν ἀπο-
στῇς. ἀρκέσει γὰρ ἡμῖν κἂν, ὥςπερ δικαιοσύνης πέρι
καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων διῆλθες, οὕτω καὶ
περὶ τοῦ ἀγαθοῦ διέλθῃς. Καὶ γὰρ ἐμοί, ἦν δ' ἐγώ,
ὦ ἑταῖρε, καὶ μάλα ἀρκέσει· ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός
τ' ἔσομαι, προθυμούμενος δὲ ἀσχημονῶν γέλωτα ὀφλή-
σω. ἀλλ', ὦ μακάριοι, αὐτὸ μὲν τί ποτ' ἐστὶ τἀγα-
E θὸν ἐάσωμεν τὸ νῦν εἶναι· πλέον γάρ μοι φαίνεται
ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν ἐφικέσθαι τοῦ γε δο-
κοῦντος ἐμοὶ τὰ νῦν· ὃς δὲ ἔκγονός τε τοῦ ἀγαθοῦ
φαίνεται καὶ ὁμοιότατος ἐκείνῳ, λέγειν ἐθέλω, εἰ καὶ
ὑμῖν φίλον, εἰ δὲ μή, ἐᾶν. Ἀλλ', ἔφη, λέγε· εἰςαῦθις
γὰρ τοῦ πατρὸς ἀποτίσεις τὴν διήγησιν. Βουλοίμην
507 ἄν, εἶπον, ἐμέ τε δύνασθαι αὐτὴν ἀποδοῦναι καὶ
ὑμᾶς κομίσασθαι, ἀλλὰ μὴ ὥςπερ νῦν τοὺς τόκους
μόνον. τοῦτον δὲ δὴ οὖν τὸν τόκον τε καὶ ἔκγονον

P. 507. *Διομολογησάμενός γ', ἔφην ἐγώ*] V. δ', quod ex optimis codd. mutavit Bekker.

*ὥςπερ δ. κτλ.*, alterum autem propter comparationem de more interpositum est. Phaedon. p. 108. E: *Ἀλλὰ—καὶ ταῦτα ἀρκεῖ.* Cratyl. p. 430. A: *καὶ γὰρ ἂν καὶ τοῦτο ἐξαρκοίη.* Gorg. p. 493. A. Apolog. p. 28. A. Lysias pro Callia in. *ἐξήρκει ἄν μοι καὶ τὰ παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα.* Sophocl. Trachin. v 1216.: *ἀλλ' ἀρκέσει καὶ ταῦτα.* Male igitur vulgo post *ἡμῖν* commate distinguunt.

*ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι*] Possis intelligere *φόβος ἐστίν*, vel *δέδοικα*, nisi malueris *ὅρα* vel *σκόπει.* Illud certe loquendi consuetudini non adversari docebit annot. ad Sympos. p. 193. A. Eadem prorsus orationis species est Menon. p. 77. A: *ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι πολλὰ τοιαῦτα λέγειν*, vereor ne non valeam.

E. *τὸ νῦν εἶναι*] fürietzt, pro praesentis temporis conditione. v. Hermann. ad Viger. p. 888 — *ἢ κατὰ παροῦσαν ὁρμὴν κτλ.*, maius quiddam mihi esse videtur, — quam ut pro praesenti conatu illud oratione possim satis explicare, quod mihi nunc de eo videtur. Nam *ἐφικέσθαι τινὸς πράγματος* dicuntur qui oratione alicuius rei magnitudinem et praestantiam adaequant, ut observavit Valcken. Opuscul. T. II. p 180. ed. Lips. Plenius dixit Demosthen. de Symmor. in. *περὶ πραγμάτων ἐπιχειροῦντες λέγειν, ὧν οὐδ' ἂν εἷς ἀξίως ἀφικέσθαι δύναιτο τῷ λόγῳ.* De pictoribus utitur verbo Marinus Vit. Procli p. 7. ed. Boiss. *οὕτως ἦν καλὸς ἰδεῖν, ὥςτε μηδένα γραφέων ἐφικέσθαι αὐτοῦ τῆς ὁμοιότητος.*

P. 507. *τοὺς τόκους μόνον.*] Ludit in vocis *τόκος* ambiguitate, ut iam Astius observavit. „*Τόκος*, inquit ille, proprie est idem quod *ἔκγονος*, tunc etiam usura; v. Aristot. Polit. I, 10. Pollux III, 85. Hinc ipsius boni expositio pater i. e. sors (das Kapital) dicitur; eius vero, quod ex ipso bono provenit, quasi partus boni, expositio usura (die Zinsen); hinc et *ἀποδοῦναι, ἀποτίσεις*, al. Similiter hac imagine usus est Politic. p. 267. A." Conf. Libr. VIII. 9. *καὶ τοῦ πατρὸς ἐκγόνους τόκους.* Proxima eleganter vertit Schleiermach.: „Hütet euch iedoch, dass ich euch nicht wider Willen mit einer verfälschten Rechnung über diese Zinsen hintergehe."



αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ κομίσασθε. εὐλαβεῖσθε μέντοι,
μή πῃ ἐξαπατήσω ὑμᾶς ἄκων, κίβδηλον ἀποδιδοὺς
τὸν λόγον τοῦ τόκου. Εὐλαβησόμεθα, ἔφη, κατὰ δύ-
ναμιν· ἀλλὰ μόνον λέγε. Διομολογησάμενός γ', ἔφην
ἐγώ, καὶ ἀναμνήσας ὑμᾶς τά τ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν
ῥηθέντα καὶ ἄλλοτε ἤδη πολλάκις εἰρημένα. Τὰ
ποῖα; ἦ δ' ὅς. Πολλὰ καλά, ἦν δ' ἐγώ, καὶ πολλὰ B
ἀγαθὰ καὶ ἕκαστα οὕτως εἶναι φαμέν τε καὶ διορί-
ζομεν τῷ λόγῳ. Φαμὲν γάρ. Καὶ αὐτὸ δὴ καλὸν
καὶ αὐτὸ ἀγαθόν, καὶ οὕτω περὶ πάντων, ἃ τότε
ὡς πολλὰ ἐτίθεμεν, πάλιν αὖ κατ' ἰδέαν μίαν ἑκά-
στου, ὡς μιᾶς οὔσης, τιθέντες, ὃ ἔστιν ἕκαστον προς-
αγορεύομεν. Ἔστι ταῦτα. Καὶ τὰ μὲν δὴ ὁρᾶσθαί
φαμεν, νοεῖσθαι δ' οὔ, τὰς δ' αὖ ἰδέας νοεῖσθαι μέν, C
ὁρᾶσθαι δ' οὔ. Παντάπασι μὲν οὖν. Τῷ οὖν ὁρῶμεν
ἡμῶν αὐτῶν τὰ ὁρώμενα; Τῇ ὄψει, ἔφη. Οὐκοῦν,

B. *Ἔστι ταῦτα*] Haec vulgo omissa ex Par. A. Ven. Ξ. Angel. Vat. m. Flor. a. ex α. β. nuper restituta sunt. Legit etiam Ficinus.

B. *καὶ ἕκαστα οὕτως εἶναι*] Brevi praecidens orationem *denique*, inquit, *singula* ita esse dicimus (non solum pulcra et bona), videl. ut multa sint. Aristotel. Politic. V. 13: *φαμέν τε καὶ διωρίσμεθα ἐν τοῖς ἠθικοῖς.* Libr. VI. c. 14: *φαμέν τε καὶ διορίζομεν λόγῳ.*

*ἃ τότε ὡς πολλὰ ἐτ.*] Videl. quum de his rebus dissereremus. Usum hunc vocis *τότε* tetigi ad Gorg. p. 488. B. et Polit. 263. Respicitur imprimis ad Libr. V. p. 475. E. sqq. Cap. 20. Sententia universi loci haec est: Ipsum pulcrum, ipsum bonum, aliaque per se spectata, rursus secundum cuiusque speciem ponentes, ut quae una sit, veram eius naturam designamus s. ei *οὐσίαν* tribuimus. Nam ita extrema haec capienda sunt. Phaedon. p. 75. D: *περὶ ἁπάντων, οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστι.* i. e. *τὸ ὄντως ὄν.* Theaet. p. 114. C: *ᾧ τὸ ἔστιν ἐπονομάζεις*

C. *Τῷ οὖν — ἡμῶν αὐτῶν —*] Quanam igitur nostri ipsorum parte cerni-

ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἀκοῇ τὰ ἀκουόμενα, καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι πάντα τὰ αἰσθητά; Τί μήν; Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἐννενόηκας τὸν τῶν αἰσθήσεων δημιουργὸν ὅσῳ πολυτελεστάτην τὴν τοῦ ὁρᾶν τε καὶ ὁρᾶσθαι δύναμιν ἐδημιούργησεν; Οὐ πάνυ, ἔφη. Ἀλλ' ὧδε σκόπει. ἔστιν ὅ τι προςδεῖ ἀκοῇ καὶ φωνῇ γένους ἄλλου εἰς τὸ τὴν μὲν ἀκούειν, τὴν δὲ ἀκού-
D εσθαι, ὃ ἐὰν μὴ παραγένηται τρίτον, ἡ μὲν οὐκ ἀκούσεται, ἡ δὲ οὐκ ἀκουσθήσεται; Οὐδενός, ἔφη. Οἶμαι δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, οὐδ' ἄλλαις πολλαῖς, ἵνα μὴ εἴπω ὅτι οὐδεμιᾷ, τοιούτου προςδεῖ οὐδενός. ἢ σύ τινα ἔχεις εἰπεῖν; Οὐκ ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. Τὴν δὲ τῆς ὄψεως καὶ τοῦ ὁρατοῦ οὐκ ἐννοεῖς ὅτι προςδεῖται; Πῶς; Ἐνούσης που ἐν ὄμμασιν ὄψεως καὶ ἐπιχειροῦντος τοῦ ἔχοντος χρῆσθαι αὐτῇ, παρούσης δὲ χρόας [ἐν]
E αὐτοῖς, ἐὰν μὴ παραγένηται γένος τρίτον ἰδίᾳ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεφυκός, οἶσθα, ὅτι ἥ τε ὄψις οὐδὲν

D. χρόας [ἐν] αὐτοῖς, ἐὰν μὴ παραγ.] Ast. ἐπ' αὐτοῖς, legendum censuit. Morgenst. l. c. p. XIX. interpungi voluit: χρόας, ἐν αὐτοῖς ἐὰν μή —. v. annot.

E. Οὐ σμικρᾷ ἄρα ἰδέᾳ —] Vulgo σμικρὰ ἄρα ἰδέα. Ficinus, monente Stephano, legit Οὐ σμικρᾷ ἄρα ἰδέᾳ, idque recepit Bekk. ex Par. AK. et paucis aliis, suffragantibus Schneidero, Turr., Herm. Verissime. Quanquam σμικρᾷ ἰδέᾳ displicuit Astio propter sequens τιμιωτέρῳ ζυγῷ. Steph. corrigebat Οὐ σμικρῷ ἄρα ἥδε ἡ

mus ea, quae cernuntur? cf. p. 490. B. Mox ad πάντα τὰ αἰσθητά; int. αἰσθανόμεθα.

D. ὃ ἐὰν μὴ παραγένηται τρίτον] quod nisi tertium (als das Dritte) affuerit etc. Mox Οἶμαι δέ γε rectae orationi praemissum, ut libr. V. p. 465. A: οἶμαι δέ, οὐδὲ ἄλλως ἀτιμάσει. Lysid. p. 206. C: οἶμαι δέ, καὶ αὐτός σοι πρόςεισι. Ibid. p. 218. E: οἶμαι δέ, καὶ ἐγὼ μᾶλλον εἴσομαι. Sed plura de hoc genere ad Gorg. p. 460. A. laudavimus. Omisso verbo finito οἶμαι δὲ καὶ σύ legitur libr. X. p. 608. D., ubi vide annot.

παρούσης δὲ χρόας [ἐν] αὐτοῖς] sc. ἐν τοῖς ὄμμασι. Sed praepositio ἐν, quum sententiae officiat, vel potius sensu commodo careat, haud scio an temere ex antecedentibus huc invecta ideoque delenda sit. Itaque uncis inclusi. Quanquam fortasse pro ἐν αὐτοῖς refingendum ἐπ' αὐτοῖς. conf. p. 508 C. Nam vulgatum Schneiderus frustra statuit ex Platonis de coloribus placitis defendi posse. Paullo ante ad τοῦ ἔχοντος intelligas αὐτήν sc. τὴν ὄψιν, frequenti omissione. Sic libr. II. p. 357. B. VI. p. 491. B. al.

E. Τίνος δὴ λέγεις, ἔφη, τούτου;] Sc. παραγενομένου, quod quoniam praecedit ἐνούσης et παρούσης, facile ex ἐὰν μὴ



ὄψεται, τά τε χρώματα ἔσται ἀόρατα. Τίνος δὴ λέγεις, ἔφη, τούτου; Ὃ δὴ σὺ καλεῖς, ἦν δ' ἐγώ, φῶς. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Οὐ σμικρᾷ ἄρα ἰδέᾳ ἡ τοῦ
ὁρᾶν αἴσθησις καὶ ἡ τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμις τῶν ἄλ- 508
λων ξυζεύξεων τιμιωτέρῳ ζυγῷ ἐζύγησαν, εἴπερ μὴ ἄτιμον τὸ φῶς. Ἀλλὰ μήν, ἔφη, πολλοῦ γε δεῖ ἄτιμον εἶναι. Cap. XIX. Τίνα οὖν ἔχεις αἰτιάσασθαι τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν τούτου κύριον, οὗ ἡμῖν τὸ φῶς ὄψιν τε ποιεῖ ὁρᾶν ὅ τι κάλλιστα καὶ τὰ ὁρώμενα ὁρᾶσθαι; Ὅνπερ καὶ σύ, ἔφη, καὶ οἱ ἄλλοι· τὸν ἥλιον γὰρ δῆλον ὅτι ἐρωτᾷς. Ἆρ' οὖν ὧδε πέφυκεν ὄψις πρὸς τοῦτον τὸν θεόν; Πῶς; Οὐκ ἔστιν ἥλιος ἡ ὄψις οὔτε αὐτὴ οὔτε ἐν ᾧ ἐγγίγνεται, ὃ δὴ
καλοῦμεν ὄμμα. Οὐ γὰρ οὖν. Ἀλλ' ἡλιοειδέστατόν B
γε, οἶμαι, τῶν περὶ τὰς αἰσθήσεις ὀργάνων. Πολύ γε. Οὐκοῦν καὶ τὴν δύναμιν, ἣν ἔχει, ἐκ τούτου ταμιευομένην ὥςπερ ἐπίῤῥυτον κέκτηται; Πάνυ μὲν οὖν.

κτλ., ut intell. οὐ σμικρῷ τιμιωτέρῳ, quod confirmare videtur Flor. β. cum Monac., ubi est σμικρῷ ἄρα ἰδίᾳ ἥ τε τοῦ —.

Cap. XIX. P. 508. οὗ ἡμῖν τὸ φῶς ὄψιν —] Mon. Flor. β. ὃς ἡμῖν τὸ φῶς παρέχων, quod ortum ex interpretatione. Ast. coni. τοῦ ἡμῖν — ποιεῖν, quo non opus est.

ἡ ὄψις οὔτε αὐτὴ οὔτε ἐν ᾧ ἐγγ.] Verba οὔτε αὐτή apud Bekkerum errore exciderunt, ut ipse in Commentariis indicavit.

παραγένηται assumitur, orationis tenore leviter inflexo.

οὐ σμικρᾷ ἄρα ἰδέᾳ —] Ideam nunc vocat tertium illud, quod medium intersit inter visum et facultatem, qua quid visu percipiatur et in conspectum veniat. Cui deinde ἐκ παραλλήλου accedunt verba: τῶν ἄλλων ξυζεύξεων τιμιωτέρῳ ζυγῷ, in quibus notandum τῶν ἄλλων ξυζεύξεων, breviter dictum esse pro τοῦ τῶν ἄλλων ξυζεύξεων, de quo loquendi genere consulas annot. ad Gorg. p. 455. D. Protag. p. 358. D. Sententia verborum igitur est: Non parvo ergo rerum genere, sed valde magnifico et admirabili (luce) videndi sensus et facultas qua quid in conspectum cadit ac visu cernitur copulatae sunt, praestantiore sane vinculo quam quod reliquae copulationes habeant. De videndi facultate atque coloribus v. Tim. p 45. sqq. et 67. C. sqq.

Cap. XIX. P. 508. οὗ ἡμῖν τὸ φῶς ὄψιν —] cuius lumen nobis efficiat, ut et visus quam pulcherrime cernat et res sub adspectum cadentes cernantur. Pronomen τούτου ad praegressa referendum.

Οὐκ ἔστιν ἥλιος ἡ ὄψις οὔτε αὐτή —] Hoc dicit: neque visus sol est neque oculus. Exspectabas igitur: οὐκ ἔστιν ἥλιος οὔτε ἡ ὄψις οὔτε

Ἀρ' οὖν οὐ καὶ ὁ ἥλιος ὄψις μὲν οὐκ ἔστιν, αἴτιος
δ' ὢν αὐτῆς ὁρᾶται ὑπ' αὐτῆς ταύτης; Οὕτως, ἦ δ'
ὅς. Τοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, φάναι με λέγειν τὸν
C τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλο-
γον ἑαυτῷ· ὅ τι περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός
τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρα-
τῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα. Πῶς; ἔφη· ἔτι
δίελθέ μοι. Ὀφθαλμοί, ἦν δ' ἐγώ, οἶσθ' ὅτι, ὅταν
μηκέτι ἐπ' ἐκεῖνά τις αὐτοὺς τρέπῃ, ὧν ἂν τὰς χρόας
τὸ ἡμερινὸν φῶς ἐπέχῃ, ἀλλὰ ὧν νυκτερινὰ φέγγη,
ἀμβλυώττουσί τε καὶ ἐγγὺς φαίνονται τυφλῶν, ὥςπερ
οὐκ ἐνούσης καθαρᾶς ὄψεως. Καὶ μάλα, ἔφη. Ὅταν
D δέ γ', οἶμαι, ὧν ὁ ἥλιος καταλάμπει σαφῶς ὁρῶσι,

B. *Ἀρ' οὖν οὐ καὶ ὁ ἥλιος —*] Laudat. Eusep. Praep. Evang. XI, 21. p. 542. C.

*φάναι με λέγειν*] Mon. et Flor. *β. φάθι.* Mox Vat. *Θ.* Vind. Vat. r. inverso ordine *ἑαυτῷ ἀνάλογον.* Ast. *ἀνὰ λόγον* malebat, probante Heindorfio ad Phaedon. §. 136. Non probo. Tim. p. 69. B. *ἀνάλογα καὶ σύμμετρα.* Monac. *ἀνάλογον ἑαυτοῦ.* — Ante *ὅ τι περ* Steph. *καί* inserendum putat. Videlicet nec hic vidit ista explicandi causa esse adiecta.

*ὧν ὁ ἥλιος καταλάμπει*] *καταλάμπῃ* Par. A. Vind. B. Flor. a. c. *α. γ.* probantibus Schneid. Turr. Sed non videtur dubium, quin antegressum *Ὅταν* fraudem effecerit. Recte cod. Vat. *Θ.*, qui et ipse est primarius, una cum Ven.. IIΞ. Par. DK. Flor. b. n. *α. β.* Ang. Ambr. Mon. indicativum tuentur. Nec vero coniunctivi ulla necessitas aut caussa est.

D. *ἐνοῦσα φαίνεται*] Voc. *ὄψις* ante *ἐνοῦσα* addit Bekk.

*ἐν ᾧ ἐγγίγνεται, ὃ κτλ.* Sed praemisso *ἡ ὄψις* deinde praeter *ὄψιν* etiam ipsum oculum commemoraturus pergit *οὔτε αὐτὴ οὔτε ἐν ᾧ ἐγγίγνεται.* Quae constructio non discrepat ab illa, quam libr. III. p. 414. D. notavimus ad verba: *ἦσαν — τρεφόμενοι καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν κτλ.*

B. *φάναι με λέγειν*] Infinitivus pro imperativo positus; v. ad V. p. 473. A. Crat. p. 426. B. De toto loco Ast. comparavit Plutarch. T. II. p. 781. F. Iulian. Orat. IV. p. 133. A. Gregor. Nazianz. Orat. XXXIV. p. 559. B. et XL. p. 639. A. Proclum Theolog. Plat. p. 378. Macrob. Somn. Scip. I, 2. Petav. ad Iuliani l. c. p. 85. Quibus addas licet Proclum in Tim. p 111. Chalcid. in Tim. p. 342. Iulian. Epist. 51. Damascium De princip. p. 76. sqq. ed. Kopp. Iamblich. Protrept. C. 4. Verba *ὅ τι περ — καὶ τὰ ὁρώμενα* per epexegesin adiecta non erat cur Steph sollicitaret. Ad *τοῦτο τοῦτον* repete apud animum *φάναι με λέγειν.*

C. *ὧν νυκτερινὰ φέγγη*] „*Φῶς* et *φέγγη* sibi opponuntur. Illud enim de solis, *φέγγος* vero de lunae siderumque luce usurpari solet. v. Coraius ad Heliodor p. 289. Etsi *φῶς* etiam



καὶ τοῖς αὐτοῖς τούτοις ὄμμασιν ἐνοῦσα φαίνεται.
Τί μήν; Οὕτω τοίνυν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὧδε νόει·
ὅταν μέν, οὗ καταλάμπει ἀλήθειά τε καὶ τὸ ὄν,
εἰς τοῦτο ἀπερείσηται, ἐνόησέ τε καὶ ἔγνω αὐτὸ καὶ
νοῦν ἔχειν φαίνεται· ὅταν δὲ εἰς τὸ τῷ σκότῳ κε-
κραμένον, τὸ γιγνόμενόν τε καὶ ἀπολλύμενον, δοξά-
ζει τε καὶ ἀμβλυώττει ἄνω καὶ κάτω τὰς δόξας με-
ταβάλλον, καὶ ἔοικεν αὖ νοῦν οὐκ ἔχοντι. Ἔοικε γάρ.
Τοῦτο τοίνυν, τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέχον τοῖς γιγνω- E
σκομένοις καὶ τῷ γιγνώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδι-
δόν, τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν φάθι εἶναι, αἰτίαν δ'
ἐπιστήμης οὖσαν καὶ ἀληθείας, [ὡς γιγνωσκομένης μὲν

Exhibent illud praeter Ficinum libri Mon. Flor. *β.* Vind. Vat. r. Omiserunt tamen rursus Schneider. Turr. et Herm. quum desideretur meliorum librorum auctoritas et ex antecedentibus int. *καθαρὰ ὄψις.*

E. *φάθι εἶναι*] Vat. *Θ.* a pr. m. et Par. A. rec. *φαθί,* de qua scribendi varietate v. Buttmann. Gr. ampl. T. I. p. 563., qui *φάθι* praeferendum arbitratur.

*ὡς γιγνωσκομένης μὲν διὰ νοῦ·*] Mon. et Flor. *β. γιγνωσκομένων.* Pro *διὰ νοῦ* Vind. Paris. DK. Vat. r. Flor. *β. διὰ νόου.* Vat. *Θ.* rec. et Par. A. *διανοοῦ,* quod recepit Bekkerus, suffragantibus Schneidero, Turicensibus, Hermanno, qui locum sic scriptum exhibent: — *καὶ ἀληθείας ὡς γιγν. μὲν διανοοῦ, οὕτω — ἡγήσει.* Steph. *μέν* aut expungendum esse censet, aut aliquid deesse putat, quem sequutus est De Geerius Diatrib. in Plat. Polit. princip. p. 82. Astius hoc *αἰτίαν — διὰ νοῦ* eiiciendum statuit.

de luna ponitur ut VII, 2." Astius. V. Hesych. s. v. *φέγγος.*

*Ὅταν δέ γ', οἶμαι,*] Intelligas ex praecedentibus *ἐπ' ἐκεῖνά τις αὐτοὺς τρέπῃ.* Obiter notamus *καταλάμπειν* cum genitivo constructum.

D. *εἰς τοῦτο ἀπερείσηται*] in id dirigitur et convertitur, in id defixus est. Similiter *ἀπερείδεσθαι εἴς τι* dixit Plutarch. T. II. p. 198. C. p. 457. A. De aoristo v. Matth. Gr §. 503, 3. Buttm. §. 124, 6. annot. Rost. §. 116, 8. Pro *κεκραμένον* Faehsius Syllog. Lectt. p. 379. legendum censebat *κεκρυμμένον.* At enim res sensibus subiectae non omni luce carent aut plane tenebris involutae sunt, immo tenebris mixtae videntur, quippe quae, licet nullam scientiae (*ἐπιστήμης*) firmitatem et constantiam efficiant, tamen opinionem (*δόξαν*) afferant.

E. *αἰτίαν δ' ἐπιστήμης οὖσαν —*] Ficinus: Illud igitur, quod veritatem illis, quae intelliguntur, praebet, et intelligenti vim ad intelligendum porrigit, boni ideam esse dicito, scientiae et veritatis, quae per intellectum percipitur, caussam. Cum vero adeo pulcra haec duo sint, cognitio scilicet

*διὰ νοῦ, οὕτω δὲ καλῶν ἀμφοτέρων ὄντων, γνώσεώς τε καὶ ἀληθείας, ἄλλο καὶ κάλλιον ἔτι τούτων ἡγού-*

ac veritas, si bonum ipsum aliud quam ista et pulcrius aestimabis, recte putabis. Locus valde impeditus, in quo explanando vel emendando viri docti se torserunt mirifice. Nam ut mittamus antiquiores criticos et interpretes, ne recentissimi quidem Platonis enarratores eum recte videntur expedivisse. Etenim Schneiderus quidem, cuius sententiam sine dubio etiam amplexi sunt qui eius lectionem comprobarunt, facta ea, quam supra indicavimus, verborum interpunctione susceptaque pro *διὰ νοῦ* lectione *διανοοῦ*, existimat totius loci sententiam hanc esse: quae cognoscendis rebus impertiat veritatem, hominibus cognoscendi facultatem, boni dicito ideam esse, sed cogita, caussam *quidem* scientiae veritatis *tanquam cognoscendae* boni ideam esse, ipsum vero bonum a scientia et veritate diversum et utraque pulcrius. Quae interpretatio quam difficilis sit et contorta, vel ex eo intelligitur, quod locum sic intellexit ac si scriptum esset: *διανοοῦ δὲ αἰτίαν μὲν οὖσαν ἐπιστήμης καὶ ἀληθείας ὡς γιγνωσκομένης, οὕτω δὲ καλῶν κτλ.* Probabiliorem igitur rationem iniit Guil. van Heusdius Init. Philos. Plat. Vol. II. Part. III. p. 46., qui facta verborum transpositione legendum censuit: *φάθι εἶναι, ὡς γιγνωσκομένην μὲν διὰ νοῦ, αἰτίαν δὲ ἐπιστήμης οὖσαν καὶ ἀληθείας*, hoc sensu: Hoc igitur, quod iis, quae cognoscuntur, veritatem et ei, qui cognoscit, cognoscendi facultatem praebet, boni esse ideam dicito, quippe quae intellectu cognoscitur, caussa autem ipsa scientiae et veritatis est. Haec igitur ratio est, quam Heusdius ad removendas loci difficultates iniit. Ea vero quantumvis prima specie blandiatur, tamen primum quidem displicet propter transpositionis audaciam, quum nulla caussa permutati verborum ordinis investigari queat; deinde etiam sententiae nomine habet dubitationem non exiguam, quum neutiquam perspiciatur, quamobrem istud: „quippe quae intellectu cognoscitur" interpositum sit aut quorsum denique pertineat. Iam vero aliter locum tractare instituit Naegelsbachius Explicatt. Plat. p. 15. sq. Is enim pro *διὰ νοῦ* vel pro *διανοοῦ*, quod alii scripserunt, refingendum arbitratur *δι' αὐτοῦ*, ut hoc dicatur: *ἡ ἀλήθεια γιγνώσκεται μὲν δι' αὐτοῦ* (h. e. *διὰ τοῦ ἀγαθοῦ*), *αὐτὸ δὲ τὸ ἀγαθὸν ἄλλο καὶ ἔτι κάλλιον αὐτῆς ἐστιν.* Sed nec hoc ita comparatum est, ut loci difficultates tollat aut removeat. Manet enim isto pacto intricatior verborum constructio; manet item sententiae obscuritas, praesertim quum molestissime idem bis enuntietur. Sed nolumus nunc etiam alia memorare virorum doctorum de his verbis iudicia, ut Morgensternii Symbol. critt. p. XVII. sq., qui veterem scripturam artificiose tueri conatus est, et Wiegandi, qui in Zimmermann. Diar. Studior. Antqq. (Zeitschrift für Alterthumswissenschaft) ann. 1835. N. 52. p. 424. servata lectione *διὰ νοῦ* locum censet facilem habere explicationem; de quo nobis quidem eo falsus videtur, quod Platoni impertiit,



*μενος αὐτὸ ὀρθῶς ἡγήσει]· ἐπιστήμην δὲ καὶ ἀλήθειαν, ὥςπερ ἐκεῖ φῶς τε καὶ ὄψιν ἡλιοειδῆ μὲν νο-* 509

quae ab ipso philosopho non scripta fuerunt. Tempus est aliquando exponere, quid nobis ipsis hoc tempore de toto loco videatur, quandoquidem quae olim de eo scripsimus, nunc non amplius probanda censemus. Putamus autem locum miserrime contaminatum esse interpolatione, qualem continent verba: *ὡς γιγνωσκομένης* usque ad *ὀρθῶς ἡγήσει*. Quibus eiectis continuo omnis evanescit difficultas. Nam primum quidem ita emergit clara atque lucida argumentationis progressio. Deinde vero etiam luce clarius apparet, quamnam verba de interpolatione suspecta originem habeant. Etenim disputat Socrates ita hunc in modum: Hoc igitur, inquit, quod iis, quae cognoscuntur, *veritatem* (qua revera sunt; intelligit enim veritatem eam virtutem, qua res reapse exstant, de quo voc. usu v. ad Phileb. p. 151. ed. I. Lips.) et ei, qui cognoscit, cognoscendi facultatem praebet, boni ideam esse statue, adeoque caussam *scientiae* et *veritatis*, (legendum enim utique *αἰτίαν γ'*, sicuti Astius voluit). Nimirum idea boni eo, quod rebus veritatem, hominum autem mentibus cognoscendi facultatem affert, revera scientiae et veritatis caussa exsistit, ut facile intelligatur, cur additum sit: *αἰτίαν γ' ἐπιστήμης οὖσαν καὶ ἀληθείας*. Iam vero id ipsum, quod idea boni sit scientiae et veritatis caussa et origo, tenens Socrates deinde etiam docet non confundendam ideo scientiam et veritatem esse cum boni idea, quandoquidem haec utraque illa sit longe superior et praestantior. Id quod docet adhibita rursus solis comparatione. Sed scientiam et veritatem, inquit, quemadmodum illic lucem ac visum soli similia tantum nec vero paria existimare decet, ita etiam hic veritatem et scientiam bono similem quidem et cognatam convenit existimare, boni ipsius autem ratio et natura (*ἕξις*) pluris aestimanda et augustiore loco habenda est. Haec igitur universi loci sententia est. Quid igitur? Ea exposita nonne protenus etiam clarum erit ac perspicuum, verba a nobis pro suspectis habita nihil aliud esse nisi ineptum glossema, loci dilucidandi caussa adscriptum ac postea in ipsam Platonis orationem invectum? Nam ad *ἐπιστήμην* annotatum est: *ὡς γιγνωσκομένης μὲν διὰ νοῦ*: reliqua autem pertinent ad illustrandam sententiae partem hanc: *οὕτω καὶ ἐνταῦθα — μειζόνως τιμητέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἕξιν.* Sed haec satis de his. Quae si vere disputata sunt, hinc quoque liquet Parisini libri A. auctoritati neutiquam omnia tribuenda esse, quum in isto glossemate *διὰ νοῦ* unice verum esse appareat.

P. 509. *ἡλιοειδῆ μὲν — ἀγαθοειδῆ —*] De voc. *ἡλιοειδής*, cuius superlativum *ἡλιοειδέστατον* p. 508. B. legimus, v. Creuzer. ad Plotin. De pulcrit. 57. p. 353. Chalcid. ad Tim. p. 131. Sext. Empir. adv. Mathem. I. 13. p. 283. ibique Fabricius. Iamblich. Adhort. ad Philos. 32 — 58. ed. Kiessl. Nimirum usi illo sunt creberrime recentiores Platonici atque omnino philosophi. Idem dictum esto de *ἀγαθοειδής*, de quo v. Creuzer. Prolegg. ad Plotin. De

μίζειν ὀρθόν, ἥλιον δὲ ἡγεῖσθαι οὐκ ὀρθῶς ἔχει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀγαθοειδῆ μὲν νομίζειν ταῦτ' ἀμφότερα ὀρθόν, ἀγαθὸν δὲ ἡγεῖσθαι ὁπότερον αὐτῶν οὐκ ὀρθόν, ἀλλ' ἔτι μειζόνως τιμητέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἕξιν. Ἀμήχανον κάλλος, ἔφη, λέγεις, εἰ ἐπιστήμην μὲν καὶ ἀλήθειαν παρέχει, αὐτὸ δ' ὑπὲρ ταῦτα κάλλει ἐστίν· οὐ γὰρ δήπου σύ γε ἡδονὴν αὐτὸ λέγεις. Εὐφήμει, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὧδε μᾶλλον τὴν εἰκόνα αὐ-
B τοῦ ἔτι ἐπισκόπει. Πῶς; Τὸν ἥλιον τοῖς ὁρωμένοις οὐ μόνον, οἶμαι, τὴν τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμιν παρέχειν φήσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν γένεσιν καὶ αὔξην καὶ τροφήν,

P. 509. B. *γένεσιν καὶ αὔξην*] Ang. Par. K. Flor. x. *αὔξησιν*. Illud magis Atticum multisque Platonis locis et codicum consensione satis firmatum, ut libr. VII. p. 521. E., ubi pauci libri *αὐξήσεως* pro *αὔξης*. p. 528. B. libr. VI. p. 509. B., ubi perpauci *αὔξησιν*. Theaet. p. 173. A., ubi fere omnes *αὔξην*. Maior etiam codicum de *αὔξη* consensio est de Rep. VII. p. 528. B. D.

pulcritud. p. XCV. sq. Plotin. Ennead. VI. 7. III. 8. Iamblich. Adhortat. l. c. p. 338. ed. Kiessl. Stobaei Florileg. p. 86. et 1066. ed. Heeren.

*ὁπότερον αὐτῶν*] h. e. alterutrum. v. Heindorf. ad Theaet. p. 293

*Ἀμήχανον κάλλος* —] Sympos. 218. E: *ἀμήχανόν τε κάλλος ὁρῴης ἂν ἐν ἐμοί*. Libr. X. p. 608. D: *ἀμήχανόν τι, ἔφη, λέγεις μέγεθος*. Plotin. de pulcrit p. 54. ed. Creuz. *πῶς τις θεάσηται κάλλος ἀμήχανον;* ubi vide praestantissimum editorem. De verbis *ὑπὲρ ταῦτα* v. annot. ad p. 488. A.

B. *μὴ μόνον τὸ γιγνώσκεσθαι φάναι — ὑπερέχοντος.*] Bonum illud dicit hoc tribuere et afferre rebus cognitioni subiectis, ut non solum cognoscantur, sed etiam sint atque exstent, quum bonum ipsum *οὐσίᾳ* superius sit eamque dignitate, vi ac potentia longissime vincat. Locus perobscurus, cui tamen aliquid lucis vel ab iis accedet, quae supra universe de idea boni ad p. 505. A. exposuimus. Etenim quemadmodum rebus sensibus subiectis et adspectabilibus *οὐσία* ab ideis impertitur, quatenus infinita earum materia vi idearum certam quandam formam accepit et qualitates suas nacta est, ita ut etiam mentis intelligentiae patere coeperit (Parmenid. p. 137. C. — 142. et 142—155. E.); ita etiam ideae ab idea boni *οὐσίαν* suam acceperunt, quatenus universalis et infinita idearum essentia, quae omnem fugit mentis intelligentiam, per ideam boni item ad certas ac definitas rationes est revocata, unde species rerum intelligibiles (ideae) exstiterunt; de quo v. Prolegg. nostra ad Parmenidem. Quocirca iure summo idea boni tam omnis *ἀληθείας* quam omnis scientiae et cognitionis genetrix atque parens dici potuit. Sine ideis enim nulla rerum veritas nullaque mentis cognitio est secundum Platonis sententiam. conf. etiam Reip. VII. p. 517. C. Quanquam in res adspectabiles *δόξα* tantum convenit, *ἐπιστήμη* vel *γνῶσις*



οὐ γένεσιν αὐτὸν ὄντα. Πῶς γάρ; Καὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τοίνυν μὴ μόνον τὸ γιγνώσκεσθαι φάναι ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναί τε καὶ τὴν οὐσίαν ὑπ' ἐκείνου αὐτοῖς προσεῖναι, οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος. Cap. XX. Καὶ ὁ Γλαύκων μάλα γελοίως, Ἄπολλον, ἔφη, δαιμονίας C
ὑπερβολῆς! Σὺ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, αἴτιος, ἀναγκάζων τὰ ἐμοὶ δοκοῦντα περὶ αὐτοῦ λέγειν. Καὶ μηδαμῶς γ', ἔφη, παύσῃ, εἰ μή τι, ἀλλὰ τὴν περὶ τὸν

Tim. p. 44. Legg. VI. p. 783. A. p. 788. D. p. 815. E. X. p. 894. A.B. p. 997. E. Sed de Rep. VIII. p. 546. B. *αὐξήσεις* certam habet sedem. v. Thomas. Mag. p. 127. Moeris p. 4. ibique intpp.

C. *εἰ μή τι, ἀλλὰ τὴν π.*] Par. A. *ἄλλα*. Ang. *ἄλλο*. unde Baiterus coni. *εἰ μή τι ἄλλ' ἀλλὰ. τ.* sed v. infra.

unis ideis propria est, quum illae sint nil aliud nisi idearum simulacra corporum materiam referentes. Ex quo fit, ut diversa scientiae genera emergant. Quod autem idea boni supra essentiam elata esse iudicatur, id iam nemo mirabitur. Nam quum ceterae ideae singularum rerum exemplaria sint, tum idea boni, quia summa est, in altiore sane loco est posita, ut nec ullius rei singularis exemplar ducenda sit et aliarum idearum omnium tanquam cacumen. Quanquam quidquid in hoc mundo adspectabili ad perfectionis quam maximae laudem contendit, id ad jllius legem atque normam compositum esse debet; unde etiam optimae civitatis principes eam perpetuo intueri iubentur: quin etiam omnis rerum universitas a summo Deo ad eius speciem composita est, sicuti in Timaeo docetur. Sed haec quidem pro nostro consilio in praesenti satis erunt. Quibus consideratis certe nec dubium cuiquam videbitur, quam venusta atque elegans sit comparatio, quam philosophus a sole atque oculorum visu repetiit. Conveniunt enim omnia atque singula inter se exactissime, ut hac imagine nihil magis scite excogitari potuisse videatur.

Cap. XX. C. *δαιμονίας ὑπερβολῆς*] De genitivo exclamationis Matth. Gr. §. 371. Istud *γελοίως* autem est facete, recteque observat Scholiastes facete dictum inesse in voc. *ὑπερβολῆς*. Apollo enim sive sol lepide invocatur propter traiectionem vel superlationem, quam Glauco putat in eo inesse, quod boni idea adeo *ἐπέκεινα τῆς οὐσίας* provecta sit. De usu voc. *γελοῖον* et *γελοίως* v. ann. ad Sympos. p. 189. B. Schol. *γελοίως· διὰ τὴν ὑπερβολήν*, quamquam is quae reliqua affert, ea omnino a re aliena sunt.

*εἰ μή τι, ἀλλὰ τὴν περὶ τὸν ἥλιον* —] Steph. post *εἰ μή τι* inseri *ἄλλο*, expungi *ἀλλὰ* volebat; legi etiam posse opinabatur *παύσῃ ἐμοὶ ἔτι ἄλλην τήν*. Benedictus coniiciebat, *εἰ μὴ δι' ἄλλα, ἀλλά* — i. e. per alia, sc. quae comparantur. Sed ne literula quidem loco

ἥλιον ὁμοιότητα αὖ διεξιών, εἴ πῃ ἀπολείπεις. Ἀλλὰ
μήν, εἶπον, συχνά γε ἀπολείπω. Μηδὲ σμικρὸν τοί-
νυν, ἔφη, παραλίπῃς. Οἶμαι μέν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ
πολύ· ὅμως δέ, ὅσα γ' ἐν τῷ παρόντι δυνατόν, ἑκὼν
D οὐκ ἀπολείψω. Μὴ γάρ, ἔφη. Νόησον τοίνυν, ἦν
δ' ἐγώ, ὥςπερ λέγομεν, δύο αὐτὼ εἶναι, καὶ βασι-
λεύειν τὸ μὲν νοητοῦ γένους τε καὶ τόπου, τὸ δ' αὖ
ὁρατοῦ, ἵνα μὴ οὐρανοῦ εἰπὼν δόξω σοι σοφίζεσθαι
περὶ τὸ ὄνομα. ἀλλ' οὖν ἔχεις ταῦτα διττὰ εἴδη, ὁρα-
τόν, νοητόν; Ἔχω. Ὥςπερ τοίνυν γραμμὴν δίχα τε-

D. *δύο αὐτὼ εἶναι*] δύω Par. A. ut Lib. V. p 472. A. ubi v. Schneid. Dein *οὐρανὸν* Par. A. probante Herm.

*λαβὼν [ἂν] ἴσα τμήματα*] V. *ἄνισα*, quod etiam Bekk. tenuit. Angel. *εἰς ἴσα*. Flor. a. c. α. γ. x. *ἂν ἴσα*, quod Benedict., Geer., Ast. restituerunt. Scripsi [*ἂν*] *ἴσα*. v. annot. Dein *ἑκάτερον τμῆμα* omisso *τὸ* Par. AK. Vat. m.

*σαφηνείᾳ καὶ ἀσαφείᾳ πρὸς ἄλληλα*] Sic Par. A. Flor. a. quod restituit Bekker. Vulgo *σαφήνεια καὶ ἀσάφεια*. Ficinus: secundum claritatem et obscuritatem. Bas. 2. *σαφήνεια οὐκ ἀσάφεια*.

P. 510. *καὶ ἐν τοῖς ὅσα*] V. *καὶ ἅπερ ἐν τοῖς ὅσα κτλ.* Sed *ἅπερ* omittunt optimi plurimique codices, recteque eiecit Bekk.

*Τὸ τοίνυν ἕτερον τίθει*] Ante Bekkerum erat *καὶ τοίνυν ἕτερον*, invitis libris fere omnibus.

movenda. Prorsus eodem modo Menon. p. 86. E: *εἰ μή τι οὖν, ἀλλὰ σμικρόν γέ μοι τῆς ἀρχῆς χάλασον*, ubi Heusdius huius loci immemor scribi iubebat *εἰ μή τι οὖν ἄλλο, σμικρὸν γε.* — Hoc dicit: Noli desinere, o Socrates, si non aliud quid, at certe comparationem illam cum sole rursus persequi, si qua aliquid reliquum facis vel praetermisisti. In quo ne quis desideret: *εἴ πῄ τι ἀπολείπεις*, eodem modo sine accusativo obiecti statim post: *ἑκὼν οὐκ ἀπολείψω*.

*Οἶμαι μέν — καὶ πολύ·*] Intell. *παραλείψειν*. Arbitror quidem, inquit, admodum multum me esse praetermissurum. Nam *καί* ante *πολύ* augendi vel intendendi vi positum. Menon. p. 99. C: *οὗτοι λέγουσι μὲν ἀληθῆ καὶ πολλά.* Plura dabit Elmsl. ad Medeam v. 871.

D. *ὥςπερ λέγομεν*] wie gesagt; v. ad Apolog. p. 21. A. De verbis *ἵνα μὴ οὐρανοῦ εἰπών* Schleiermach.: „Nämlich das Spielen in Worten liegt hier in dem Gleichklang von *οὐρανός* und *ὁρατόν*. Im Kratylos findet sich p. 30. ed. Bekk. ähnliches, indem *οὐρανός* abgeleitet wird von *ὄψις ὁρῶσα τὰ ἄνω*. Nur wird es dort in Zusammenhang damit gebracht, dass der reine Geist von oben her kommt, wohingegen hier der Himmel eher dem Reiche des Geistes entgegengesetzt wird."

*[ἂν] ἴσα τμήματα*] Vulgo *ἄνισα*. Ficinus: proinde ac si acceperis lineam in duas aequales sectam portiones. Legit igitur *ἴσα* vel *εἰς ἴσα*. Cuius lectionis vestigia referunt codd. qui *ἂν ἴσα* tuentur, atque Angelic. qui liquido *εἰς ἴσα* habet perscriptum. Antiquam fuisse litem de hac lectionis diversitate, ex Schol. ad h. l. patet. Sed *ἄνισα* manifesto legit auctor Quaestionum Platonn. quae sub Plutarchi nomine circumferuntur p. 1001. B.C. qui *ἄνισα* exinde explicat, quod mun-



τμημένην λαβὼν [ἂν] ἴσα τμήματα, πάλιν τέμνε ἑκά-
τερον τὸ τμῆμα ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τό τε τοῦ
ὁρωμένου γένους καὶ τὸ τοῦ νοουμένου, καί σοι ἔσται
σαφηνείᾳ καὶ ἀσαφείᾳ πρὸς ἄλληλα ἐν μὲν τῷ ὁρω-
μένῳ τὸ μὲν ἕτερον τμῆμα εἰκόνες. λέγω δὲ τὰς εἰ- E
κόνας πρῶτον μὲν τὰς σκιάς, ἔπειτα τὰ ἐν τοῖς ὕδασι 510
φαντάσματα καὶ ἐν τοῖς ὅσα πυκνά τε καὶ λεῖα καὶ
φανὰ ξυνέστηκε, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον, εἰ κατανοεῖς.
Ἀλλὰ κατανοῶ. Τὸ τοίνυν ἕτερον τίθει, ᾧ τοῦτο
ἔοικε, τά τε περὶ ἡμᾶς ζῶα καὶ πᾶν τὸ φυτευτὸν

dus intelligibilis minus habeat varietatis et inconstantiae quam mundus spectabilis. Idem repperit etiam Proclus in Polit. p. 431. 10. *μίαν μὲν οὖν γραμμὴν διὰ ταῦτα λαμβάνει, τέμνει δὲ δίχα ταύτην οὐκ εἰς ἴσα μέρη τέμνων, ἀλλ' εἰς ἄνισα, δύο δὲ ὅμως.* Atque eam lectionem veram putat Schneiderus, quia in dividendo perspicuitatis et veritatis ratio habeatur. In quo ille iudicio suo fallitur. Nam perspicuitatis et obscuritatis discrimen, quod deinde memoratur, id non ad primariam in duas partes rerum divisionem refertur, sed ad secundariam illius divisionem. Et quid quaeso faciemus isto: *ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον*, ubi *ἄνισα* legerimus? Nimirum nulla certe proportio locum habet, ubi totum quoddam universe in partes inaequales dividitur. Sed utcunque de hac re iudicabitur, illud quidem manifestum est, sententiam loci redire huc: Perinde ac si lineam acceperis in duas partes sectam, utramque rursus partem eadem proportione seca, adspectabile dico genus et intelligibile, eaque facta divisione protenus apparebit, primum quidem in adspectabili genere ratione claritatis atque obscuritatis habita partem unam emersuram esse imaginum, quae sunt quasi rerum umbrae; alteram complexuram esse *res ipsas*, visibiles, quarum referuntur imagines. His addidisse iuvabit tertiae quoque lectionis vestigia comparere in verbis Grammatici ap. Villoison. Anecdot. Gr. Tom. II. p. 199. *διωρισμένων* (scr. *διεσχισμένων*) *δὲ τούτων τὰ παρὰ ταῦτα δεῖ νοῆσαι καθάπερ γραμμὴν τετρηρημένην* (scr. *τετμημένην*) *καὶ ἴσα πάλιν ἑκατέρων τμήματα τετρημένα ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον.* Sed mittamus istum nodum hodie vix explicabilem.

*καί σοι ἔσται — εἰκόνες*] Ratione perspicuitatis et obscuritatis habita res sub sensus subiectas dicit ita inter se diversas esse, ut altera pars imagines rerum complectatur, altera res ipsas. Itaque isti *τὸ μὲν ἕτερον τμῆμα* in proximis

καὶ τὸ σκευαστὸν ὅλον γένος. Τίθημι, ἔφη. Ἦ καὶ
ἐθέλοις ἂν αὐτὸ φάναι, ἦν δ' ἐγώ, διῃρῆσθαι ἀλη-
θείᾳ τε καὶ μή, ὡς τὸ δοξαστὸν πρὸς τὸ γνωστόν,
B οὕτω τὸ ὁμοιωθὲν πρὸς τὸ ᾧ ὡμοιώθη; Ἔγωγ', ἔφη,
καὶ μάλα. Σκόπει δὴ αὖ καὶ τὴν τοῦ νοητοῦ το-
μὴν ᾗ τμητέον. Πῇ; Ἧι τὸ μὲν αὐτοῦ τοῖς τότε
τμηθεῖσιν ὡς εἰκόσι χρωμένη ψυχὴ ζητεῖν ἀναγκά-
ζεται ἐξ ὑποθέσεων, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν πορευομένη, ἀλλ'
ἐπὶ τελευτήν, τὸ δ' αὖ ἕτερον [τὸ] ἐπ' ἀρχὴν ἀνυ-
πόθετον ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα καὶ ἄνευ ὧν περὶ ἐκεῖ-
νο εἰκόνων, αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον
ποιουμένη. Ταῦτ', ἔφη, ἃ λέγεις, οὐχ ἱκανῶς ἔμα-
C θον. Ἀλλ' αὖθις, ἦν δ' ἐγώ· ῥᾷον γὰρ τούτων προ-

B. *τοῖς τότε τμηθεῖσιν*] *μιμηθεῖσιν* Par. A. prave. v. explicatt.

respondent verba Τὸ *τοίνυν ἕτερον τίθει κτλ.* Nam *μέν* interposuit, in mente habens *τὸ δὲ ἕτερον κσλ.*

P. 510 *ἐθέλοις ἂν αὐτὸ φάναι*] Refertur *αὐτό* ad universum genus *τοῦ ὁρωμένου*, quod non modo claritate et obscuritate sed etiam veritatis ratione vult partes habere diversas, quandoquidem inter id, quod alicui assimilatum sit, et rem, cui sit simile, eadem intercedat differentia, quae sit inter opinabile et intelligibile.

B. *Ἧι τὸ μὲν αὐτοῦ — ἐξ ὑποθέσεων*] Verba in hunc modum iungenda: *ᾗ ψυχὴ ἀναγκάζεται ζητεῖν τὸ μὲν αὐτοῦ* (alteram eius partem) *ἐξ ὑποθέσεων χρωμένη τοῖς τότε τμηθεῖσιν ὡς εἰκόσιν*, i. e. iis quae antea divisimus tanquam imaginibus utens. Intelliguntur res sensibus subiectae, quarum distributio modo (*τότε*) instituta est. De *τότε* sic usurpato ne quis dubitet, consulatur ann. supra ad p. 507. B. ad Politic. p. 263. E. p. 164. ed. Goth.

Describuntur autem his verbis disciplinae mathematicae, quae, etsi sunt intellectuales, tamen non puras ideas habent, sed a rerum adspectabilium formis et imaginibus abstractas, quo nomine sane plurimum a philosophia discrepant, quae in puris ideis contemplandis versatur. Itaque illae *τοῖς τότε τμηθεῖσιν ὡς εἰκόσι* utuntur. Atque hanc ipsam ob caussam etiam proficiscuntur *ἐξ ὑποθέσεως*. Quod quid sit, quum ipse Plato in proximis satis dilucide explanaverit, tum ostendit etiam Proclus in Polit. p. 432. Quippe sunt ipsarum fundamenta non eiusmodi, ut explanari ac demonstrari queant, sed bona fide concedenda sint. Quambrem Cicero De Fin. V. 28. verissime: In geometria prima si dederis, danda sunt omnia. Academ. II. c. 36. §. 116. et 117. ubi tangit initia mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possint. Lucian. Hermotim. c. 74. *οἷον καὶ ἡ θαυ-*



ειρημένων μαθήσει. οἶμαι γάρ σε εἰδέναι, ὅτι οἱ περὶ τὰς
γεωμετρίας τε καὶ λογισμοὺς καὶ τὰ τοιαῦτα πραγμα-
τευόμενοι, ὑποθέμενοι τό τε περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον
καὶ τὰ σχήματα καὶ γωνιῶν τριττὰ εἴδη καὶ ἄλλα
τούτων ἀδελφὰ καθ' ἑκάστην μέθοδον, ταῦτα μὲν
ὡς εἰδότες, ποιησάμενοι ὑποθέσεις αὐτά, οὐδένα λό-
γον οὔτε αὐτοῖς οὔτε ἄλλοις ἔτι ἀξιοῦσι περὶ αὐτῶν
διδόναι, ὡς παντὶ φανερῶν, ἐκ τούτων δ' ἀρχόμενοι
τὰ λοιπὰ ἤδη διεξιόντες τελευτῶσιν ὁμολογουμένως D
ἐπὶ τοῦτο, οὗ ἂν ἐπὶ σκέψιν ὁρμήσωσι. Πάνυ μὲν
οὖν, ἔφη, τοῦτό γε οἶδα. Οὐκοῦν καὶ ὅτι τοῖς ὁρω-
μένοις εἴδεσι προσχρῶνται καὶ τοὺς λόγους περὶ αὐ-
τῶν ποιοῦνται, οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι, ἀλλ'

B. *ἄνευ ὧν περὶ ἐκεῖνο*] Vulgo *ἄνευ τῶν περὶ κτλ.* Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. alii *ὧν*. Par. A. *ὧνπερ ἐκεῖνο*, quod nuper ediderunt Turr. cum Schn.

D. *ὅτι τοῖς ὁρωμένοις εἴδεσι*] Aliquot libri *εἰρημένοις*. Ficinus: quod et supra dictis speciebus utuntur.

*μαστὴ γεωμετρία ποιεῖ· κἀκείνη γὰρ τοὺς ἐν ἀρχῇ ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα οὐδὲ συστῆναι δυνάμενα, σημεῖα τινὰ ἀμερῆ καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ, κτλ.* V. Fabric. ad Sext. Empir. p. 313. Denique eaedem illae mathematicorum artes non ad principium (*ἀρχήν*), sed tantum ad finem et exitum demonstrationis perducunt, continenturque non intellectu (*νοήσει*), sed ratiocinatione (*διανοίᾳ*), ut est infra p. 510. D. de qua re pluribus disputat Proclus in Polit. p. 429. sqq. Sed satis haec de istis. Pergimus ad proxima, quorum iunctura haec est: *τὸ δὲ αὖ ἕτερον ἀναγκάζεται ζητεῖν ἰοῦσα ἐξ ὑποθέσεως ἐπ' ἀρχὴν ἀνυπόθετον καὶ ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων* (sc. *ζητεῖ* vel *ζητεῖν ἀναγκάζεται*), *αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη*, solis per se ideis veri investigationem instituens. In quibus verbis articulum *τὸ* liquet moleste intrusum esse, ut Astius eum verissime delendum iudicaverit. Nam *αὐτοῦ* patet ex antegressis intelligendum potius quam hic inculcandum esse. Describitur autem his verbis cognitio philosophiae propria, quae etsi et ipsa ex sumtionibus orditur, tamen puris utitur ideis et synthetica atque analytica quaerendi via utitur, utrinque quaerens veritatis investigationem atque confirmationem. v. Argum. — Mox *Ἀλλ' αὖθις* est: sed age denuo, sc. rem consideremus. Affertur enim deinceps eorum, quae modo exposita sunt, uberior explicatio. Itaque non est cur quis cum Astio scribendum suspicetur *Ἀλλ' εὐθύς*, quod, si verum fateri licet, ne aptum quidem videtur.

D. *οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι —*] H. e. non de concretis rerum formis cogitantes, sed de illis, quibus hae similes sunt, sed de formis rerum

ἐκείνων πέρι, οἷς ταῦτα ἔοικε, τοῦ τετραγώνου αὐτοῦ ἕνεκα τοὺς λόγους ποιούμενοι καὶ διαμέτρου αὐ-
E τῆς, ἀλλ' οὐ ταύτης, ἣν γράφουσι, καὶ τἆλλα οὕτως, αὐτὰ μὲν ταῦτα, ἃ πλάττουσί τε καὶ γράφουσιν, ὧν καὶ σκιαὶ καὶ ἐν ὕδασιν εἰκόνες εἰσί, τούτοις μὲν ὡς εἰκόσιν αὖ χρώμενοι, ζητοῦντες δὲ αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν,
511 ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις ἢ τῇ διανοίᾳ. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Cap. XXI. Τοῦτο τοίνυν νοητὸν μὲν τὸ εἶδος ἔλεγον, ὑποθέσεσι δ' ἀναγκαζομένην ψυχὴν χρῆσθαι περὶ τὴν ζήτησιν αὐτοῦ, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν ἰοῦσαν, ὡς οὐ δυναμένην τῶν ὑποθέσεων ἀνωτέρω ἐκ-

E. *καὶ ἐν ὕδασιν*] καὶ om. Vat. m.

*ζητοῦντες δὲ αὐτά*] V. *τε*, quod ex Angel. et Flor. x. mutavi de Benedicti coniectura. Tenuerunt tamen vulgatam scripturam nuperi editores, anacoluthon statuentes.

Cap. XXI. P. 511. *Τοῦτο τοίνυν νοητὸν μέν*] V. *νοητοῦ*, quod ex Par. A. Ven. Ξ Angel. Vat. m. Flor. a. c. x. *α*. *γ*. mutavimus. v. annot.

absolutis et per se constantibus. Versantur enim disciplinae mathematicae in formis rerum abstractis et generalibus cognoscendis.

E. *αὐτὰ μὲν ταῦτα, ἃ πλάττουσι*] Notabis anacoluthon aut, si mavis, attractionem: nam proprie dicendum fuit: *καὶ τἆλλα οὕτως, αὐτοῖς μὲν τούτοις, ἃ πλάττουσιν —, ὡς εἰκόσιν αὖ χρώμενοι κ. τ. λ.* Cf. Heindorf. ad Euthydem. p. 332., Buttm. Gr. §. 151, 4. Itaque facile apparet, cur *τούτοις* cum *μέν* iteratum sit.

Cap. XXI. P. 511. *Τοῦτο τοίνυν — ἔλεγον*] Hoc igitur intelligibile quidem genus dicebam, sed in eius investigatione animum cogi uti suppositionibus, non euntem ad principium, ut qui ultra suppositiones escendere non possit. conf. p. 510. B. Enimvero iteratur his verbis cognitionis mathematicae descriptio.

*εἰκόσι δὲ χρωμένην — τετιμημένοις*] Pertinent haec quoque ad mathematicae cognitionis rationes denuo illustrandas. Quocirca animus denuo dicitur in tali *νοητῷ* investigando uti non modo *αὐτοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθεῖσι*, sed etiam *ἐκείνοις πρὸς ἐκεῖνα ὡς ἐναργέσι δεδοξασμένοις τε καὶ τετιμημένοις*. Videntur autem nobis *αὐτὰ τὰ ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθέντα* esse: formae rerum adspectabilium intelligibiles, sive abstractae ab ipsis rebus et una mentis cogitatione conceptae, quae a rebus inferioribus (i. e. concretis) tamquam similitudine expressae sunt. Quorsum pertinebat mentio *αὐτοῦ τοῦ τετραγώνου* et *αὐτῆς τῆς διαμέτρου* p. 510. D. iniecta. Quae autem dicuntur *πρὸς ἐκεῖνα ὡς ἐναργῆ δεδοξασμένα*, sunt ipsae res visibiles earumque imagines, quae ad abstractas rerum formas compa-



βαίνειν, εἰκόσι δὲ χρωμένην αὐτοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθεῖσι καὶ ἐκείνοις πρὸς ἐκεῖνα ὡς ἐναργέσι δεδοξασμένοις τε καὶ τετιμημένοις. Μανθάνω, ἔφη, ὅτι τὸ ὑπὸ ταῖς γεωμετρίαις τε καὶ ταῖς ταύ- B
ταις ἀδελφαῖς τέχναις λέγεις. Τὸ τοίνυν ἕτερον μάνθανε τμῆμα τοῦ νοητοῦ λέγοντά με τοῦτο, οὗ αὐτὸς ὁ λόγος ἅπτεται τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει, τὰς ὑποθέσεις ποιούμενος οὐκ ἀρχάς, ἀλλὰ τῷ ὄντι ὑποθέσεις, οἷον ἐπιβάσεις τε καὶ ὁρμάς, ἵνα μέχρι τοῦ ἀνυποθέτου ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἰών, ἁψάμενος αὐτῆς, πάλιν αὖ ἐχόμενος τῶν ἐκείνης ἐχομέ-

*καὶ τετιμημένοις*] Sic Vind. Vat. m.r. Flor. a. c. et ex corr. (ut videtur) Paris. A. Vulgo erat *τετμημένοις*.

B. *ταῖς ταύταις ἀδελφαῖς τ.*] *ταύτης* Par. ADK. Vind. Φ. Mon Angel. Vat. m.r. recent. Ξ. al. quod nuper evulgarunt Turr. et Hermann. defendit item Schneiderus sic, ut disciplinarum complexum intelligi dicat: mirum sane viri acutuli commentum, quod aliis probari potuisse magis etiam mireris. Nec huc facit Libr. VII. p. 533. B. ubi lectio item controversa.

ratae pro evidentibus habentur ideoque magni vulgo aeștimantur. Fallitur Schneiderus de loci interpretatione: qui *τὰ ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθέντα* vult esse res visibiles, *τὰ κάτω* autem illarum imagines, atque *τὰ πρὸς ἐκεῖνα*, i. e. *τὰ κάτω*, ut ait, rursus intelligit ipsas res visibiles. Idem male *καὶ τετμημένοις*, atque sectis, scripsit, quod errore ortum.

B. *ὅτι τὸ ὑπὸ ταῖς γεωμετρίαις — λέγεις*] Symp. p. 205. B: *αἱ ὑπὸ πάσαις ταῖς τέχναις ἐργασίαι ποιήσεις εἰσίν*. Hipp. Mai. p. 295. D: *τὰ ὄργανα πάντα, τά τε ὑπὸ τῇ μουσικῇ καὶ τὰ ὑπὸ ταῖς ἄλλαις τέχναις*, ubi hunc locum comparavit Heindorf.

B. *τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει*] Phileb. p. 57. E. *ἀλλ' ἡμᾶς — ἀναίνοιτ' ἂν ἡ τοῦ διαλέγεσθαι δύναμις*. Parmen. p. 135. C.

*τὰς ὑποθέσεις ποιούμενος —*] Philosophiae rationem ait suppositiones non habere pro principiis, sed revera pro suppositionibus et quasi pro adminiculis et gradibus, unde escendatur ad id, quod non supponatur, usque dum perventum sit ad *τὴν τοῦ παντὸς ἀρχήν*, h. e. ad summam ideam, quae sit reliquarum omnium principium. Non puto dubium esse, quin idea boni significetur, ut iam tandem etiam illud exploratum habeatur, quemnam ea locum in varia rerum cognitione tenere existimanda sit. Ceterum disputat de hoc loco Proclus in Politiam p. 432.

*πάλιν αὖ ἐχόμενος τῶν ἐκείνης ἐχομένων*] rursus tenens ea, quae cum illa coniuncta sunt, i. e. adhaerens illis, quae cum principio cohaerent. Phaedon. p. 101. D. *ἐχόμενος ἐκείνου τοῦ ἀσφαλοῦς τῆς ὑποθέσεως, οὕτως ἀποκρίναιο κτλ.* ubi v. ann. Ceterum his verbis inde a *τὰς ὑποθέσεις ποιούμενος κτλ.* breviter describi-

νων, οὕτως ἐπὶ τελευτὴν καταβαίνῃ αἰσθητῷ παν-
C τάπασιν οὐδενὶ προςχρώμενος, ἀλλ' εἴδεσιν αὐτοῖς δι'
αὐτῶν εἰς αὐτά, καὶ τελευτᾷ εἰς εἴδη. Μανθάνω,
ἔφη, ἱκανῶς μὲν οὔ· δοκεῖς γάρ μοι συχνὸν ἔργον
λέγειν· ὅτι μέντοι βούλει διορίζειν σαφέστερον εἶναι
τὸ ὑπὸ τῆς τοῦ διαλέγεσθαι ἐπιστήμης τοῦ ὄντος τε
καὶ νοητοῦ θεωρούμενον ἢ τὸ ὑπὸ τῶν τεχνῶν κα-
λουμένων, αἷς αἱ ὑποθέσεις ἀρχαί, καὶ διανοίᾳ μὲν
ἀναγκάζονται ἀλλὰ μὴ αἰσθήσεσιν αὐτὰ θεᾶσθαι οἱ
D θεώμενοι, διὰ δὲ τὸ μὴ ἐπ' ἀρχὴν ἀνελθόντες σκο-
πεῖν ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεων, νοῦν οὐκ ἴσχειν περὶ αὐτὰ
δοκοῦσί σοι, καίτοι νοητῶν ὄντων μετὰ ἀρχῆς. διά-

D. ἐπ' ἀρχὴν ἀνελθόντες] Vulgo ἀνελθόντας. Sed Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. r. Flor. a. c. α. γ. ἀνελθόντες, ut scripserunt Schneider., Turicenses, Hermann.

tur methodus disserendi synthetica et analytica, quam utramque philosophus in vero investigando copulandam censuit. Copiosius hunc dialectices locum tractavit in Philebo p. 16. C. sqq. et Phaedro. Quod diligenter animadvertendum. Etenim ex his quoque apparet, si quid video, Politiam post Phaedrum et Philebum demum scriptam et in lucem emissam esse.

C. ὅτι μέντοι βούλει διορίζειν] h. e. τοῦτο μέντοι δοκῶ μανθάνειν, ὅτι βούλει διορίζειν κτλ., hoc tamen intelligere videor, velle te docere evidentiorem esse eius quod est atque sola mente percipitur contemplationem, quae disserendi arte utatur, quam quae artibus quae vocantur, in quibus sumptiones sint principia etc. Verba sic connectenda: τὸ τοῦ ὄντος τε καὶ νοητοῦ, θεωρούμενον ὑπὸ τῆς τοῦ διαλέγεσθαι ἐπιστήμης.

καὶ διανοίᾳ μὲν ἀναγκάζονται —] Anacoluthon paullo audacius, quandoquidem dehinc repente infertur oratio recta, quum verbis ex βούλει διορίζειν suspensis pergi debuerit: καὶ ἀναγκάζεσθαι τοὺς θεωμένους αὐτὰ διανοίᾳ μὲν ἀλλὰ μὴ αἰσθήσεσι (αὐτὰ) θεᾶσθαι, διὰ δὲ τὸ μὴ ἐπ' ἀρχὴν ἀνελθόντας σκοπεῖν — δοκεῖν οὐκ ἴσχειν νοῦν περὶ αὐτά κτλ. At usus est scriptor recta oratione, ne propter complurium infinitivorum concursum oriretur obscuritas, potuitque hac dicendi forma ideo uti, quia haec ex mente Glauconis referuntur. Praeterea αὐτά per synesin positum refertur ad antegressum τὸ ὑπὸ τῶν τεχνῶν θεωρούμενον, ut res mathematicorum disciplinis subiectae intelligantur. Itaque hoc dicit: et coguntur qui ista contemplantur secundum tuam sententiam non quidem sensibus sed διανοίᾳ uti (id quod Socrates p. 510. E. significavit); veruntamen videntur tibi, quoniam non ad principium escendentes sed ex suppositionibus ea considerant, intellectum (νοῦν) circa haec minime habere, licet cum principio sint



νοιαν δὲ καλεῖν μοι δοκεῖς τὴν τῶν γεωμετρικῶν τε
καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἕξιν, ἀλλ' οὐ νοῦν, ὡς μεταξύ
τι δόξης τε καὶ νοῦ τὴν διάνοιαν οὖσαν. Ἱκανώτατα,
ἦν δ' ἐγώ, ἀπεδέξω. καί μοι ἐπὶ τοῖς τέτταρσι τμή-
μασι τέτταρα ταῦτα παθήματα ἐν τῇ ψυχῇ γιγνό-
μενα λαβέ, νόησιν μὲν ἐπὶ τῷ ἀνωτάτω, διάνοιαν δὲ E
ἐπὶ τῷ δευτέρῳ, τῷ τρίτῳ δὲ πίστιν ἀπόδος καὶ τῷ
τελευταίῳ εἰκασίαν, καὶ τάξον αὐτὰ ἀνὰ λόγον, ὥςπερ
ἐφ' οἷς ἔστιν ἀληθείας μετέχειν, οὕτω ταῦτα σαφη-
νείας ἡγησάμενος μετέχειν. Μανθάνω, ἔφη, καὶ ξυγ-
χωρῶ καὶ τάττω ὡς λέγεις.

ἕξιν, ἀλλ' οὐ νοῦν] Sic Par. A D. Ang. Flor. a. c. x. α. γ. Inepte olim legebatur Ἀλλ' οὖν. Ficinus: videris cogitationem potius appellare quam intellectum.

intelligibilia, (h. e. licet formae rerum sint intellectuales, quas item ad purarum idearum principium evehere liceat); significari enim verbis postremis videtur, etiam mathematica posse ad philosophiae rationem tractari subtilius.

D. καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἕξιν] et habitum eorum, qui geometriae peritis similes sunt, de quibus v. L. VII. inde a p 521. C. — ἐπὶ τοῖς τέτταρσι τμήμασι —] Etenim natura rerum adspectabilis duas habet partes, alteram res ipsas, alteram rerum imagines. Pariter etiam natura rerum intelligibilis duplex est, quippe complectens vel puras ideas vel mentis species a rerum adspectabilium corporibus repetitas et abductas. Igitur rerum sensibus subiectarum propria est πίστις, fides; earum imaginibus convenit εἰκασία s. imaginatio; ideis puris νοῦς vel νόησις, qualem sibi vindicat philosophia eique tribui debet; denique formis rerum externarum abstractis vel intellectualibus, quae ope ipsorum corporum eorumque imaginum exquiruntur, διάνοια adscribitur, quae quidem cadit in mathematicas disciplinas. Itaque claritatis et obscuritatis habita ratione gradus cognitionis hi sunt: νόησις, cui etiam summi boni idea (ἡ τοῦ παντὸς ἀρχή) subiecta est, quam dixeris: reine Vernunfterkenntniss; διάνοια; πίστις et εἰκασία. Pseud. Archytas ap. Iamblich. περὶ τῆς κοινῆς μαθημ. ἐπιστ. in Villoison. Anecdot. II. p. 199. ἐν ἁμῖν γὰρ αὐτοῖς κατὰ ψυχὴν γνώσεις εἰσὶ τέσσαρες, νόος, ἐπιστάμα, δόξα, αἴσθησις, ὧν αἱ μὲν δύο τοῦ λόγου ἀρχαὶ ἐντί, κτλ. Fusius locum tractat Proclus in Polit. p. 429. sqq. quem consulas etiam Commentar. in Euclid. Libr. I. in. ubi perspicue explicat, quomodo disciplinae mathematicae mediae sint inter primam scientiam et scientiam rerum visibilium, ut ad philosophiam tamquam κλίμακες et ἐπίβαθρα sint, de quo placito v. Bulliald. ad Theon. Smyrn. p. 194. Wyttenbach. et Creuzer. ad Plotin. De pulcritud. p. 143. sq.

# ARGUMENTUM

## LIBRI SEPTIMI.

Postquam superiore libro de summi boni cognitione variisque cognitionis gradibus disputatum est, Socrates quanto intervallo a veritatis scientia nomine suo digna distet humana scientia et ignorantia illustraturus nobilissima illa utitur imagine ab antro inferno ducta. Fingamus, inquit, amplissimi antri subterraneum domicilium, quod tamen superne longissime pateat ad recipiendam lucem. In eo homines versari cogitemus inde a primae tempore pueritiae, ita quidem, ut ab aditu sint aversi, et cruribus ac cervicibus ita constricti, ut ea tantum possint spectare, quae sint ante oculos, neque capita, quippe vinculis ligata, circumagere ullo modo queant. His ita inclusis atque vinctis a tergo ígnens splendor de partibus superioribus affundatur, qui antri tenebras illustret. Sed inter ignem illum atque antri ostium media porrigatur via, editior tamen illa atque murulo ab antro diremta, ut hominum conspectus arceatur. Post hunc murum fingamus alios homines versantes, qui non conspiciantur, et varia supellectilia, hominum et animantium imagines, statuas, alia, circumferant, partim inter se colloquentes, partim silentes, ita quidem, ut istarum rerum umbrae in adversam cadant speluncae partem. Iam vincti illi, inquit, licet praeter umbras nihil videant, tamen res ipsas cernere sibi videbuntur, ac si colloqui inter sese possint, iisdem nominibus umbras rerum vocabunt, qui-

bus res ipsas; adeoque si vocis imago ex adversa carceris parte repercutiatur, quoties aliquis praetereuntium loquatur, nihil aliud loqui existimabunt nisi ipsam illam transeuntium umbram. Horum aliquis si vinculis solutus repente cogatur exsurgere, collum circumvertere, incedere, et aspicere lucem, is certe oculorum dolorem sentiat, nec possit res, quarum inanes umbras antea viderat, constanter intueri. Sicubi autem aliquis edocere ipsum conetur eum antea nihil nisi nugas umbrasque vidisse, nunc rebus ipsis esse propiorem; dubius certe haereat, illa veriora putans, quae antea conspexerit, quam ea, quae tunc ipsi primum ostendantur. Itaque talis homo veram rerum speciem minime animo capiet, adeoque lucis splendore vehementius affectus eius adspectum fugiet cupietque redire ad sua illa simulacra, quae ipsi aciem oculorum non praestringant. Quocirca ut verorum corporum lucisque adspectum ferre paullatim discat, opus erit quadam consuetudine. Et primo quidem umbras facillime conspiciet; deinde repercussas in aquis hominum et animalium imagines; tum quae in coelo sunt ac coelum ipsum noctu facilius contemplabitur quam solem eiusque iubar interdiu; denique post longiorem exercitationem ipsum adspiciet solem, non eius in aqua vel in aliis rebus imaginem. Quem ubi ipsum diutius contemplatus fuerit, etiam intelliget hunc esse, qui diei noctisque vicissitudines annique tempestates cursu suo efficiat, qui terram calore suo foveat, qui plantas et animalia foecundet, qui denique omnibus rebus vigorem, pulcritudinem, maturitatem largiatur. His igitur gradibus postquam ad veritatis pervenerit cognitionem, non satis mirari poterit illarum rerum pulcritudinem, seque beatum praedicabit, qui a tenebris et fraudibus inanium umbrarum liberatus in ipsius veritatis regionem perductus sit: illorum autem, qui in antro versantur, miserum statum adeo deplorabit, ut potius extrema pati quam ad eos reverti malit. Iam vero tali homini si in mentem veniat in priorem locum redire et pristinae miseriae sociis exponere quae ipse viderit et in quam misera isti conditione versentur; futurum est haud dubie, ut ab omnibus rideatur et pro stulto habeatur, cuius oculi rerum superarum adspectu misere corrupti sint. Quid quod etiam decretum fiet, ne quis in posterum ad loca superiora contendat, utque gravi poena afficiatur, si quis quem e vinculis solvere et e sedibus suis educere audeat, P. 514 — 517. B. Haec vero (ita enim Socrates pergit disputare), haec est vitae humanae imago. Etenim antrum illud, in quo homines vincti tenentur nec nisi rerum species et umbras vident, significat hunc mundum sensibus subiectum: igneus splendor, qui in speluncam cadit, indicat solem, cuius radii rerum universitatem collustrant: denique adscensus ille ad res superas illustrat illam animi nostri agitationem, qua relictis rebus terrestribus ad res sola mente comprehendendas evolat in iisque contemplandis cum voluptate versatur. Itaque equidem sic censeo. In mundo intelligibili, ut ita dicamus, Boni species est longe praestantissima; quae quum non sine multo labore cognoscatur, tum, ubi semel est cognita, omnis bonitatis ac pulcritudinis fons atque principium videatur necesse est; eaque sicuti in rebus sub sensus cadentibus solis lucem procreavit, ita in iis, quae mente cognoscuntur, veritatem et cognitionem efficit: unde qui res vel domesticas vel publicas recte administrare voluerit, id debet studere, ut sibi pro viribus plenam illius notitiam comparet. — Verum enim vero ad illam cognitionem si quis pervenit, is mirandum non est si contemtis rebus humanis perpetuo versari animo suo cupiat in rerum divinarum contemplatione neque humanorum negotiorum ullam curam gerat aut usum teneat. Quod tamen acerbe reprehendi non licet, quandoquidem philosophi non ex tenebris in huius vitae lucem pervenientes, sed vicissim ex rerum divinarum luce decidentes in humanarum rerum caligines caecutiunt. — Quodsi vera sunt quae de scientiae et inscientiae ratione disseruimus, apparet etiam falsam esse eorum opinionem, qui se efficere posse putant, ut ope disciplinae et institutionis animis hominum insipientium scientiam ingerant et quasi caecae menti indant vera cernendi aciem. Quippe veritatis cognoscendae facultas natura in unoquoque animo inest, omnisque scientiae comparandae ratio in hoc uno posita videtur, ut mens a rerum fluxarum ac mutabilium consideratione avocata ad summi illius boni constantiam contemplandam convertatur. Etenim vis inveniendae veritatis non potest ulla arte effici aut procreari;

illud unum fieri potest, ut eo dirigatur, quo dirigenda est. Nam quum ceterae animi vires similitudinem quandam cum corporis virtutibus habeant, quippe quae usu et exercitatione possint comparari; tum cogitandi facultas est divinius quiddam, cuius vis nunquam minuitur vel augetur. Quocirca etiam usu venire solet, ut ea tum salutifera tum admodum noxia et pestifera evadere queat. Si igitur ii, qui ingenii praestantia alios antecellunt, statim a pueritia exutis pravis cupiditatibus mentem suam consuescerent dirigere ad veritatis cognitionem: haud dubie futurum esset, ut qua nunc ingenii celeritate plerique res humanas arripiunt, eadem rerum divinarum notitiam sibi compararent. P. 517. B. — 519. B. — Quoniam autem et rei naturae est consentaneum et ex superiore disputatione sua sponte consequitur neque eos, qui sint insipientes et veritatis ignari, neque illos, qui nihil aliud nisi sublimia atque divina meditentur, idoneos esse civitatum rectores atque principes; illos, qui naturae bonitate ducti animo ad summi boni cognitionem evolarunt, monere debemus adeoque cogere, ut relictis sublimibus illis rerum divinarum regionibus rursus descendant ad vitae humanae humilitatem. Quod etiamsi iniustum videatur, quia iis rursus eripimus summae beatitatis fructum, quem rerum sublimium meditatione sibi pararunt; tamen legislator non id debet curare, ut unus aliquis civium ordo beatus exsistat, sed illud potius ei spectandum est, ut universae civitatis salus firmetur atque augeatur. Quare recte philosophos cohortabimur, ut ne res communes velint negligere, praesertim quum respublica hoc ab iis iure quodam suo postulare possit, propterea quod eorum educationem et institutionem non neglexit, sed matris instar fidelissime curavit. Accedit, quod illi, quum ipsam pulcritudinis, iustitiae et bonitatis speciem cognoverint, quid in negotiis humanis iustum sit atque honestum omnium optime diiudicabunt, ideoque securitatem, tranquillitatem, pacem facile tuebuntur. Neque profecto ipsi, quippe viri aequi atque sapientes, quod ab iis postulatur detrectabunt, sed rei communis moderationem tanquam onus quoddam in se recipient, ut non sibi solum, sed etiam patriae vivant. P. 519. B. — 521. B. — His expositis oritur quaestio, qua-



rumnam artium ac disciplinarum ope custodum animi sic erudiri queant, ut ad summi boni notitiam evehantur. In quo argumento tractando etiam illud respiciendum est, quod in superiore disputatione diximus, eos fortes atque bellicosos esse oportere, ut et pacem domesticam et publicam securitatem tueri possent. Itaque ea investiganda est disciplinae ratio, quae tum animum ad percipiendam philosophiae sublimitatem praeparet, tum utilitatem habeat militarem. Quod quidem commodum neque gymnastica afferet, quae ad corporis tantum curationem refertur, neque musica, qualem quidem antea descripsimus, quum ea unice in decori honestique institutione versetur, ad scientiae subtilitatem nihil conferat. Multo minus etiam artes sellularias huc licebit revocare, quippe quae nihil nisi sollertiam quandam manuumque laborem exigant. Quocirca superest, ut quaeramus artem ab omnibus illis diversam. Talis vero est arithmetica, qua neque disciplina militaris, neque ulla alia scientiae et eruditionis pars carere ullo modo potest. Neque ea profecto parum valet ad animum ita formandum excolendumque, ut sese possit attollere ad rerum divinarum contemplationem, quanquam vulgo haec eius vis mirifice negligitur. Etenim quum res sub sensus cadentes ita comparatae sint, ut aut solae per se sentiantur atque semel perceptae mentem plane non impellant ad subtiliorem veri investigationem, aut varios ac diversos in nobis sensus excitent ideoque propter contrariorum perceptionem mentis iudicium postulent animique agitationem; dubitari non potest, quin arithmetica ad posterius genus referenda sit, quippe quae in multiplicibus numerorum rationibus considerandis versetur. Habet enim omnis numerus hoc sibi proprium, quod contrarii quid in se complectitur: veluti quod unum videtur, idem alia ratione multa esse iudicamus. Ex quibus apparet hanc disciplinae partem a custodibus nostris studiose tractari oportere, praesertim quum eam ad belli usus ac necessitates plurimum valere dubitari non possit. Neque tamen illi in vulgari ista arithmetica subsistent, quae tota ad lucri et utilitatis rationem comparata est; sed ulterius progredientes de ipsa numerorum vi et natura, hoc est de numeris abstractis, qui vocantur, meditabuntur. Nam ita de-

mum fiet, ut non solum in aliis rebus omnibus acuti evadant, sed etiam animum discant attollere atque evehere ad eius naturae, quae vere est, contemplationem. *) P. 521. C. — 526. C. — Cum arithmetica arctissime coniuncta est geometria, quae quum et ipsa ad scientiam militarem inprimis utilis sit; tum multo plus valet ad animum subtiliter formandum erudiendumque. Quapropter in hac quoque exercendi sunt futuri civitatis principes. Quanquam illa non ita tractanda est, ut vulgo a geometris fieri solet, qui unice in figurarum oculis subiectarum consideratione haerentes de iis, quae ab omni materiae concretione libera sunt, ne cogitant quidem. Verum enim vero qui veram inde utilitatem percipere velit, eum decet mentem a rebus adspectabilibus avocare, contemplari incorporea, ipsamque magnitudinem et omnes eius rationes extra materiam intueri. Qua ratione eveniet, ut animus per eam non solum ad humana negotia aptus fiat, sed etiam ad contemplandam ipsam rerum veritatem atque *οὐσίαν* assurgere consuescat. P. 526. C. — 527. C. Geometriae succedat corporum solidorum contemplatio, sive stereometria, quae tamen adhuc mirifice neglecta iacet, quum sit praecipuo studio dignissima. Hanc excipiat astronomia, quae dici non potest quantopere animum ad coelestia ac divina contemplanda erigat. Quum enim tam mirificus sit siderum ordo, tam constans et legitimus coeli motus, fieri non potest, quin animus spectatis harum rerum caussis et rationibus a sordibus contemplationis rerum corporearum veluti purgatus ad ipsam veritatem intuendam evehatur. Quum igitur haec disciplina non tantum ad agriculturam, ad navigationem, ad bella gerenda utilissima sit, sed etiam id efficiat, ut animus relictis rebus terrenis ad id, quod vere est, escendere studeat; eam a futuris reipublicae custodibus colendam esse sponte consequitur. P. 527. D. — 530. C. Neque negligenda iis musica est, quae angustiore sensu dicitur; quae quidem cognatione quadam cum astronomia continetur. Sed haec quoque ars non ita coli et exerceri debet, ut tota sollerti instrumentorum musicorum tractatione et subtili aurium iudicio contineri putetur, quo errore plerique omnes ducuntur; sed sic potius exercenda est, ut variae sonorum rationes mentis iudicio investigentur atque cognoscantur; quo uno fiet, ut discentium animi per eam consuescant in rerum sublimiorum contemplatione cum voluptate commorari. — Praeterea vero etiam singularum disciplinarum coniunctio et cohaerentia investiganda est, quo intelligatur earum inter se veluti concentus atque harmonia. P. 530. C. — 531. E. Quod quidem quasi prooemium quoddam est artis dialecticae, quae est disciplina omnium longe gravissima et praestantissima. Quippe haec unice in earum rerum investigatione et scientia versatur, quae sola mente et cogitatione possunt comprehendi neque sub sensus subiectae sunt. Quocirca eadem plane inter hanc atque ceteras disciplinas ratio intercedit, quae obtinebat inter solis lucem atque ignis illius splendorem, quo speluncam, quam fingebamus, collustratam diximus, adeoque animo vim eius ac praestantiam plane percepturo totidem gradus sunt percurrendi, ut eius sublimitatem assequatur, per quot illi eundum erat, qui inde a pueritia inanibus antri sui umbris assuefactus primum ne ignis quidem conspectum ferre poterat, sed diuturniore consuetudine paullatim eo progrediebatur, ut ipsam solis lucem non solum non aversaretur, sed etiam cum summa animi admiratione atque voluptate intueretur. — Continetur autem dialectica ratio atque absolvitur una mentis atque animi cogitatione, quippe cui id propositum sit, ut vim et naturam cuiusque rei investiget, neque usquam utatur suppositionibus, quemadmodum ceterae artes. Itaque haec sola digna est scientiae nomine, quippe quae tota referatur ad illud, quod vere esse dicimus. — Quum autem tanta sit huius disciplinae praestantia, uni illi ad eius studium sunt adducendi, qui excellunt animi magnitudine, iudicii subtilitate, memoriae capacitate, denique virium robore et constantia. Quippe omnes philosophiae reprehensiones, quae multae iactari solent, ex hoc fonte manarunt, quod homines ad alia omnia apti ad eius studium accedere solent suaque perversitate id efficiunt, ut pulcherrima disciplina in imperitae multitudinis contemtum incidat. P. 531. B. — 536. C. — Iam vero

*) Conf. Phileb. p. 56. A. sqq. 57. D. sqq. ibique annot. nostr.

perlustrato earum artium ambitu, quibus civitatis custodes erudiendi sunt, hoc superest, ut qua ratione et qua vitae aetate singulae colendae sint atque exercendae, paucis explicetur. Itaque statim a pueritia animi iuvenum iis artibus imbuendi sunt, quibus ad graviora percipienda praeparentur, hoc est musica et gymnastica, ceterisque disciplinis, quas ante dialecticam posuimus. In quibus tradendis hoc observandum est, ut ne quis vi et necessitate ad eas discendas impellatur: nihil enim, quod per vim animo inculcatur, firmiter ei inhaeret: imo omnia quasi ludendo tradantur, qua ratione etiam hoc obtinebitur, ut quorsum cuiusque tendat ingenium, facilius observetur. — Exacto autem anno aetatis vigesimo, qui optimi inter omnes iudicati fuerint adolescentes, non solum praemiis ornari debent, sed etiam amplius erudiri. Quod quidem ita fiet, ut quae antea iis tradita sunt per partes, ea in unam redigantur disciplinae formam, quo magis rerum nexus earumque inter se cohaerentia perspiciatur. Atque hinc etiam illud optime intelligetur, num quis ad discendam dialecticam idoneus sit. Hac exercitatione usque ad trigesimum annum continuata denuo explorandum est, quinam inter eos iudicii subtilitate atque acumine maxime excellant. Quo facto qui visi fuerint acutissimi seligendi atque per quinque annos in dialecticis instituendi sunt, ut quinam spreto sensuum ludibrio ad verum bonumque contemplandum maxime idonei sint clare cognoscatur. In qua quidem institutionis parte diligenter videndum est, ne qua disputandi rabies adolescentium animos occupet, neve, dum de omnibus rebus in utramque partem disseratur, nihil omnino certo ab hominibus cognosci posse temere sibi persuadeant, ideoque veri investigandi amorem plane abiiciant. Elapso autem tempore harum rerum studiis destinato inde ab anno aetatis trigesimo quinto usque ad quinquagesimum publicis fungantur negotiis atque reipublicae operam navent. Quod qui ita fecerint, ut spei de ipsis susceptae satisfactum videatur, ii ad summum institutionis fastigium educendi sunt, hoc est ad b o n i i p s i u s contemplationem, ex qua animis suis capiant summae virtutis atque perfectionis imaginem, ad cuius similitudinem quum ipsi suos mores componant, tum rempublicam, ad cuius



gubernacula suo quisque ordine admovebitur, regant et administrent, donec rebus terrenis erepti in insulas beatorum perveniant. Ceterum quae de viris hactenus exposita sunt, ea patet etiam de feminis intelligenda esse, quippe quas perinde atque viros publicis muneribus atque negotiis admovendas esse in superioribus demonstraverimus. P. 536. C. — 541. B. In fine pauca adiiciuntur de ratione, qua perfectae reipublicae fundamenta iacienda sint.

Cap. I. *Μετὰ ταῦτα δή, εἶπον, ἀπείκασον τοι-* 514
*ούτῳ πάθει τὴν ἡμετέραν φύσιν παιδείας τε πέρι καὶ ἀπαιδευσίας· ἰδὲ γὰρ ἀνθρώπους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει, ἀναπεπταμένην πρὸς τὸ φῶς τὴν εἴςοδον ἐχούσῃ μακρὰν παρ᾽ ἅπαν τὸ σπήλαιον, ἐν ταύτῃ ἐκ παίδων ὄντας ἐν δεσμοῖς καὶ τὰ σκέλη καὶ τοὺς αὐχένας, ὥςτε μένειν τε αὐτοὺς εἴς*
*τε τὸ πρόσθεν μόνον ὁρᾶν, κύκλῳ δὲ τὰς κεφαλὰς* B

Cap. I. P. 514. *ἰδὲ γάρ*] Par. A. Vulgo *ἴδε*, contra grammaticorum praecepta. Illud etiam Porphyr. de Antr. Nymphar. p. 255. habet, et scholiastes legit, qui ita annotat: *Ἀττικοὶ καὶ τὸ ἰδὲ ὀξύνουσι καὶ τὸ λαβὲ καὶ τὸ φαγὲ ὁμοίως τῷ ἐλθέ, εὑρέ, εἰπέ.* Sed *ἴδε* etiam Iamblich. Adh. p. 228. ed. Kiessl.

B. *εἴς τε τὸ πρόσθεν*] *καὶ εἰς τὸ πρ.* Par. DK. Mon. Flor. *β*. et ex corr. Vat. *Θ*. Pro *μένειν τε αὐτοὺς* vide an cum Hirschigio ad Aristoph. Vesp. p. 139. legendum sit: *μένειν τε αὐτοῦ*, quod edidit Herm.

Cap. I. P. 514. *οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει*] Porphyr. de Antr. Nymphar. c. 8. *οἱ Πυθαγόρειοι καὶ μετὰ τούτους Πλάτων ἄντρον καὶ σπήλαιον τὸν κόσμον ἀπεφήναντο. παρὰ γὰρ Ἐμπεδοκλεῖ αἱ ψυχοπομποὶ δυνάμεις λέγουσιν· ἠλύθομεν τόδ᾽ ὑπ᾽ ἄντρον ὑπόστεγον.* De Empedocle vide Sturzium p. 454 sq. Similia narrat Plotinus Ennead. IV, 8, 1. p. 469. B. Proclus in Rempubl. p. 7. Totum locum, qui sequitur, refert Iamblich. Adh. ad Philos. c. XV. p. 228. ed. Kiessl.

B. *κύκλῳ δὲ τὰς κεφαλάς*] Ficinus: ut et immobiles permanere cogantur et ad anteriora solum prospicere, capita vero vinculis adstricta circumducere nequeant. Sed posteriora ista: *κύκλῳ δὲ — ἀδυνάτους* non ab *ὥςτε* pendent, sed a superiore *ἰδέ*. Alioquin enim alius esse deberet ordo verborum.

ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἀδυνάτους περιάγειν, φῶς δὲ αὐτοῖς
πυρὸς ἄνωθεν καὶ πόῤῥωθεν καόμενον ὄπισθεν αὐ-
τῶν, μεταξὺ δὲ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν δεσμωτῶν ἐπάνω
ὁδόν, παρ' ἣν ἰδὲ τειχίον παρῳκοδομημένον, ὥςπερ
τοῖς θαυματοποιοῖς πρὸ τῶν ἀνθρώπων πρόκειται
τὰ παραφράγματα, ὑπὲρ ὧν τὰ θαύματα δεικνύασιν.
Ὁρῶ, ἔφη. Ὅρα τοίνυν παρὰ τοῦτο τὸ τειχίον φέ-
ροντας ἀνθρώπους σκεύη τε παντοδαπὰ ὑπερέχοντα
515 τοῦ τειχίου καὶ ἀνδριάντας καὶ ἄλλα ζῶα λίθινά τε
καὶ ξύλινα καὶ παντοῖα εἰργασμένα, οἷον εἰκός, τοὺς
μὲν φθεγγομένους, τοὺς δὲ σιγῶντας τῶν παραφε-
ρόντων. Ἄτοπον, ἔφη, λέγεις εἰκόνα καὶ δεσμώτας
ἀτόπους. | Ὁμοίους ἡμῖν, ἦν δ' ἐγώ· τοὺς γὰρ τοιού-
τους πρῶτον μὲν ἑαυτῶν τε καὶ ἀλλήλων οἴει ἄν
τι ἑωρακέναι ἄλλο πλὴν τὰς σκιὰς τὰς ὑπὸ τοῦ πυ-
ρὸς εἰς τὸ καταντικρὺ αὐτῶν τοῦ σπηλαίου προςπι-

*φῶς δὲ αὐτοῖς πυρός*] Schleiermach. mavult *πῦρ*, quo non opus. Hirschig. l. c. corr. *καομένου*. Sed vere Hermannus *φῶς πυρὸς* iudicavit ita in unam notionem coalescere, ut alterius attributum simul etiam alteri conveniat.

*θαύματα δεικνύασιν*] V. *δεικνῦσιν*. Mutavimus ex Par. A. Vind. Flor. a. c. γ. cf. Matth. Gr. Ampl. T. I. p. 395.

P. 515. *Πῶς γάρ, ἔφη, εἰ —*] Frustra Benedictus coniecit *Πῶς γὰρ οὔ*.

*ὥςπερ τοῖς θαυματοποιοῖς*] *Θαύματα*, quae Timaeus Gloss. p. 140. *νευροσπάσματα* interpretatur, sunt praestigiae circulatorum, imagunculas nervis moventium, ut imperitum populum stupore defigerent. v. Ruhnken. ibid. et quos laudavit. Itaque perelegans haec comparatio est. Ceterum *παραφράγματα* sunt cancelli, intra quos praestigiatores artem suam factitant.

P. 515. *οἷον εἰκός*] Refer ad sequentia *τοὺς μὲν φθεγγομένους κ. τ. λ.*

*Πῶς γάρ, ἔφη.*] Qui tandem, inquit, aliud quid praeter umbras, si quidem cervicem immotam tenere per totam vitam coacti sint? Monui, quia fuit qui locum coniectura tentaret.

B. *Τί δὲ τῶν παραφερομένων;*] Quid vero de rebus, quae praetervehuntur? nonne idem prorsus? sc. non ipsas res conspectum iri, sed earum umbras. De genitivo v. ad Phaedon. p. 78. D. ad libr. V. c. 16. Matth. Gr. §. 342.

*οὐ ταὐτὰ ἡγεῖ ἂν τὰ παριόντα —*] nonne putas eas res, quae praeterveherentur, iisdem nominibus atque quae viderent, nominare solituros esse?



πτούσας; Πῶς γάρ, ἔφη, εἰ ἀκινήτους γε τὰς κε-
φαλὰς ἔχειν ἠναγκασμένοι εἶεν διὰ βίου; Τί δὲ τῶν B
παραφερομένων; οὐ ταὐτὸν τοῦτο; Τί μήν; Εἰ
οὖν διαλέγεσθαι οἷοί τ' εἶεν πρὸς ἀλλήλους, οὐ ταὐτὰ
ἡγεῖ ἂν τὰ παριόντα αὐτοὺς νομίζειν ὀνομάζειν,
ἅπερ ὁρῷεν; Ἀνάγκη. Τί δ'; εἰ καὶ ἠχὼ τὸ δε-
σμωτήριον ἐκ τοῦ καταντικρὺ ἔχοι, ὁπότε τις τῶν
παριόντων φθέγξαιτο, οἴει ἂν ἄλλο τι αὐτοὺς ἡγεῖ-
σθαι τὸ φθεγγόμενον ἢ τὴν παριοῦσαν σκιάν; Μὰ
Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη. Παντάπασι δή, ἦν δ' ἐγώ, οἱ
τοιοῦτοι οὐκ ἂν ἄλλο τι νομίζοιεν τὸ ἀληθὲς ἢ τὰς C
τῶν σκευαστῶν σκιάς. Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Σκό-
πει δή, ἦν δ' ἐγώ, αὐτῶν λύσιν τε καὶ ἴασιν τῶν
δεσμῶν καὶ τῆς ἀφροσύνης, οἵα τις ἂν εἴη, εἰ φύσει
τοιάδε ξυμβαίνοι αὐτοῖς· ὁπότε τις λυθείη καὶ ἀνα-
γκάζοιτο ἐξαίφνης ἀνίστασθαί τε καὶ περιάγειν τὸν

B. *οὐ ταὐτὰ ἡγεῖ ἂν*] *ταὐτά* Par. A. Vat. m. Flor. a. c. x. γ. quod nunc pro vulg. *ταῦτα* cum Herm. restituimus. Deinde pro vulg. *τὰ παρόντα* ex cod. Flor. α. scripsi *τὰ παριόντα*, quod Astius coniectura erat assequutus. Nuperi editores excepto Herm. vulg. tenuerunt.

C. *τῶν τε δεσμῶν*] Sic vulgo. Sed *τε* om. Par. A. Vind. Vat. m. et quattuor Florentini. Omiserunt etiam nuperi.

*εἰ φύσει τοιάδε ξυμβαίνοι*] V. *φύσει εἰ* Flor. β. In Vat.

Iungas: *αὐτοὺς νομίζειν ἂν ὀνομάζειν τὰ παριόντα ταὐτά* (eodem nomine) *ἅπερ ὁρῷεν*, i. e. *τούτοις ἅπερ ὁρῷεν*. In vulgus nota est loquutio *ὀνομάζειν τοῦτο*, hoc nomine insignire, de qua v. ad Symp. p. 212. C. Phaedon. p. 105. D. Sententia igitur haec est: vinctos illos nonne putas nomina rerum, quas conspicerent (conspicere sibi viderentur) ad umbras illarum praetereuntes esse de more translaturos? Quod *τὰ παριόντα* recepimus, eodem modo in sequentibus legitur *τὴν παριοῦσαν σκιάν*, *ἕκαστον τῶν παριόντων*, *τὰ παριόντα*, conf. p. 516. C. al. Atque res ipsa videtur *παριόντα* exigere. Nam quod homines illi dicuntur nominare, non est praesens aliquid (*παρόν*), sed praetervolans rerum umbra, ut iam Astius perspexit. Adversatur tamen Schneiderus, qui *τὰ παρόντα* (vel *ὄντα*) ideo putat requiri, quia Socrates quaerat, an illi haec, quae viderent, tamquam res praesentes, non tamquam umbras essent appellaturi. Quod valde ineptum est. Verbum *νομίζειν*, quod reddimus suo quodam modo vel more, saepenumero eam habet vim, ut sit constituere, in morem recipere, lege sancire, solere.

C. *εἰ φύσει τοιάδε ξυμ-*

αὐχένα καὶ βαδίζειν καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀναβλέπειν,
πάντα δὲ ταῦτα ποιῶν ἀλγοῖ τε καὶ διὰ τὰς μαρ-
D μαρυγὰς ἀδυνατοῖ καθορᾶν ἐκεῖνα, ὧν τότε τὰς
σκιὰς ἑώρα, τί ἂν οἴει αὐτὸν εἰπεῖν, εἴ τις αὐτῷ
λέγοι, ὅτι τότε μὲν ἑώρα φλυαρίας, νῦν δὲ μᾶλλόν
τι ἐγγυτέρω τοῦ ὄντος καὶ πρὸς μᾶλλον ὄντα τετραμ-
μένος ὀρθότερα βλέπει, καὶ δὴ καὶ ἕκαστον τῶν πα-
ριόντων δεικνὺς αὐτῷ ἀναγκάζοι ἐρωτῶν ἀποκρίνε-
σθαι ὅ τι ἔστιν; οὐκ οἴει αὐτὸν ἀπορεῖν τε ἂν καὶ
ἡγεῖσθαι τὰ τότε ὁρώμενα ἀληθέστερα ἢ τὰ νῦν
δεικνύμενα; Πολύ γ', ἔφη. Cap. II. Οὐκοῦν κἂν
E εἰ πρὸς αὐτὸ τὸ φῶς ἀναγκάζοι αὐτὸν βλέπειν, ἀλ-
γεῖν τε ἂν τὰ ὄμματα καὶ φεύγειν ἀποστρεφόμενον

Θ. Par. DK. Vat. r. εἰ deest, quod ante αὐτοῖς locat Mon. Loco vulg. ξυμβαίνει recte Par. AD. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. Par. K. et Mon. in marg. optativum exhibent.

D. μᾶλλόν τι ἐγγυτέρω] τι om. Par. DK. Mon. Vat. r. Flor. β. et pr. Par. A. Vat. Θ. Sed in Par. A. additum ab eadem manu.

ὀρθότερα βλέπει] Vulgo βλέποι, quod ex Mon. Flor. β. et cod. Cizens. Iamblich Adhortat. ad Philosoph. §. 15. p. 228. ed. Kiessl. mutavimus.

E. ἃ δύναται καθορᾶν] δύνανται Ald. Bas. 1. 2. Vind. Vat. m. Flor. a. c. et a pr. Ven. Ξ.

Cap. II. καὶ μὴ ἀνείη] V. soloece ἀνίῃ. Recte Par. A. pr. ἀνείη, quod Astius restituendum vidit. Confirmat hanc lectionem etiam Iamblich. Adhort. ad Philos. §. 15. p. 228. ed. Kiessl.

βαίνοι αὐτοῖς] per rei naturam si iis talis contingat, i. e. si revera iis possit contingere. Nam ita recte Astius φύσει interpretatur, consentientem habens Fabricium ad Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. I, 12. p. 9. Schleiermach. distingui maluit: οἷα τις ἂν εἴη φύσει, εἰ τοιάδε ξυμβ. Ceterum in praegressis τῶν δεσμῶν ad λύσιν et τῆς ἀφροσύνης ad ἴασιν referas.

πάντα δὲ ταῦτα — σκιὰς ἑώρα] Haec licet per se efficiant sententiam neque a praecedenti ὁπότε pendeant, tamen frustra sit qui ἂν inferciendum arbitretur. Mox p. 517. A. similiter in parenthesi: οὗτος δ' ὁ χρόνος μὴ πάνυ ὀλίγος εἴη τῆς συνηθείας, ubi item εἰ δέοι praecedit, ac deinde subiicitur ἆρ' οὐ γέλωτ' ἂν παράσχοι; Etenim optativus indicat rem cogitatione tantum fingi atque sumi, ut sententia verborum haec sit: haec omnia vero faciens sentiat dolorem, neque propter fulgorem possit conspicere illa, quorum antea videbat umbras.

D. ἑώρα φλυαρίας] h. e. inanes rerum species. Vocis usum notavimus ad Sympos. p. 211. E. conf. Gorg. p. 519. A. Mox μᾶλλόν τι comparativo prae-



πρὸς ἐκεῖνα, ἃ δύναται καθορᾶν, καὶ νομίζειν ταῦτα
τῷ ὄντι σαφέστερα τῶν δεικνυμένων; Οὕτως, ἔφη.
Εἰ δέ, ἦν δ' ἐγώ, ἐντεῦθεν ἕλκοι τις αὐτὸν βίᾳ διὰ
τραχείας τῆς ἀναβάσεως καὶ ἀνάντους, καὶ μὴ ἀνείη,
πρὶν ἐξελκύσειεν εἰς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἆρα οὐχὶ
ὀδυνᾶσθαί τε ἂν καὶ ἀγανακτεῖν ἑλκόμενον, καὶ
ἐπειδὴ πρὸς τὸ φῶς ἔλθοι, αὐγῆς ἂν ἔχοντα τὰ 516
ὄμματα μεστὰ ὁρᾶν οὐδ' ἂν ἓν δύνασθαι τῶν νῦν
λεγομένων ἀληθῶν; Οὐ γὰρ ἄν, ἔφη, ἐξαίφνης γε.
Συνηθείας δή, οἶμαι, δέοιτ' ἄν, εἰ μέλλοι τὰ ἄνω
ὄψεσθαι· καὶ πρῶτον μὲν τὰς σκιὰς ἂν ῥᾷστα κα-
θορῴη, καὶ μετὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὕδασι τά τε τῶν ἀν-
θρώπων καὶ τὰ τῶν ἄλλων εἴδωλα, ὕστερον δὲ αὐτά·

P. 516. οὐδ' ἂν ἓν δύνασθαι] V. οὐδὲν ἄν. Illud habent Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Vat. r. Flor. β. γ. x.

Συνηθείας δή —] V. δέ, quod recte in δή mutant Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. et sex Florentini. Dein τἄνω Vat. Θ. et Bekker. Pro καθορῴη Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Par. D. Ang. Vat. r. καθορῷ. Sed Vat. m. Vind. Φ. καθορῶν. Ceteri καθορῴη, quod non temere reiiciendum fuit, sicut nuper factum. Patet enim καθορῷ ortum esse ex καθορῶι, sicut uncialibus litteris olim perscriptum fuit. Id ipsum autem, sicut καθορῶν, arguit καθορῴη antiquam fuisse scripturam.

καὶ μετὰ τοῦτο ἐν τ. ὕδ.] Additum est καί ex Par. ADK. Vat. Θ. Vind. Ven. II. Mon. Ang. Vat. m. r. et sex Florentinis.

missum. v. Hermann. ad Viger. p. 719 sq. Matth. Gr. §. 458.

Cap. II. E. Οὐκοῦν κἂν εἰ — ἀλγεῖν τε ἂν —] Cave κἂν εἰ in unum coniungas. Nam καί ad universam sententiam spectat, quae deinde subiicitur; ἂν vero ad alterum orationis hypotheticae membrum pertinet, in quo de more iteratum est. Gorg. p. 465. C: καὶ γὰρ ἄν, εἰ μὴ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεστάτει, τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν. Ibid. p. 514. D: κἂν εἰ — παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους —, ἐπεσκεψάμεθα δήπου ἂν ἐγώ τε σὲ καὶ σὺ ἐμέ, κ. τ. λ., ubi v. annot. Lachet. p. 184. E.

P. 516. οὐδ' ἂν ἓν δύνασθαι] Non debebat Astius praeferre οὐδὲν ἂν δ. v. ad libr. VI. p. 506. A.

καὶ μετὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὕδασι] Ob oculos habuit Themistius Orat. IV. p. 51. B: οἱ σφόδρα ἐπιθυμοῦντες τοῖς ὄμμασιν ἀτενίσαι εἰς τὸν θεὸν πρῶτον μὲν ἐν ὕδασι μελετῶσιν, καὶ διαπειρῶνται τῶν ὀφθαλμῶν, πρὸς τὸ φάσμα αὐτοῦ ἀντερείδεσθαι, ὡς ἂν μὴ ἀθρόας τῆς ἀληθινῆς μαρμαρυγῆς ἐμπλησθέντες σκότου μᾶλλον ἢ αὐγῆς ἀπολαύσειαν. Basilius M. De legend. Gr. p. 493. A: τοῖς ἔξω δὴ τούτοις προτελεσθέντες τηνικαῦτα τῶν ἱερῶν καὶ ἀποῤῥήτων ἐπακουσόμε-

ἐκ δὲ τούτων τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ αὐτὸν τὸν οὐ-
ρανὸν νύκτωρ ἂν ῥᾷον θεάσαιτο, προςβλέπων τὸ
B τῶν ἄστρων τε καὶ σελήνης φῶς, ἢ μεθ' ἡμέραν
τὸν ἥλιόν τε καὶ τὸ τοῦ ἡλίου. Πῶς δ' οὔ; Τελευ-
ταῖον δή, οἶμαι, τὸν ἥλιον, οὐκ ἐν ὕδασιν οὐδ' ἐν
ἀλλοτρίᾳ ἕδρᾳ φαντάσματα αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν καθ'
αὑτὸν ἐν τῇ αὑτοῦ χώρᾳ δύναιτ' ἂν κατιδεῖν καὶ
θεάσασθαι οἷός ἐστιν. Ἀναγκαῖον, ἔφη. Καὶ μετὰ
ταῦτ' ἂν ἤδη συλλογίζοιτο περὶ αὐτοῦ, ὅτι οὗτος ὁ
τάς τε ὥρας παρέχων καὶ ἐνιαυτοὺς καὶ πάντα ἐπι-
τροπεύων τὰ ἐν τῷ ὁρωμένῳ τόπῳ, καὶ ἐκείνων ὧν
C σφεῖς ἑώρων τρόπον τινὰ πάντων αἴτιος. Δῆλον,
ἔφη, ὅτι ἐπὶ ταῦτα ἂν μετ' ἐκεῖνα ἔλθοι. Τί οὖν;
ἀναμιμνησκόμενον αὐτὸν τῆς πρώτης οἰκήσεως καὶ
τῆς ἐκεῖ σοφίας καὶ τῶν τότε ξυνδεσμωτῶν οὐκ ἂν
οἴει ἑαυτὸν μὲν εὐδαιμονίζειν τῆς μεταβολῆς, τοὺς δὲ
ἐλεεῖν; Καὶ μάλα. Τιμαὶ δὲ καὶ ἔπαινοι εἴ τινες
αὐτοῖς ἦσαν τότε παρ' ἀλλήλων καὶ γέρα τῷ ὀξύ-
τατα καθορῶντι τὰ παριόντα, καὶ μνημονεύοντι μά-
D λιστα ὅσα τε πρότερα αὐτῶν καὶ ὕστερα εἰώθει καὶ

*αὐτὸν τὸν οὐρανόν*] Sic Par. ADK. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. sex Florentini et Iamblichus. Vulgo *αὐτὸν ἂν τ. οὐρ.*

B. *τῶν ἄστρων τε καὶ σελήνης*] *καὶ τῆς σελ.* Par. K.

*ὅτι οὗτος ὁ τάς τε ὥρας*] Vulgo *ἐστὶν* post *οὗτος* inserunt, quod om. Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. Flor. β. x. In Par. A. Vind. Vat. m. *αὐτὸς* pro *οὗτος* scriptum, quod nuper receperunt.

E. *εἰς τὸν αὐτὸν θᾶκον*] V. *θῶκον*. Par. DK. Flor. x. α *θᾶκον*. Par. A. Vat. Θ. Ven. II. *θάκον*.

*ἐν ᾧ ἀμβλυώττοι*] Sic Bekker. cum Mon. et Flor. β. pro vulg. *ἀμβλυώττει*, quod nuperi servarunt.

P. 517. *διεφθαρμένος ἥκει*] Sic Par. AK. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ. Vulgo *ἥκοι*.

*θα παιδευμάτων· καὶ ἐν ὕδατι τὸν ἥλιον ὁρᾶν ἐθισθέντες οὕτως αὐτῷ προσβαλοῦμεν τῷ φωτὶ τὰς ὄψεις.*

*προσβλέπων τὸ τῶν ἄστρων τε καὶ σελήνης φῶς*] Non opus est articulo ante *σελήνης*. Politic. p. 271. C: *τὴν μὲν γὰρ τῶν ἄστρων τε καὶ ἡλίου μεταβολὴν δῆλον ὡς ἐν ἑκατέραις συμπίπτει ταῖς τροπαῖς γίγνεσθαι.* Phaedon. p. 111. C. Legg. X. p. 899. B.

B. *καὶ πάντα ἐπιτροπεύων*] Sic *ἐπιτροπεύειν* cum accusativo iunctum legitur p. 519. B: *πόλιν ἐπιτροπεῦσαι.* Phileb. p. 28. D: *πότερον — τὰ ξύμπαντα — ἐπιτροπεύειν φῶμεν τὴν τοῦ ἀλόγου καὶ εἰκῇ δύναμιν;* Politic. p. 189. B. Cratyl. p. 413. B., ubi item de sole: *τὸν ἥλιον μόνον διαΐοντα καὶ κάοντα ἐπιτροπεύειν τὰ ὄντα.*

D. *ἐπάρουρον ἐόντα —*] Sunt verba Achillis apud Homer. Odyss. XI. 489 sqq. cf. libr. III, 1. p. 386. C.

E. *εἰς τὸν αὐτὸν θᾶκον*] Thomas Mag. p. 430: *Θᾶκος Ἀττικόν, θρόνος Ἑλληνικόν, θῶκος δὲ ποιητικόν.* Promiscui usus apud Atticos fuisse *θᾶκος* et *θῶκος* docuit Lamb. Bos. Animadvers. in Script. Graec. p. 198. Cf. etiam intpp. Thomae M. l. c. Legitur *θᾶκος* etiam Politic. p. 288. A.

*ἀνάπλεως σχοίη*] Frustra Schneiderus defectum *ἂν* particulae excusat. Corrigendum opinor: *ἆρ' οὐ σκότους ἂν πλέως;*

*γνωματεύοντα διαμιλλᾶσθαι*] Scholiastes: *διακρίνοντα, διαγιγνώσκοντα ἀκριβῶς.* Totidem verbis glossa legitur apud Tim. Gloss. p. 72. Nec alia habet Etym. M. p. 236. 46., qui derivat *παρὰ τὸ γνώμη καὶ τὸ ματεύω τὸ ζητῶ.* Fallitur Schneiderus Lexic. s. h. v. ad *γνώμονα* respici putans. Mox *ἐν ᾧ* est quamdiu, ut libr. VI. p. 498 B. — *πρὶν καταστῆναι τὰ ὄμματα*, priusquam oculorum acies restituta sit.



ἅμα πορεύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων δὴ δυνατώτατα ἀπο-
μαντευομένῳ τὸ μέλλον ἥξειν, δοκεῖς ἂν αὐτὸν ἐπι-
θυμητικῶς αὐτῶν ἔχειν καὶ ζηλοῦν τοὺς παρ' ἐκεί-
νοις τιμωμένους τε καὶ ἐνδυναστεύοντας, ἢ τὸ τοῦ
Ὁμήρου ἂν πεπονθέναι καὶ σφόδρα βούλεσθαι ἐπά-
ρουρον ἐόντα θητευέμεν ἄλλῳ ἀνδρὶ παρ'
ἀκλήρῳ καὶ ὁτιοῦν ἂν πεπονθέναι μᾶλλον ἢ ἐκεῖνά
τε δοξάζειν καὶ ἐκείνως ζῆν; Οὕτως, ἔφη, ἔγωγε E
οἶμαι, πᾶν μᾶλλον πεπονθέναι ἂν δέξασθαι ἢ ζῆν
ἐκείνως. Καὶ τόδε δὴ ἐννόησον, ἦν δ' ἐγώ. εἰ πά-
λιν ὁ τοιοῦτος καταβὰς εἰς τὸν αὐτὸν θᾶκον καθί-
ζοιτο, ἆρ' οὐ σκότους ἀνάπλεως σχοίη τοὺς ὀφθαλ-
μοὺς ἐξαίφνης ἥκων ἐκ τοῦ ἡλίου; Καὶ μάλα γ',
ἔφη. Τὰς δὲ δὴ σκιὰς ἐκείνας πάλιν εἰ δέοι αὐτὸν
γνωματεύοντα διαμιλλᾶσθαι τοῖς ἀεὶ δεσμώταις ἐκεί-
νοις, ἐν ᾧ ἀμβλυώττοι, πρὶν καταστῆναι τὰ ὄμματα, 517
οὗτος δ' ὁ χρόνος μὴ πάνυ ὀλίγος εἴη τῆς συνηθείας,
ἆρ' οὐ γέλωτ' ἂν παράσχοι, καὶ λέγοιτο ἂν περὶ αὐ-
τοῦ, ὡς ἀναβὰς ἄνω διεφθαρμένος ἥκει τὰ ὄμματα,
καὶ ὅτι οὐκ ἄξιον οὐδὲ πειρᾶσθαι ἄνω ἰέναι; καὶ

τὸν ἐπιχειροῦντα λύειν τε καὶ ἀνάγειν, εἴ πως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι ἄν; Σφόδρα γ', ἔφη. Cap. III. Ταύτην τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὴν εἰκόνα, ὦ φίλε Γλαύκων, προςαπτέον
B ἅπασαν τοῖς ἔμπροσθεν λεγομένοις, τὴν μὲν δι' ὄψεως φαινομένην ἕδραν τῇ τοῦ δεσμωτηρίου οἰκήσει ἀφομοιοῦντα, τὸ δὲ τοῦ πυρὸς ἐν αὐτῇ φῶς τῇ τοῦ ἡλίου δυνάμει· τὴν δὲ ἄνω ἀνάβασιν καὶ θέαν τῶν ἄνω τὴν εἰς τὸν νοητὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἄνοδον τιθεὶς οὐχ ἁμαρτήσει τῆς γ' ἐμῆς ἐλπίδος, ἐπειδὴ ταύτης ἐπιθυμεῖς ἀκούειν. θεὸς δέ που οἶδεν, εἰ ἀληθὴς οὖσα τυγχάνει. τὰ δ' οὖν ἐμοὶ φαινόμενα οὕτω φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τοῦ ἀγα-

λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι ἄν;] Sic vulgo, nisi quod ἀποκτείνειν Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Ang. Vat r. Flor. β. praebuerunt pro vulg. ἀποκτιννύναι. Alii ἀποκτενεῖν, et deinde ἀποκτιννύναι αὖ. Astius legendum suspicatur: δύναιντο λαβεῖν, κἂν (i. e. καὶ ἂν) ἀποκτείνειαν; Σφόδρα γε. Et certe locus videtur corruptus esse. Astii coniecturae igitur ita locum concedendum putamus, ut scribatur: δύναιντο λαβεῖν, καὶ ἀποκτείνοιεν ἄν; Quo restituto patet ἆρ' οὐ ex praegressis esse assumendum.

Cap. III. B. οὐχ ἁμαρτήσει] V. οὐχ ἁμαρτήσεις. Vind.

P.517. εἴ πως ἐν ταῖς χερσὶ δύναιντο λαβεῖν] Non redundat ἐν, sed explicandum est per anticipationem illam, quam nuper viri docti certatim notarunt tanquam Graecis scriptoribus admodum familiarem. Etenim ἐν χερσί τινα λαμβάνειν est aliquem ita comprehendere, ut eum in manibus ac potestate tua teneas. Exempla collegerunt Hemsterhus. ad Lucian. T. II. p. 523. et intpp. ad Sophocl. Oed. R. v. 1112.

Cap. III. B. Ταύτην τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὴν εἰκόνα. Haec quoque memorat Porphyr. de Antro Nymph. p. 255. conf. ann. ad p. 514. A.

τὴν μὲν δι' ὄψεως — ἕδραν — ἀφομοιοῦντα] τὴν δι' ὄψεως φαινομένην ἕδραν intelligit mundi adspectabilis regionem, vel mundum adspectabilem, quem quod ἕδρας nomine insignivit, fecit hoc propter comparationem cum antro, in quo homines rerum veritatis expertes inclusi sedent. Participium ἀφομοιοῦντα positum, quia προςαπτέον idem est, quod προςάπτειν δεῖ. Constructionis genus frequens, de quo diximus ad Libr. III. p. 400. D. Criton. p. 49. D. Vult igitur antrum et ignem ibi flagrantem cum adspectabili rerum natura atque sole eam collustrante comparari; adscensum vinctorum autem atque spectationem rerum supernarum, qua potiuntur, comparat cum adscensu mentis et rationis in regiones mundi intelligibilis sive



θοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁρᾶσθαι, ὀφθεῖσα δὲ συλλογιστέα εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε C
καὶ καλῶν αἰτία, ἔν τε ὁρατῷ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον τεκοῦσα, ἔν τε νοητῷ αὐτὴ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξειν ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ. Ξυνοίομαι, ἔφη, καὶ ἐγώ, ὅν γε δὴ τρόπον δύναμαι. Ἴθι τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τόδε ξυνοιήθητι καὶ μὴ θαυμάσῃς, ὅτι οἱ ἐνταῦθα ἐλθόντες οὐκ ἐθέλουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων πράττειν, ἀλλ' ἄνω ἀεὶ ἐπείγονται αὐτῶν αἱ ψυχαὶ διατρίβειν· εἰκὸς γάρ που οὕ- D
τως, εἴπερ αὖ κατὰ τὴν προειρημένην εἰκόνα τοῦτ' ἔχει. Εἰκὸς μέντοι, ἔφη; Τί δέ; τόδε οἴει τι θαυ-

Mon. Flor. β. ἁμαρτήσῃ. Par. ADK. Ven. II. Ang. Vat. m. Par. a. c. x. α γ. ἁμαρτήσει. Forma ἁμαρτήσω soloeca est.

C. ἔν τε νοητῷ αὐτή] V. ἔν τε τῷ ν. Recte τῷ om. Par. ADK. Vat Θ. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. Pro vulg. αὕτη recte Vat. Θ. Par. DK. Mon. Ang. Flor. αὐτή, quod etiam restituit Bekker.

Ἴθι τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ] Sic libri optimi atque plurimi pro vulg. Ἴθι δὴ τοίνυν.

D. τοῦτ' ἔχει] τοῦτ' Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. γ. Vulgo ταῦτ' ἔχει.

ad ideas. Res a Platonicis recentioribus multum celebrata.

οὐχ ἁμαρτήσει τῆς γε ἐμῆς ἐλπίδος] H. e a mea opinione; s. ab eo, quod ego verum esse confido. Nam ἐλπίς et ἐλπίζειν saepe omnino dicitur de opinione vel mali vel boni deque existimatione in utramque partem. ut De Rep. V. p. 451. A. VIII. p. 572. E. Legg. X. p. 898. D. Sophocl. Aiac. v. 799. τήνδ' ἔξοδον ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζειν φέρει, ubi Schol. interpretatur νομίζειν. Id. Trachin. v. 293 sq. ἐλπίζειν κακά. ubi v. intpp.

ἐν τῷ γνωστῷ — ὁρᾶσθαι κ. τ. λ.] Pendent haec a praecedenti φαίνεται atque voci οὕτως illustrandae inserviunt. Quocirca καὶ μόγις est: atque aegre. Videtur mihi, inquit, in ordine intelligibili Boni idea suprema et vix conspici, conspecta autem si fuerit, colligendum esse omnibus omnium hanc esse rectarum et pulcrarum rerum caussam, quum et in loco adspectabili lumen creaverit atque luminis auctorem; et in intelligibili regnet ipsa atque veritatem et mentem protulerit. De idea Boni eiusque vi et potestate v. ann. ad Libr. VI. p. 508. E. Deinde structura mutatur illato ὅτι cum verbo finito.

C. ἀλλ' ἄνω ἀεὶ ἐπείγονται — διατρίβειν] sed animi eorum semper ad superiora contendunt, ut

μαστόν, εἰ ἀπὸ θείων, ἦν δ' ἐγώ, θεωριῶν ἐπὶ τὰ
ἀνθρώπειά τις ἐλθὼν κακὰ ἀσχημονεῖ τε καὶ φαί-
νεται σφόδρα γελοῖος ἔτι ἀμβλυώττων καὶ πρὶν ἱκα-
νῶς συνήθης γενέσθαι τῷ παρόντι σκότῳ ἀναγκα-
ζόμενος ἐν δικαστηρίοις ἢ ἄλλοθί που ἀγωνίζεσθαι
περὶ τῶν τοῦ δικαίου σκιῶν ἢ ἀγαλμάτων ὧν αἱ
E σκιαί, καὶ διαμιλλᾶσθαι περὶ τούτου, ὅπῃ ποτὲ ὑπο-
λαμβάνεται ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτὴν δικαιοσύνην μὴ
πώποτε ἰδόντων; Οὐδ' ὁπωςτιοῦν θαυμαστόν, ἔφη.
518 Ἀλλ' εἰ νοῦν γε ἔχοι τις, ἦν δ' ἐγώ, μέμνῃτ' ἄν,
ὅτι διτταὶ καὶ ἀπὸ διττῶν γίγνονται ἐπιταράξεις ὄμ-
μασιν, ἔκ τε φωτὸς εἰς σκότος μεθισταμένων καὶ ἐκ
σκότους εἰς φῶς. ταὐτὰ δὲ ταῦτα νομίσας γίγνεσθαι
καὶ περὶ ψυχήν, ὁπότε ἴδοι θορυβουμένην τινὰ καὶ
ἀδυνατοῦσάν τι καθορᾶν, οὐκ ἂν ἀλογίστως γελῴη,
ἀλλ' ἐπισκοποίη ἄν, πότερον ἐκ φανοτέρου βίου
ἥκουσα ὑπὸ ἀηθείας ἐσκότωται ἢ ἐξ ἀμαθίας πλείο-

P. 518. *μέμνῃτ' ἄν, ὅτι δ.*] V. *μεμνῇτ' ἄν.* Vat. Θ. Ven. Π. Par. DK. Vat. m. r. *μέμνητ' ἄν.* Flor. α. *μέμνοιτ'.* Itaque retraxi accentum cum Buttmanno Gr. Ampl. T. 1. p. 442. Mox Stephanus *σκότου* de suo dedit. Deinde pro *γίγνονται* vett. editt. *γίγνοιντ' ἄν* contra fidem plurimorum optimorumque librorum.

*νομίσας γίγνεσθαι*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. Π. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. et pr. Ven. Ξ. Vulgo post *νομίσας* insertum erat *τις.* Mox vett. editt. *ἐπισκοποῖ*, quod e Vat.

ibi commorentur. De *ἐνταῦθα*, i. e. *εἰς τὸ νοητὸν ἐλθόντες* v. ad Phileb. p. 75. A.

D. *καὶ φαίνεται σφόδρα γελοῖος*] Spectant haec ad opprobrium illud, philosophis saepenumero obiectum, quod breviter libr. VI. p. 488 sq. tetigit; in Gorgia p. 484. C. sq. et Theaetet. p. 173. A. 174 sqq. pulcherrime exornavit. conf. etiam Phaedr. p. 249. D.

E. *αὐτὴν δικαιοσύνην*] Ne quis malit *αὐτὴν τὴν δικαιοσύνην*, v. ann. ad Parmen. p. 150. A. B.

P. 518. *μέμνῃτ' ἄν, ὅτι*] De forma *μέμνῃτο* v. Buttmann. Gr. Ampl. T. 1. p. 442. coll. Matth. Gr. §. 204. Praeterea observabis etiam declinationis varietatem in nomine *σκότος* conspicuam. Hic enim et p. 516. E. *σκότους* legitur. Libr. V. p. 461. A. legebatur *σκότου*. Libr. VI. p. 508. D. erat *τῷ σκότῳ*. Alia huius varietatis exempla dabit Heindorf. ad Phaedon. p. 187. §. 110. coll. Valcken. ad Phoeniss. v. 380. — Participium *μεθισταμένων*, etsi *ὄμμασιν* praecessit, in genitivo absoluto positum. Libr. VIII. p. 497. A: *τάχα δ' ἂν ἡμῖν τις παραστὰς ἀνὴρ — λοιδορήσειεν ἂν ὡς ἀνόητα καὶ ἀδύνατα τιθέντων.* Libr. IX. p. 586. E. Ibid. p. 590. B. cf. Viger.



νος εἰς φανότερον ἰοῦσα ὑπὸ λαμπροτέρου μαρμαρυ- B
γῆς ἐμπέπλησται, καὶ οὕτω δὴ τὴν μὲν εὐδαιμονί-
σειεν ἂν τοῦ πάθους τε καὶ βίου, τὴν δὲ ἐλεήσειεν,
καὶ εἰ γελᾶν ἐπ' αὐτῇ βούλοιτο, ἧττον ἂν καταγέ-
λαστος ὁ γέλως αὐτῷ εἴη ἢ ὁ ἐπὶ τῇ ἄνωθεν ἐκ
φωτὸς ἡκούσῃ. Καὶ μάλα, ἔφη, μετρίως λέγεις.
Cap. IV. Δεῖ δή, εἶπον, ἡμᾶς τοιόνδε νομίσαι περὶ
αὐτῶν, εἰ ταῦτ' ἀληθῆ, τὴν παιδείαν, οὐχ οἵαν τι-
νὲς ἐπαγγελλόμενοί φασιν εἶναι, τοιαύτην καὶ εἶναι·
φασὶ δέ που οὐκ ἐνούσης ἐν τῇ ψυχῇ ἐπιστήμης C
σφεῖς ἐντιθέναι, οἷον τυφλοῖς ὀφθαλμοῖς ὄψιν ἐν-
τιθέντες. Φασὶ γὰρ οὖν, ἔφη. Ὁ δέ γε νῦν λόγος,
ἦν δ' ἐγώ, σημαίνει ταύτην τὴν ἐνοῦσαν ἑκάστου
δύναμιν ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ ὄργανον, ᾧ καταμαν-
θάνει ἕκαστος, οἷον εἰ ὄμμα μὴ δυνατὸν ἦν ἄλλως
ἢ ξὺν ὅλῳ τῷ σώματι στρέφειν πρὸς τὸ φανὸν ἐκ τοῦ
σκοτώδους, οὕτω ξὺν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐκ τοῦ γιγνομέ-

Θ. Ven. Ξ. Vat. r. Flor. α. mutavi. Pro *γελῴη* autem hic non magis cum Par. A. Vind. Vat. m. scribam *γελῷ*, quam supra p. 516. A. *καθορῷ* pro *καθορῴη*, ubi v. ann.

*ὑπὸ ἀηθείας*] Sic Bas. 2. cum Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. γ. x. et corr. Ven. Π. In Ald. et Steph. legitur *ὑπὸ ἀμαθίας.* Vat. Θ. r. *ἀληθείας*, quo firmatur receptae lectionis fides.

Idiotism. p. 346. Matth. Gr. §. 561.

B. *ὑπὸ λαμπροτέρου μαρμαρυγῆς*] Cave *λαμπροτέρου* pro *λαμπροτέρας* dictum putes.

Cap. IV. *τοιαύτην καὶ εἶναι*] Ita *καί* post demonstrativa sexcenties infertur in comparatione. v. Heindorf. ad Cratyl. §. 3.

C. *φασὶ δέ που οὐκ ἐνούσης —*] Theseus apud Euripidem Hippolyt. v. 917: *ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες ἄνθρωποι μάτην, τί δὴ τέχνας μὲν μυρίας διδάσκετε, καὶ πάντα μηχανᾶσθε κἀξευρίσκετε, ἓν δ' οὐκ ἐπίστασθ' οὐδ' ἐθηράσασθέ πω, φρονεῖν διδάσκειν, οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς;* Pindar. Olymp. IX, 152 sqq.: *Τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν. πολλοὶ δὲ διδακταῖς ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος ὤρουσαν ἑλέσθαι. ἄνευ δὲ θεοῦ σεσιγαμένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆμ' ἕκαστον.* Id. Olymp. II, 155: *Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ.*

*Ὁ δέ γε λόγος —*] Iunge: *ὁ δέ γε λόγος σημαίνει οὕτω περιακτέον εἶναι ταύτην τὴν ἐνοῦσαν ἑκάστου δύναμιν ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ ὄργανον, ᾧ καταμανθάνει ἕκαστος, ξὺν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐκ τοῦ γιγνομένου* (i. e. rebus sensibus subiectis), *οἷον εἰ μὴ δυνατὸν ἦν ὄμμα στρέφειν πρὸς τὸ φανὸν ἐκ τοῦ σκοτώδους ἄλλως*

νου περιακτέον εἶναι, ἕως ἂν εἰς τὸ ὂν καὶ τοῦ ὄν-
τος τὸ φανότατον δυνατὴ γένηται ἀνασχέσθαι θεω-
D μένη. τοῦτο δ' εἶναί φαμεν τἀγαθόν. ἦ γάρ; Ναί.
Τούτου τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, αὐτοῦ τέχνη ἂν εἴη, τῆς
περιαγωγῆς, τίνα τρόπον ὡς ῥᾷστά τε καὶ ἀνυσιμώ-
τατα μεταστραφήσεται, οὐ τοῦ ἐμποιῆσαι αὐτῷ τὸ
ὁρᾶν, ἀλλ' ὡς ἔχοντι μὲν αὐτό, οὐκ ὀρθῶς δὲ τε-
τραμμένῳ, οὐδὲ βλέποντι οἷ ἔδει, τοῦτο διαμηχανή-
σασθαι. Ἔοικε γάρ, ἔφη. Αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι
ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶ-
ναι τῶν τοῦ σώματος· τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἐνοῦσαι πρό-
E τερον ὕστερον ἐμποιεῖσθαι ἔθεσί τε καὶ ἀσκήσεσιν· ἡ
δὲ τοῦ φρονῆσαι παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγ-

Cap. IV. C. *τὸ φανότατον δ.*] V. *φανώτατον*, frequenti errore. Codd. meliora monstrarunt.

D. *Τούτου τοίνυν — αὐτοῦ*] V. *τοῦτό*, quod bene correxit Astius, cuius rationem confirmant Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Mon. Vind. Par. DK. Ang. Vat. m. et sex Florentini. Mox cod. Iamblichi Cizens. *τοῦτο δὴ μηχανήσασθαι*, quod Astius ex uno cod. Mon. 490. recepit.

E. *χρήσιμόν τε καὶ*] *τε* om. Par. AD. Ven. II. et Turr.

P. 519. *διορᾷ ταῦτα, ἐφ' ἃ τρ.*] V. *πάντα* ex Par. ADK. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Mon. Vat. m. r. et sex Flor. mutatum.

*ἢ ξὺν ὅλῳ τῷ σώματι.* Genitivus *ἑκάστου*, quem Astius ex Iamblicho mutavit in *ἑκάστῳ*, nomini ita praemittitur, ut simul vim et potestatem habeat dativi commodi. Phaedon. p. 117. A: *ἕως ἄν σου βάρος ἐν τοῖς σκέλεσι γένηται.* conf. Buttmann. Gr. §. 120. 4. qui rem frustra obloquente Schneidero verissime dispexit.

D. *Τούτου τοίνυν —*] Hoc *τῆς περιαγωγῆς* pronomini *τούτου αὐτοῦ* per epexegesin additum est, de qua loquendi forma v. ad Gorg. p. 483. A. Protagor. p. 313. A. Fallitur Astius pronomen referens ad *τοῦ ὀργάνου τῆς ψυχῆς*. Deinde *ἀλλὰ — τοῦτο διαμηχανήσασθαι* sic explicandum: *ἀλλὰ τοῦ (αὐτῷ) ὡς ἔχοντι μὲν αὐτό, οὐκ ὀρθῶς δὲ τετραμμένῳ οὐδὲ βλέποντι οἷ ἔδει διαμηχανήσασθαι τοῦτο*, sc. *ὥστε ὀρθῶς τρέπεσθαι καὶ βλέπειν οἷ δεῖ.*

*Αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταί*] In his *τοίνυν* non est *συλλογιστικόν*, sed *μεταβατικόν*, significatque iam vero, porro. v. Schaefer. ad Demosth. T. I. p. 222.

*τῷ ὄντι γὰρ οὐκ — ἀσκήσεσιν*] Parenthesis ita interposita, ut e verbo primarii enuntiati *κινδυνεύουσιν* pendeat. Infra p. 529. B: *ἐπιστήμην γὰρ οὐδὲν ἔχειν τῶν τοιούτων.* Similiter Sympos. p. 189. C. Neque aliter Latini. Cicero Epistol. ad Div. IX, 19. in. Nescis me ab illo omnia expiscatum: recta enim a porta domum meam venisse; ubi frustra eum corrigunt.



χάνει, ὡς ἔοικεν, οὖσα, ὃ τὴν μὲν δύναμιν οὐδέποτε
ἀπόλλυσιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιαγωγῆς χρήσιμόν τε καὶ
ὠφέλιμον καὶ ἄχρηστον αὖ καὶ βλαβερὸν γίγνεται. ἢ 519
οὔπω ἐννενόηκας, τῶν λεγομένων πονηρῶν μέν, σο-
φῶν δέ, ὡς δριμὺ μὲν βλέπει τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως
διορᾷ ταῦτα, ἐφ' ἃ τέτραπται, ὡς οὐ φαύλην ἔχον
τὴν ὄψιν, κακίᾳ δ' ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν, ὥςτε
ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, τοσούτῳ πλείω κακὰ ἐργα-
ζόμενον; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τοῦτο μέντοι, ἦν
δ' ἐγώ, τὸ τῆς τοιαύτης φύσεως εἰ ἐκ παιδὸς εὐθὺς
κοπτόμενον περιεκόπη τὰ τῆς γενέσεως ξυγγενῆ ὥς-
περ μολυβδίδας, αἳ δὴ ἐδωδαῖς τε καὶ τοιούτων ἡδο- B
ναῖς τε καὶ λιχνείαις προςφυεῖς γιγνόμεναι περὶ τὰ

*ὥςτε ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ*] *ὥςτε* ante *ὅσῳ* interpositum delendum censuit Ast. Omittunt Angel. Flor. α. x. Sed recte defendit Klotz. Quaest. Critt. p. 5 sqq. v. explicat.

*τὰ τῆς γενέσεως ξυγγενῆ*] *τὰς — ξυγγενεῖς* Par. A. ex rec. collat. quod nuper Turr. ediderunt.

*ὥςπερ μολυβδίδας*] Vat. Θ. Mon. *μολιβδίδας*. v. Etymol. M. p. 590. 8. Zonar. T. II. p. 1366. Eustath. ad Iliad. p. 1340. 13. Iacobs. ad Antholog. Palat. p. 137. Iacob. ad Lucian. Alexandr. p. 52., qui receptam probant scripturam.

P. 519. *τῶν λεγομένων πονηρῶν μέν, σοφῶν δέ*] eorum, qui quum improbi audiant, tamen sollertes et callidi dicuntur. Nam *σοφοί* nunc intelligi debent qui vulgo vocantur pfiffig, gescheidt. Perperam Iahn. Praef. ad edit. Turic. noviss. p. 9. *πονηρῶν μὲν οὔ, σοφῶν δέ* legendum esse contendit.

*ὡς δριμὺ μὲν βλέπει*] Recte observavit Casaubon. ad Marc. Antonin. p. 400. ed. Gat. *δριμύ* de acumine sive ingenii acie capiendum esse. Proxima sic cohaerent: *ὡς ἔχον τὴν ὄψιν οὐ φαύλην, ἐργαζόμενον δὲ τοσούτῳ πλείω κακά, ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν κακίᾳ.*

*ὥςτε ὅσῳ ἂν ὀξύτερον — ἐργαζόμενον;*] Habes *ὥςτε* sequente participio, quum expectares infinitivum *ἐργάζεσθαι*. Sed cave quidquam sollicites. Participium enim post *ὥςτε* positum est per attractionem quandam propter praegressa, ut efficeretur membrorum aequabilitas. Exempla rei bene multa atque indubia collegerunt Klotz. ad Devarium De Particul. Vol. II. p. 774 sq. Schömann. ad Isaeum p. 416. Baiter. ad Isocrat. Panegyr. p. 43 conf. nostra ad Timaeum p. 56. B. C. et Rost. gr. Gr. §. 122. 9. animadv. 4. c. p. 654. ed. VII.

*περιεκόπη τὰ τῆς γενέσεως ξυγγενῆ*] Haec atque talis natura si statim a pueritia ab iis purgata ac circumcisa esset, quae ortui (humanae naturae adhaerent tanquam a mas-

κάτω στρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν· ὧν εἰ ἀπαλλαγὲν περιεστρέφετο εἰς τἀληθῆ, καὶ ἐκεῖνα ἂν τὸ αὐτὸ τοῦτο τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων ὀξύτατα ἑώρα, ὥςπερ καὶ ἐφ' ἃ νῦν τέτραπται. Εἰκός γε, ἔφη. Τί δαί; τόδε οὐκ εἰκός, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἀνάγκη ἐκ τῶν προειρημένων, μήτε τοὺς ἀπαιδεύτους καὶ ἀληθείας ἀπείρους ἱκανῶς ἄν ποτε πόλιν ἐπιτροπεῦσαι,
C μήτε τοὺς ἐν παιδείᾳ ἐωμένους διατρίβειν διὰ τέλους, τοὺς μὲν ὅτι σκοπὸν ἐν τῷ βίῳ οὐκ ἔχουσιν ἕνα, οὗ στοχαζομένους δεῖ ἅπαντα πράττειν, ἃ ἂν πράττωσιν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, τοὺς δὲ ὅτι ἑκόντες εἶναι οὐ πράξουσιν ἡγούμενοι ἐν μακάρων νήσοις ζῶντες ἔτι ἀπῳκίσθαι; Ἀληθῆ, ἔφη. Ἡμέτερον δὴ ἔργον, ἦν δ' ἐγώ, τῶν οἰκιστῶν τάς τε βελτίστας φύσεις

B. *περὶ τὰ κάτω*] *τὰ* om. Par. A. Vind. Vat. m. Ven. II. et pr. Ξ. Hermann. deletis verbis *περὶ τὰ* de suo edidit: *κάτω στρέφουσιν*. iusto audacius.

*καὶ τοιούτων ἡδοναῖς*] V. *καὶ τῶν τ.* Omittunt articulum Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Vat. m. r. Flor. a. c. α. β. γ.

*ὥσπερ καὶ ἐφ' ἃ νῦν*] *καί* om. Ang. Flor. x. Male. Mox pro *Τί δέ;* ex Par. A. restitui *Τί δαι;* Progreditur enim ad aliam disputationis partem.

C. *Ἡμέτερον δὴ ἔργον*] Laudat Clem. Alex. Strom. IV. 4. p. 480. ed. Sylb. T. I. p. 570. Pott.

*ὃ ἐν τῷ πρόσθεν*] V. *ἔμπροσθεν*, contra fidem optimorum librorum.

sis plumbeis, — si, inquam, ab istis liberata ad vera converteretur, illa quoque eadem haec eorundem hominum vis acutissime cerneret, quemadmodum ea, ad quae nunc conversa est. Plura hic notatu digna. Primum observetur pronomen relativum *αἵ* non ad primariam notionem *τὰ τῆς γενέσεως ξυγγενῆ* referri, sed ad nomen comparationis caussa adiectum: in qua ratione similis vel potius eadem inest constructionis attractio, quam ad libr. VI. p. 485. D. tetigimus. Deinde animadvertatur anacoluthon. Protasi enim absoluta pergere poterat: *καὶ ἐκεῖνα ἂν τὸ αὐτὸ τοῦτο κ. τ. λ.* Nunc superiora repetens praemisso relativo pronomine interposuit haec: *ὧν εἰ ἀπαλλαγὲν περιεστρέφετο εἰς τἀληθῆ.* Porro tenendum inde ab *καὶ ἐκεῖνα ἂν τὸ αὐτὸ κ. τ. λ.* ordiri apodosin; ut facile appareat temerario consilio post *εἰς τἀληθῆ* interpunctionem in ceteris editt. omissam esse. Etenim *καί* in comparatione ita geminari solet; v. ad Apolog. Socr. p. 22. D. Gorg. p. 457. E. Denique *τὸ αὐτὸ τοῦτο* est eadem haec vis illorum hominum, qui nunc



ἀναγκάσαι ἀφικέσθαι πρὸς τὸ μάθημα, ὃ ἐν τῷ πρόσθεν ἔφαμεν εἶναι μέγιστον, ἰδεῖν τε τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀναβῆναι ἐκείνην τὴν ἀνάβασιν, καὶ ἐπειδὰν D
ἀναβάντες ἱκανῶς ἴδωσι, μὴ ἐπιτρέπειν αὐτοῖς ὃ νῦν ἐπιτρέπεται. Τὸ ποῖον δή; Τὸ αὐτοῦ, ἦν δ' ἐγώ, καταμένειν καὶ μὴ ἐθέλειν πάλιν καταβαίνειν παρ' ἐκείνους τοὺς δεσμώτας μηδὲ μετέχειν τῶν παρ' ἐκείνοις πόνων τε καὶ τιμῶν, εἴτε φαυλότεραι εἴτε σπουδαιότεραι. Ἔπειτ', ἔφη, ἀδικήσομεν αὐτούς, καὶ ποιήσομεν χεῖρον ζῆν, δυνατὸν αὐτοῖς ὂν ἄμεινον; Cap. V. Ἐπελάθου, ἦν δ' ἐγώ, πάλιν, ὦ φίλε, ὅτι νο- E
μοθέτῃ οὐ τοῦτο μέλει, ὅπως ἕν τι γένος ἐν πόλει διαφερόντως εὖ πράξει, ἀλλ' ἐν ὅλῃ τῇ πόλει τοῦτο μηχανᾶται ἐγγενέσθαι, ξυναρμόττων τοὺς πολίτας

D. *δυνατὸν αὐτοῖς ὄν*] Accessit *ὄν* ex Paris. A. Angel. Flor. x. et rec. Ven. II. In Vind. et Vat. m. Flor. α. γ. a. c. post *ἄμεινον* collocatur. Addendum censuit Hermann. ad Viger. p. 741. conf. Matth. Gr. Ampl. p. 1112. et Buttmann. Gr. §. 145. annot. 7., qui omitti posse censet. Post *ζῆν* in marg. Flor. β. et in ipso verborum ordine libri Monac. adduntur verba: *σύ, ἦν δ' ἐγώ, ἔοικας ἐπιλελῆσθαι ὃ πολλάκις ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔφαμεν, ὅτι ἀνδρὶ νομοθέτῃ οὐ δυνατὸν τοῦτο μέλειν, ὅπως κ. τ. λ.*

Cap. V. E. *νομοθέτῃ οὐ τοῦτο μέλει*] *νόμῳ* pro *νομοθέτῃ* Par. A. Ven. ΞII. Vind. Ang. Vat. m. quod Turr. ediderunt cum Schneidero et Herm. Iidem pro *τούτου* ex Par. AD. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Ang. Vat. m. pro *τούτου* scripserunt *τοῦτο*, quod nobis quoque placet.

pravi facti sunt. Ceterum universum locum ob oculos habuit Clem. Al. Strom. IV. 4. 480. ed. Sylb. T. I. p. 570. Pott.

C. *μήτε τοὺς ἐν παιδείᾳ*] h. e. *φιλοσοφίᾳ*.

*ἑκόντες εἶναι*] quantum sua sponte faciant; v. libr. VI. p. 485. C. p. 506. E. Hermann. ad Viger. p. 888. De insulis beatorum v. annot. ad Gorg. p. 523. B.

D. *παρ' ἐκείνους τοὺς δεσμώτας*] Intelligit ceteros reipublicae cives a philosophia alienos, quos ita vocat propter imaginem illam, qua usus est in libri principio.

*Ἔπειτ', ἔφη, ἀδικήσομεν*] Hoc *ἔπειτα* interrogantis admirationem indicat. v. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. v. 549. Hippolyt. v. 1415.

Cap. V. E. *οὐ τοῦτο μέλει*] Sic libri meliores pro *οὐ τούτου μ.* quod sane usitatius. Sed nec nominativi usus Atticis ignotus est. Phaedon. p. 95. B. *ταῦτα θεῷ μελήσει.* Tim. p. 24. B.

*τοῦτο μηχανᾶται ἐγγ.*] sc. *τὸ εὖ πράττειν.* Mox *τὸ κοινόν* substantive accipiendum, ut intelligatur res communis, ut Protagor. p. 319. D. Criton. p. 50. A. al.

πειθοῖ τε καὶ ἀνάγκῃ, ποιῶν μεταδιδόναι ἀλλήλοις
τῆς ὠφελείας, ἣν ἂν ἕκαστοι τὸ κοινὸν δυνατοὶ ὦσιν
520 ὠφελεῖν, καὶ αὐτὸς ἐμποιῶν τοιούτους ἄνδρας ἐν τῇ
πόλει, οὐχ ἵνα ἀφιῇ τρέπεσθαι ὅπῃ ἕκαστος βούλε-
ται, ἀλλ' ἵνα καταχρῆται αὐτὸς αὐτοῖς ἐπὶ τὸν ξύν-
δεσμον τῆς πόλεως. Ἀληθῆ, ἔφη· ἐπελαθόμην γάρ.
Σκέψαι τοίνυν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ὅτι οὐδ' ἀδική-
σομεν τοὺς παρ' ἡμῖν φιλοσόφους γιγνομένους, ἀλλὰ
δίκαια πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν, προσαναγκάζοντες τῶν
ἄλλων ἐπιμελεῖσθαί τε καὶ φυλάττειν. ἐροῦμεν γάρ,
B ὅτι οἱ μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τοιοῦτοι γιγνόμε-
νοι εἰκότως οὐ μετέχουσι τῶν ἐν αὐταῖς πόνων· αὐ-
τόματοι γὰρ ἐμφύονται ἀκούσης τῆς ἐν ἑκάστῃ πολι-
τείας, δίκην δ' ἔχει τό γε αὐτοφυὲς μηδενὶ τροφὴν
ὀφεῖλον μηδ' ἐκτίνειν τῳ προθυμεῖσθαι τὰ τροφεῖα·
ὑμᾶς δ' ἡμεῖς ὑμῖν τε αὐτοῖς τῇ τε ἄλλῃ πόλει ὥς-
περ ἐν σμήνεσιν ἡγεμόνας τε καὶ βασιλέας ἐγεννήσα-

P. 520. *ὅπῃ ἕκαστος βούλεται*] V. *βούληται*, soloece et contra codicum testimonia.

*τοὺς παρ' ἡμῖν φιλοσόφους γιγνομένους*] Sic Par. AK. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. et sex Florentini. Vulgo *γιγνομένους φιλοσόφους*. In edit. Bekk. *γιγνομένους* excidit errore.

*ἐροῦμεν γάρ, ὅτι*] Vett. editt. praeter Bas. 2. *δέ* pro *γάρ* exhibent, quibuscum solus Vat. r. consentit.

P. 520. *τοὺς παρ' ἡμῖν φιλοσόφους γιγνομένους*] eos, qui apud nos exsistant philosophi.

B. *αὐτόματοι γὰρ ἐμφύονται* —] Sponte enim succrescunt invita cuiusque administratione. In his *πολιτεία*, ut Lat. civitas, est die Staatsverfassung. Mox *ἐκτίνειν τὰ τροφεῖα* est educationis mercedem persolvere. Dictionem illustravit Valcken. ad Phoeniss. v. 44. Isocrates Archidam. p. 65. ed. Battie. *παρακαλέσαντες οὖν ἀλλήλους ἀποδῶμεν τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι.* Recte Stephanus locum sic interpretatur: Aequum est autem, ut, quod per se natum est, quum nulli nutritionem debeat, nulli mercedem nutritionis velit solvere.

*ὥσπερ ἐν σμήνεσιν ἡγεμόνας*] Xenoph. Cyrop. V. 1. 23: *βασιλεὺς μὲν γὰρ ἔμοιγε δοκεῖς σὺ φύσει πεφυκέναι οὐδὲν ἧττον ἢ ὁ ἐν τῷ σμήνει φυόμενος τῶν μελιττῶν ἡγεμών κ. τ. λ.*, quae iam Dorvill. ad Charit. p. 306. cum hoc loco comparavit. Addidit Astius locum Themist. Orat. II. p. 36 A., ubi Platonis verba imitatione expressa sunt. — *ἐκείνων* quam illi, qui alibi *αὐτόματοι φύονται.*



μεν, ἄμεινόν τε καὶ τελεώτερον ἐκείνων πεπαιδευμέ-
νους καὶ μᾶλλον δυνατοὺς ἀμφοτέρων μετέχειν. κα- C
ταβατέον οὖν ἐν μέρει ἑκάστῳ εἰς τὴν τῶν ἄλλων
ξυνοίκησιν καὶ ξυνεθιστέον τὰ σκοτεινὰ θεάσασθαι·
ξυνεθιζόμενοι γὰρ μυρίῳ βέλτιον ὄψεσθε τῶν ἐκεῖ
καὶ γνώσεσθε ἕκαστα τὰ εἴδωλα, ἅττα ἐστὶ καὶ ὧν,
διὰ τὸ τἀληθῆ ἑωρακέναι καλῶν τε καὶ δικαίων καὶ
ἀγαθῶν πέρι. καὶ οὕτως ὕπαρ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ἡ πό-
λις οἰκήσεται, ἀλλ' οὐκ ὄναρ, ὡς νῦν αἱ πολλαὶ
ὑπὸ σκιαμαχούντων τε πρὸς ἀλλήλους καὶ στασιαζόν-
των περὶ τοῦ ἄρχειν οἰκοῦνται, ὡς μεγάλου τινὸς D
ἀγαθοῦ ὄντος. τὸ δέ που ἀληθὲς ὧδ' ἔχει· ἐν πόλει
ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρξειν, ταύ-
την ἄριστα καὶ ἀστασιαστότατα ἀνάγκη οἰκεῖσθαι,
τὴν δ' ἐναντίους ἄρχοντας σχοῦσαν ἐναντίως. Πάνυ
μὲν οὖν, ἔφη. Ἀπειθήσουσιν οὖν ἡμῖν, οἴει, οἱ
τρόφιμοι ταῦτ' ἀκούοντες, καὶ οὐκ ἐθελήσουσι ξυμ-

C. *ἐν μέρει ἑκάστῳ*] V. *ἕκαστον*. Quod etsi linguae legibus non adversatur, tamen codicum Par. ADK. Vat. Θ. m. r. Ven. II. Vind. Mon. Flor. *α. β. γ.* hoc tribuendum fuit, ut dativum praeferremus. De accusativo cum verbalibus iuncto v. III. 11.

*μυρίῳ βέλτιον*] Post *βέλτιον* vett. editt. addunt *τε*. Sed recte illud omittunt Par. AD. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Vat. m. r. Flor. *α. β. γ.* a. Deleverunt iam Ast. et Bekk.

*ἀμφοτέρων μετέχειν*] et publicorum negotiorum et philosophiae.

D. *ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρ.*] h. e. *ἐν ᾗ ἥκ.* sollemni praepositionis omissione, quam illustraverunt praeter Schaeferum ad Dionys. de Compos. Verbor. p. 325 ad Sophocl. Oed. Col. v. 479. alii multi, quos laudavimus ad Apolog. Socrat. p. 27. D. Praeterea vero adverte hoc genus attractionis inversae, quam vocant grammatici nostri. Nam proprie dicendum fuit: *πόλιν ἐν ᾗ ἥκιστα — ταύτην ἄριστα — οἰκεῖσθαι.* Sophocl. Oed. R. v. 449: *τὸν ἄνδρα τοῦτον ὃν πάλαι ζητεῖς — οὗτός ἐστιν ἐνθάδε.* Plat. Legg. V. p. 740. D: *πάντων τούτων ἀρχὴν ἣν ἂν θώμεθα μεγίστην —, αὕτη — πορίζέτω μηχανήν.* De Rep. VI. p. 511. E: *αὐτὰ ταῦτα ἃ πλάττουσι — τούτοις μὲν ὡς εἰκόσιν αὖ χρώμενοι κ. τ. λ.* Demosthen. pro Coron. p. 204. Bkk.: *ἑτέρῳ δὲ ὅτῳ κακόν τι δώσομεν ζητεῖν.* In talibus locis ante relativa interstinguitur more plane perverso.

*Ἀπειθήσουσιν οὖν ἡμῖν, οἴει, οἱ τρόφιμοι*] De *οἴει* reliquae orationi per parenthesin interposito v. ad libr. VI. p. 486. C.

πονεῖν ἐν τῇ πόλει ἕκαστοι ἐν μέρει, τὸν δὲ πολὺν χρόνον μετ' ἀλλήλων οἰκεῖν ἐν τῷ καθαρῷ; Ἀδύ-
E νατον, ἔφη· δίκαια γὰρ δὴ δικαίοις ἐπιτάξομεν. παντὸς μὴν μᾶλλον ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον αὐτῶν ἕκαστος εἶσι τὸ ἄρχειν, τοὐναντίον τῶν νῦν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἀρχόντων. Οὕτω γὰρ ἔχει, ἦν δ' ἐγώ, ὦ ἑταῖρε·
521 εἰ μὲν βίον ἐξευρήσεις ἀμείνω τοῦ ἄρχειν τοῖς μέλλουσιν ἄρξειν, ἔστι σοι δυνατὴ γενέσθαι πόλις εὖ οἰκουμένη· ἐν μόνῃ γὰρ αὐτῇ ἄρξουσιν οἱ τῷ ὄντι πλούσιοι, οὐ χρυσίου, ἀλλ' οὗ δεῖ τὸν εὐδαίμονα πλουτεῖν, ζωῆς ἀγαθῆς τε καὶ ἔμφρονος· εἰ δὲ πτωχοὶ καὶ πεινῶντες ἀγαθῶν ἰδίων ἐπὶ τὰ δημόσια ἴασιν, ἐντεῦθεν οἰόμενοι τἀγαθὸν δεῖν ἁρπάζειν, οὐκ ἔστι· περιμάχητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον, οἰκεῖος

E. *ἕκαστος εἶσι τὸ ἄρχειν*] Par. D. Mon. Flor. β. *ἑκάστῳ εἰς τὸ ἄρχειν.* Benedictus coniecit *εἶσι εἰς τὸ ἄρχειν.* sed v. annot.

P. 521. B. *ἢ οἳ περὶ τούτων φρονιμ.*] V. *ἢ οἵπερ τούτων*, quod ex Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ. emendatum. Post *τούτων* vulgo insertum erat

*οἰκεῖν ἐν τῷ καθαρῷ*] „in aperto, sub divo, in loco vacuo. Sic iam Hom. Il. VIII, 491. X, 199. XXIII, 61. Hinc Phaedr. c. 16: *ἐν ἡλίῳ καθαρῷ*, ubi v. not. p. 262. Opponitur vero hoc praegressis: *καταβατέον εἰς τὴν τῶν ἄλλων ξυνοίκησιν.*“ Astius. Cogitandum potius de *τῷ καθαρῷ* mundi idearum, ut ita dicam.

E. *παντὸς μὴν μᾶλλον ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον*] h. e. *παντὸς μὴν μᾶλλον ἕκαστος αὐτῶν εἶσι ἐπὶ τὸ ἄρχειν ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον.* Libr. VIII. p. 545. E: *ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας*, i. e. *πρὸς ἡμᾶς ὡς πρὸς παῖδας.* Libr. III. p. 414. E: *δεῖ ὡς περὶ μητρὸς καὶ τροφοῦ τῆς χώρας — ἀμύνειν*, i. e. *περὶ τῆς χώρας ὡς περὶ μητρὸς κ. τρ.* Libr. VII. p. 520 E. Theaetet. p. 170. A. Protagor. p. 337. E: *συμβῆναι ὑμᾶς ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν συμβιβαζόντων*, ubi v. annot. Dein *τοὐναντίον* vi adverbii positum, ut sexcenties. Nam sententia haec est: contra atque facere solent qui nunc in civitatibus principatum tenent.

P. 521. *εἰ μὲν βίον ἐξευρήσεις*] si iis, qui magistratibus praefuturi sunt, meliorem vitam inveneris ipsa magistratus et imperii potestate, tum fieri potest, ut civitas bene administretur, hoc est, si illi noverint vitam principatu meliorem, videlicet occupatam in veritatis studio, quam quidem non nisi necessitate coacti cum civili imperio commutare velint, poterit civitas bene instituta existere. Quae quidem sententia deinceps etiam clarius illustra-



ὢν καὶ ἔνδον ὁ τοιοῦτος πόλεμος, αὐτούς τε ἀπόλλυσι καὶ τὴν ἄλλην πόλιν. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἔχεις οὖν, ἦν δ' ἐγώ, βίον ἄλλον τινὰ πολιτικῶν ἀρχῶν B καταφρονοῦντα ἢ τὸν τῆς ἀληθινῆς φιλοσοφίας; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς. Ἀλλὰ μέντοι δεῖ γε μὴ ἐραστὰς τοῦ ἄρχειν ἰέναι ἐπ' αὐτό· εἰ δὲ μή, οἵ γε ἀντερασταὶ μαχοῦνται. Πῶς δ' οὔ; Τίνας οὖν ἄλλους ἀναγκάσεις ἰέναι ἐπὶ φυλακὴν τῆς πόλεως ἢ οἳ περὶ τούτων φρονιμώτατοι, δι' ὧν ἄριστα πόλις οἰκεῖται, ἔχουσί τε τιμὰς ἄλλας καὶ βίον ἀμείνω τοῦ πολιτικοῦ; Οὐδένας ἄλλους, ἔφη.

Cap. VI. Βούλει οὖν τοῦτ' ἤδη σκοπῶμεν, τίνα C τρόπον οἱ τοιοῦτοι ἐγγενήσονται καὶ πῶς τις ἀνάξει αὐτοὺς εἰς φῶς, ὥςπερ ἐξ Ἅιδου λέγονται δή τινες

*τε*, quod cum Par. K. et Ang. delevimus. Benedictus coniiciebat *τούτων γε.* Quanquam erunt qui voculam per hyperbaton defendant. Unde eam servarunt Schn. Turr. Herm.

Cap. VI. C. *ἤδη σκοπῶμεν*] Par. A. vitiose *σκοποῖμεν*, sicuti recentissima collatione cognitum est.

tur. Deinde *πλούσιος* et *πλουτεῖν* cum genitivo iunctum illustravit Matth. Gr. §. 351. a. — *πεινῶντες ἀγαθῶν ἰδίων* nunc vocantur qui propriorum bonorum avidi sunt eorumque possessioni inhiant turpi ducti lucrandi cupiditate. Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 39. *οἴομαί σε καὶ διὰ τοῦτο ἥδιον πλουτεῖν, ὅτι πεινήσας χρημάτων πεπλούτηκας.* — *ἐντεῦθεν*, i. e. *ἐκ τῶν δημοσίων.*

*περιμάχητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον*] Nominativus est pro genitivo: *περιμαχήτου γὰρ τοῦ ἄρχειν γιγνομένου*, hac sententia: nam ubi controversum fit imperium, bellum hoc domesticum et intestinum quum ipsos tum reliquam civitatem pessumdat. Nominativus propter insequentia per assimilationem quandam positus, ut ne pro absoluto quidem habendus videatur ac potius vice subiecti ex parte defungi existimandus sit. conf. Matthiae Gramm. §. 562.

*αὐτούς τε ἀπόλλυσι*] sc. *τοὺς ἄρχοντας.*

B. *μὴ ἐραστὰς τοῦ ἄρχειν*] tales, qui non sint regnandi cupidi.

Cap. VI. C. *καὶ πῶς τις ἀνάξει αὐτούς —*] Sequitur locus nobilissimus, in quo philosophus exposuit, quibus gradibus et quarum disciplinarum ope animi custodum paullatim ad considerationem idearum atque summi illius boni perducendi sint. Refert autem in numero artium ad hanc rem utilium arithmeticam, geometriam, astronomiam, musicam et dialecticam, quas quidem vult ita tractari, ut mens a rebus ad-

εἰς θεοὺς ἀνελθεῖν; Πῶς γὰρ οὐ βούλομαι; ἔφη. Τοῦτο δή, ὡς ἔοικεν, οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφή, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγή, ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν δεῖ σκοπεῖσθαι, τί τῶν μαθημάτων
D ἔχει τοιαύτην δύναμιν; Πῶς γὰρ οὔ; Τί ἂν οὖν

*εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάν.*] Pro *ὄντος* Vind. *ὄντως*, ut legit Clemens Alex. l. c. Pro *ἰούσης*, quod dedit Stephanus, Par. A. Vat. Θ. Ven. Π. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ. Eusebius et Clemens. Al. *οὖσαν* exhibent, quod servarunt cum Schn. Turr. Iamblich. *οὖσα*. Ald. Bas. 1. 2. *ἰούσας*. In Venet. Ξ. neque *ἰούσης* legitur neque *οὖσαν*. Servant Stephani lectionem Mon. Flor. β. Par. DK., nec quidquam in ea mutan-

spectabilibus abstracta ad aeternas immutabilesque earum species contemplandas magis idonea reddatur, donec tandem ad primam illam veramque ideam perveniat, quae omnis virtutis et bonitatis fons est atque principium. De argumento disputationis in universum conf. Platon. Epistol. VII. p. 342 sqq. Alcinous de Doctr. Platon. c. 5. Diogen. Laërt. III, 13. Disciplinam iuvenes per musicam, geometriam et dialecticam ad superna ducere disputat Plotin. De dialect. p. 19—21. De astronomia, arithmetica et geometria ad mentem erudiendam utili ac necessaria v. Isocrat. Encom. Busir. p. 226. Max. Tyr. Diss. XXXVII. §. 7. Iamblich. *περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης* in Villois. Anecdot. Graec. T. II. p. 193 sqq. ubi locus qui sequitur exscriptus legitur.

*οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφή*] Elegantiam proverbii, quod dicitur de repentina et inopinata rei conversione (Germ. wie man eine Hand umwendet), plane persentisces lecta illa descriptione huius ludi, qui ἡ *ὀστρακίνδα* vocatus est, quam debemus Polluci Onomast. IX. c. 7. §. 110 — 112. cf. etiam Meurs. Graecia ludibunda p. 46. Erasmi Adagg. Chil. II. Cent. I. 51. Fabricius ad Vitam Marini Procl. p. 100. ed. Boisson. et schol. Plat. ad Phaedr. p. 241. B.

*εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον*] Respexerunt haec Clemens Al. V. p. 599. D. T. I. p. 712. ed. Pott. et p. 911. D. = 729. Pott., ubi vid. annot., et Eusebius Praepar. Evang. XIII, 15. p. 690. B. Pro *ἰούσης* uterque cum multis Platonis libris *οὖσαν* exhibet. Praeterea Clemens cum cod. Vind. pro *ὄντος* habet *ὄντως*. Unde Astius legendum censuit: *ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τὴν ὄντως οὖσαν* (int. *ἡμέραν*), *ἣν δὴ φ.*, comprobante, ut videtur, Heusdio Initior. Philosoph. Platon. T. I. p. 56. Paullo aliter Ian. Bake Biblioth. Crit. Nov. Vol. IV. p. 37., qui *εἰς ἀληθινὴν τὴν ὄντως οὐσίαν* legendum arbitratus est, quod haud mediocriter firmari putat ex eo, qui Platonem sequitur, Porphyrio Stobaei Tit. XXI, 27. extr. Utut



εἴη, ὦ Γλαύκων, μάθημα ψυχῆς ὁλκὸν ἀπὸ τοῦ γιγνομένου ἐπὶ τὸ ὄν; τόδε δ' ἐννοῶ λέγων ἅμα· οὐκ ἀθλητὰς μέντοι πολέμου ἔφαμεν τούτους ἀναγκαῖον εἶναι νέους ὄντας; Ἔφαμεν γάρ. Δεῖ ἄρα καὶ τοῦτο προςέχειν τὸ μάθημα, ὃ ζητοῦμεν πρὸς ἐκείνῳ. Τὸ ποῖον; Μὴ ἄχρηστον πολεμικοῖς ἀνδράσιν εἶναι. Δεῖ μέντοι, ἔφη, εἴπερ οἷόν τε. Γυμναστικῇ μὴν καὶ

dum arbitramur. v. annot.

D. *ὁλκὸν ἀπὸ τοῦ γ.*] Aliquot codd. *ἕλκον*. Male.

*Γυμναστικῇ μὴν καὶ μ.*] Sic Par. A. Ven. ΞΠ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. pro vulg. *γυμναστικὴ — μουσική*, quod tamen in Par. A. perscriptum legi nuperrima libri exploratio docuit. Pro *μήν* vett. editt. *μέν που*, quod ex sqq. huc invectum. Vat. Θ. r. *μέντοι*.

est, illud certum puto coniungi non posse, quod vulgo faciunt, *εἰς ἀληθινὴν — ἐπάνοδον ἰούσης*: neque enim animus dici potest progredi ad adscensum, quum ad ipsum verum adscendere dici debuerit. Neque tamen inde consequitur, ut recepta lectio mutanda sit. Nam verba ita videntur connectenda esse: *ψυχῆς, ἰούσης ἐπάνοδον* (i. e. adscendentis) *ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν ἡμέραν τοῦ ὄντος*, qua ratione verba etiam Schleiermacherus accepit. Car. Fr. Hermannus de coniectura sua edidit: *οὖσα* (ut habet Iambl.) *ἐπάνοδος*. Schneiderum *οὖσαν* defendentem atque iungentem: *εἰς ἀληθινὴν ἐπάνοδον*, graviter confutavit Wiegandt. in Zimmermanni Alterthumsw. a. 1835. p. 427 sq.

D. *ὁλκὸν ἀπὸ τ. γ.*] Sic Cap. VIII. *οὐκ ἂν ὁλκὸν εἴη ἐπὶ τὴν οὐσίαν*. Cap. IX. extr. *ὁλκὸν ἄρα — ψυχῆς πρὸς ἀλήθειαν εἴη ἄν*. Suidas voc. interpretatur *ἑλκυστικὸς καὶ ἐπαγωγός*. Antiattic. in Bekker. Anecd. I. 111, 1: *Ὁλκός· Πλάτων Πολιτείας πέμπτῳ. σημαίνει δὲ τὸν ἑλκυστικὸν καὶ ἐπαγωγόν*. Iamblich. in Villoison. Anecd. II. p. 194 sq. Proclus Theol. Plat. IV. 34 p. 234. *ἀλλ' ὅτι καὶ διαφερόντως ὁ ἀριθμος ἔχει τι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁλκόν*. Theo Smyrn. p. 6. *λογιστικὴ δὲ καὶ ἀριθμητικὴ ὁλκὸς καὶ ἀγωγὸς πρὸς ἀλήθειαν*. Sic *ἐφολκά* apud Thucyd. IV. 108. al.

*τόδε δ' ἐννοῶ λέγων ἅμα*] Sed haec dum loquor, illud mihi in mentem venit. Usum voc. *ἅμα* sic cum participio iuncti ad Phaedon. p. 60. B. tetigi. Mox *μέντοι* rursus in interrogatione affirmante positum, ut libr. I. c. 13. in., ubi vide annot.

*Δεῖ ἄρα καὶ τοῦτο — πρὸς ἐκείνῳ*] h. e. *τὸ μάθημα ἄρα, ὃ ζητοῦμεν, δεῖ καὶ τοῦτο ἔχειν πρὸς ἐκείνῳ*: Oportet igitur eam, quam quaerimus, disciplinam praeter illud, ut animum ad idearum evehat sublimitatem, etiam hoc insuper habere. Notandum hoc *προσέχειν*, insuper habere, cum *πρός* atque dativo iunctum.

*Γυμναστικῇ — ἐπαιδεύοντο ἡμῖν*] Respicitur ad Libr. II. p. 376. E. sqq. et III. p. 403. C. sqq.

*μουσικῇ ἔν γε τῷ πρόσθεν ἐπαιδεύοντο ἡμῖν. Ἦν*
E *ταῦτα, ἔφη. Γυμναστικὴ μέν που περὶ γιγνόμενον*
*καὶ ἀπολλύμενον τετεύτακε· σώματος γὰρ αὔξης καὶ*
*φθίσεως ἐπιστατεῖ. Φαίνεται. Τοῦτο μὲν δὴ οὐκ*
522 *ἂν εἴη ὃ ζητοῦμεν μάθημα. Οὐ γάρ. Ἀλλ' ἆρα*
*μουσική, ὅσην τὸ πρότερον διήλθομεν; Ἀλλ' ἦν*
*ἐκείνη γ', ἔφη, ἀντίστροφος τῆς γυμναστικῆς, εἰ μέ-*
*μνησαι, ἔθεσι παιδεύουσα τοὺς φύλακας, κατά τε*
*ἁρμονίαν εὐαρμοστίαν τινά, οὐκ ἐπιστήμην, παραδι-*
*δοῦσα, καὶ κατὰ ῥυθμὸν εὐρυθμίαν, ἔν τε τοῖς λό-*
*γοις ἕτερα τούτων ἀδελφά, ἔφη, ἅττα ἔχουσα, καὶ*
*ὅσοι μυθώδεις τῶν λόγων καὶ ὅσοι ἀληθινώτεροι*
*ἦσαν· μάθημα δὲ πρὸς τοιοῦτόν τι ἀγαθόν, οἷον*
B *σὺ νῦν ζητεῖς, οὐδὲν ἦν ἐν αὐτῇ. Ἀκριβέστατα, ἦν*
*δ' ἐγώ, ἀναμιμνήσκεις με· τῷ γὰρ ὄντι τοιοῦτον οὐ-*
*δὲν εἶχεν. ἀλλ', ὦ δαιμόνιε Γλαύκων, τί ἂν εἴη*

E. *ἀπολλύμενον τετεύτακε*] Pessime vett. editt. *τέτευχε* Veram lectionem servarunt Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. x. *α, γ.* Euseb. et quos laudat Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 254.

P. 522. *ὅσην τὸ πρότερον δ.*] Par. K. *ὅσον*, probante Astio. Angel. *ἦν.* Pro vulg. *Ἀλλ' ἄρα* e Flor. c. *Ἀλλ' ἆρα* reposuimus.

*ἀδελφά, ἔφη, ἅττα*] Pro *ἔφη* Euseb. codd. Angel. Flor. x. et corr. Ven. II. *ἔθη*, probante Stephano.

*πρὸς τοιοῦτόν τι ἀγαθόν*] Angel. *τι ὄν*. Ven. II. ex annot. cum Eusebio pro *ἀγαθόν* habet *ἄγον*. Hottingerus ad Theophr. Charact. corrigebat *ἀγωγόν*. Astius malebat *ἀγαγόν*. Tenenda est lectio vulgata; recte enim dicitur *ἀγαθὸν πρός τι*.

E. *περὶ γιγνόμ. — τετευτακε·*] *Τευτάζειν* est *πραγματεύεσθαι, ἐνδιατρίβειν*, ut interpretatur Timaeus Gloss. p. 254. ubi v. Ruhnken.

P. 522. *ὅσην τὸ πρότερον διήλθομεν*] h. e. quae ad educandos iuvenes formandosque eorum mores pertinebat, adeoque gymnasticae ex altera parte respondere videbatur, quippe quae corpus fingeret. Nam ita *ἀντίστροφον* recte explicuit Astius. Vocis usum notarunt Wyttenbach. ad Plutarch. de Aud. Poet. 3. p. 197. ed. Ox. Schneider. ad Aristot. Polit. IV. 5. Cf. Gorg. p. 464. B. C. p. 465. D. Theaet. p. 158. D. p. 175. C. Phileb. p. 40. D. infra p. 530. D.

B. *αἵ τε γὰρ τέχναι βάναυσοί που —*] Astius *τε* cum cod. Mon. suo delendum censuit. Servant tamen voculam ceteri libri omnes. Nec eam exstinxerim, si quidem Socrates additurus fere haec: *οὔτε τι ἄλλο λείπεται μάθημα*, a Glaucone interpellatur, ac deinde



*τοιοῦτον; αἵ τε γὰρ τέχναι βάναυσοί που ἅπασαι*
*ἔδοξαν εἶναι. Πῶς δ' οὔ; καὶ μὴν τί ἔτ' ἄλλο λεί-*
*πεται μάθημα, μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς καὶ τῶν*
*τεχνῶν κεχωρισμένον; Φέρε, ἦν δ' ἐγώ, εἰ μηδὲν*
*ἔτι ἐκτὸς τούτων ἔχομεν λαβεῖν, τῶν ἐπὶ πάντα τει-*
*νόντων τι λάβωμεν. Τὸ ποῖον; Οἷον τοῦτο τὸ κοι-* C
*νόν, ᾧ πᾶσαι προςχρῶνται τέχναι τε καὶ διάνοιαι*
*καὶ ἐπιστῆμαι, ὃ καὶ παντὶ ἐν πρώτοις ἀνάγκη μαν-*
*θάνειν. Ποῖον; ἔφη. Τὸ φαῦλον τοῦτο, ἦν δ'*
*ἐγώ, τὸ ἕν τε καὶ τὰ δύο καὶ τὰ τρία διαγιγνώ-*
*σκειν· λέγω δὲ αὐτὸ ἐν κεφαλαίῳ ἀριθμόν τε καὶ*
*λογισμόν. ἢ οὐχ οὕτω περὶ τούτων ἔχει, ὡς πᾶσα*
*τέχνη τε καὶ ἐπιστήμη ἀναγκάζεται αὐτῶν μέτοχος*
*γίγνεσθαι; Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ,*
*καὶ ἡ πολεμική; Πολλή, ἔφη, ἀνάγκη. Παγγέλοιον*
*γοῦν, ἔφην, στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς τραγῳ-* D

B. *αἵ τε γὰρ τέχναι*] Cod. Astii. Mon. *τε* omittit. Ceteri libri omnes tenent. Flor. *β.* post *ἔδοξαν εἶναι* in marg. addit: *καὶ οὐ προςαπτέον, αὐτῶν ὂν πολεμικοῖς ἀνδράσι;* quae etiam in Mon. leguntur.

C. *Ποῖον;*] Vulgo hic quoque, ut antea, *Τὸ ποῖον;* sed hic *τὸ* om. Par. A. Vind. et pr. Ξ.

*αὐτὸ ἐν κεφαλαίῳ*] V. *αὐτὸ ὡς ἐν κ.* Omittunt *ὡς* Par. A D K. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. *α. β.*

*Παγγέλοιον γοῦν —*] Vulgo, *γοῦν*, certe quidem, quod etiam Bekk. Schn. Turr. Herm. tenent. Sed *οὖν* praebent Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. *α. γ.* Monac. et Theo Smyrn. qui haec laudat loco cit. Non inepte.

sententiam, quam in animo habebat, ita exprimit, ut inchoatae structurae non amplius habeat rationem. Sententia verborum haec est: Etenim artes omnino omnes videbantur, opinor, esse illiberales, quae non tam animi agitationem, quam manuum laborem exigerent.

C. *ᾧ πᾶσαι προςχρῶνται*] Phileb. p. 56. A.

D. *Παγγέλοιον οὖν, ἔφην, στρατηγόν —*] Laudat haec Theo Smyrn. p. 7. ed. Gelder., ad quem locum Bullialdus Platonem hanc historiolam sumsisse putat ex Palamede, Sophoclis fabula. Gelderus ad Theon. Smyrn. p. 96. philosophum arbitratur ad tragicos poetas ita respicere, quasi haec fabula de Palamede fuerit locus communis, quem vocant, a pluribus tragicis tractatus, qui Palamedem solerent ita loquentem introducere, ut Agamemnoni arithmetices imperitiam exprobraret. Vere. conf. Aeschyl.

δίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει. ἢ οὐκ ἐννενόη-
κας, ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν τάς τε τάξεις τῷ
στρατοπέδῳ καταστῆσαι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς
τε καὶ τἆλλα πάντα, ὡς πρὸ τοῦ ἀναριθμήτων ὄν-
των καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὡς ἔοικεν, οὐδ᾽ ὅσους
πόδας εἶχεν εἰδότος, εἴπερ ἀριθμεῖν μὴ ἠπίστατο;
καίτοι ποῖόν τιν᾽ αὐτὸν οἴει στρατηγὸν εἶναι; Ἄτο-
πόν τιν᾽, ἔφη, ἔγωγε, εἰ ἦν τοῦτ᾽ ἀληθές. Cap.
E VII. Ἄλλο τι οὖν, ἦν δ᾽ ἐγώ, μάθημα ἀναγκαῖον
πολεμικῷ ἀνδρὶ θήσομεν λογίζεσθαί τε καὶ ἀριθμεῖν
δύνασθαι; Πάντων δ᾽, ἔφη, μάλιστα, εἰ καὶ ὁτιοῦν
μέλλει τάξεων ἐπαΐειν, μᾶλλον δ᾽ εἰ καὶ ἄνθρω-
πος ἔσεσθαι. Ἐννοεῖς οὖν, εἶπον, περὶ τοῦτο τὸ
μάθημα ὅπερ ἐγώ; Τὸ ποῖον; Κινδυνεύει τῶν πρὸς
523 τὴν νόησιν ἀγόντων φύσει εἶναι ὧν ζητοῦμεν, χρῆ-
σθαι δ᾽ οὐδεὶς αὐτῷ ὀρθῶς, ἑλκτικῷ ὄντι παντά-

Cap. VII. E. *θήσομεν λογίζεσθαι*] Vett. editt. *θήσομεν μᾶλλον ἢ λογ.* Receptam a Bekkero lectionem firmant Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. DK. Mon. Angel. Flor. α. β. x. et ex corr. Ven. II. Verum coniectura assequutus erat Ast. Par. A. Flor. a. c. γ. Vat. m. *θήσομεν καὶ λογίζεσθαι.* Vind. *θήσομεν ἢ τὸ λογ.* Vat. r. *θήσομεν μᾶλλον λογίζεσθαι.* Schneiderus quo iure lectionem Parisini A. *καὶ* exhibentis sic defenderit, ut censeat imperatorem ita *et aliarum rerum et* arithmetices peritum esse debere iudicari, nos quidem non exputamus. Nimirum natum istud *καὶ* est ex *ἢ*, quocum saepe est confusum.

Fragm. 168. Sophocl. Fragm. 379. Eurip. Palam. Fragm. II. Dind.

Cap. VII. E. *Ἄλλο τι οὖν — θήσομεν*] Nonne igitur — ponemus etc. Vid. Hermann. ad Viger. p. 731. Mox *καὶ ὁτιοῦν* est vel tantillum.

*Κινδυνεύει τῶν πρὸς τὴν νόησιν —*] Videtur natura sua in eorum numero esse, quae ducunt ad intelligentiam, quae quidem quaerimus: sed quum plane ad *οὐσίαν* animum trahat, tamen nemo ea recte uti videtur. Significat igitur arithmeticam, etiamsi vulgo nonnisi ad vitae communis usum adhibeatur, tamen eam habere vim, ut animum ad cognoscendam ipsam rerum naturam adducat.

P. 523. *οἳ λέγομεν*] h. e. *πρὸς τὴν οὐσίαν.*

*Δείκνυ, ἔφη.*] De hac imperativi forma v. Matth. Gr. §. 210, 5.

*τὰ μὲν ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν —*] Quod Steph. scribendum censebat *τὰ μὲν τῶν ἐν ταῖς αἰσθ.*, id etsi, in libris repertum, lubenter amplecteremur;



πασι πρὸς οὐσίαν. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Ἐγὼ πειρά-
σομαι, ἦν δ᾽ ἐγώ, τό γ᾽ ἐμοὶ δοκοῦν δηλῶσαι. ἃ
γὰρ διαιροῦμαι παρ᾽ ἐμαυτῷ ἀγωγά τε εἶναι οἳ λέγο-
μεν καὶ μή, ξυνθεατὴς γενόμενος ξύμφαθι ἢ ἄπειπε,
ἵνα καὶ τοῦτο σαφέστερον ἴδωμεν, εἰ ἔστιν οἷον μαν-
τεύομαι. Δείκνυ, ἔφη. Δείκνυμι δή, εἶπον, εἰ κα-
θορᾷς, τὰ μὲν ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν οὐ παρακαλοῦντα
τὴν νόησιν εἰς ἐπίσκεψιν, ὡς ἱκανῶς ὑπὸ τῆς αἰσθή- B
σεως κρινόμενα, τὰ δὲ παντάπασι διακελευόμενα ἐκεί-
νην ἐπισκέψασθαι, ὡς τῆς αἰσθήσεως οὐδὲν ὑγιὲς
ποιούσης. Τὰ πόῤῥωθεν, ἔφη, φαινόμενα δῆλον
ὅτι λέγεις καὶ τὰ ἐσκιαγραφημένα. Οὐ πάνυ, ἦν
δ᾽ ἐγώ, ἔτυχες οὗ λέγω. Ποῖα μήν, ἔφη, λέγεις;
Τὰ μὲν οὐ παρακαλοῦντα, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὅσα μὴ ἐκ-
βαίνει εἰς ἐναντίαν αἴσθησιν ἅμα· τὰ δ᾽ ἐκβαίνοντα C
ὡς παρακαλοῦντα τίθημι, ἐπειδὰν ἡ αἴσθησις μηδὲν

P. 523. *ὧν ζητοῦμεν*] Sic Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. α. γ. et corr. Ven. II. pro vulg. *ὃ ζητοῦμεν,* quod iam Ast. optime emendavit. Ficinus: *qualia* nos perquirimus.

*ἀγωγά τε εἶναι οἳ λέγομεν*] Pessime vulgo *οἷα*, quod praeclare emendavit Bekker. ex cod. Par. A. Mox Angel. Flor. x. *δείκνυε.*

B. *οὐδὲν ὑγιὲς ποιούσης*] Ast. coni. *νοούσης*, quod expressit Ficinus: quasi sensus nihil in iis sincere diiudicet. Sed nihil mutandum. Sensus enim dicitur *οὐδὲν ὑγιὲς ποιεῖν*, quatenus nihil affert, quod sit plane evidens et indubium et *ἐκβαίνει εἰς τὴν ἐναντίαν αἴσθησιν ἅμα.*

tamen contra codicum fidem non putamus in ordinem esse suscipiendum. Etenim *ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν* est in sensuum perceptione, i. e. quum sensibus percipiuntur. Nisi forte mavis *τὰ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι* coniungere, ut intelligantur res sensuum perceptioni subiectae. Posteriorem rationem Astio et Schneidero placuisse video. Fateor tamen eam mihi minus placere, quum *τὰ μὲν* et *τὰ δὲ* distinguantur. Summam proximae disputationis paucis complectitur Theo Smyrn. p. 8., cuius haec sunt verba: *ὅσα μὲν γὰρ ἁπλῶς κινεῖ τὴν αἴσθησιν, οὐκ ἔστιν ἐπεγερτικὰ καὶ παρακλητικὰ νοήσεως, οἷον ὅτι ὁ ὁρώμενος δάκτυλός ἐστιν, καὶ ὅτι παχὺς ἢ λεπτὸς ἢ μέγας ἢ μικρός. ὅσα δὲ ἐναντίως κινεῖ αἴσθησιν, ἐπεγερτικὰ καὶ παρακλητικά ἐστι διανοίας· οἷον ὅταν τὸ αὐτὸ φαίνηται μέγα καὶ μικρόν, κοῦφον καὶ βαρύ, ἓν καὶ πολλά. καὶ τὸ ἓν οὖν καὶ ὁ ἀριθμὸς παρακλητικὰ καὶ ἐπεγερτικά ἐστι δανοίαις· ἐπεὶ τὸ ἓν ποτε πολλὰ φαίνεται. λογιστικὴ δὲ* (leg. *δὴ*) *καὶ ἀριθμητικὴ ὁλκὸς καὶ ἀγωγὸς πρὸς ἀλήθειαν.* Idem Theo totum locum exscripsit *περὶ τῆς*

μᾶλλον τοῦτο ἢ τὸ ἐναντίον δηλοῖ, εἴτ᾽ ἐγγύθεν
προςπίπτουσα εἴτε πόῤῥωθεν. ὧδε δὲ ἃ λέγω σαφέ-
στερον εἴσει. οὗτοι, φαμέν, τρεῖς ἂν εἶεν δάκτυλοι,
ὅ τε σμικρότατος καὶ ὁ δεύτερος καὶ ὁ μέσος. *Πάνυ
γ᾽*, ἔφη. *Ὡς ἐγγύθεν τοίνυν ὁρωμένους λέγοντός
μου διανοοῦ. ἀλλά μοι περὶ αὐτῶν τόδε σκόπει. Τὸ
ποῖον; Δάκτυλος μὲν αὐτῶν φαίνεται ὁμοίως ἕκα-
D στος, καὶ ταύτῃ γε οὐδὲν διαφέρει, ἐάν τε ἐν μέσῳ
ὁρᾶται ἐάν τ᾽ ἐν ἐσχάτῳ, ἐάν τε λευκὸς ἐάν τε μέ-
λας, ἐάν τε παχὺς ἐάν τε λεπτός, καὶ πᾶν ὅ τι
τοιοῦτον. ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις οὐκ ἀναγκάζεται τῶν
πολλῶν ἡ ψυχὴ τὴν νόησιν ἐπερέσθαι, τί ποτ᾽ ἔστι
δάκτυλος· οὐδαμοῦ γὰρ ἡ ὄψις αὐτῇ ἅμα ἐσήμηνε
τὸν δάκτυλον τοὐναντίον ἢ δάκτυλον εἶναι. *Οὐ γὰρ
οὖν*, ἔφη. *Οὐκοῦν*, ἦν δ᾽ ἐγώ, εἰκότως τό γε τοιοῦ-
E τον νοήσεως οὐκ ἂν παρακλητικὸν οὐδ᾽ ἐγερτικὸν
εἴη. *Εἰκότως. Τί δὲ δή*; τὸ μέγεθος αὐτῶν καὶ

D. *ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις* —] Faehsius in Syllog. Lectt. l. c. coni. *τοιούτοις*: quo non opus. Deinde Astio verba *τῶν πολλῶν* suspecta sunt, de quo v. annot.

*ἡ ὄψις αὐτῇ ἅμα*] Sic Par. A. pro vulg. *αὔτη*. Ficinus: sensus ei simul significavit. Loco vulg. *ἐσήμαινε* nuper ex codd. Par. A D K. Ven. II. Mon. Ang. Flor. a. c. *α. γ.* recte *ἐσήμηνε* restitutum est.

E. *Τί δὲ δή;*] Accessit *δή* ex Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. *α. γ.* Iamblich. De Iamblicho quod Schneiderus dubitavit, ipse ignoravit locum exscriptum ab illo exstare in Villoison. Anecdot. II. p. 193 sqq. ubi liquido *Τί δὲ δή*; Ceterum Par. A. *Τί δαὶ δή*; Mox vulgo *ἐπ᾽ ἐσχάτων*, quod ex optimis plurimisque libris emendatum.

*κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης* in Villoison. Anecdot. Graecc. T. II. p. 193 sqq. non sine lectionis varietate.

C. *Ὡς ἐγγύθεν — διανοοῦ*] Verbum *διανοεῖσθαι* cum *ὡς* et genitivo participii iunctum, ut libr. I. p. 409. C., ubi v. annot.

D. *οὐκ ἀναγκάζεται τῶν πολλῶν ἡ ψ.*] Verba *τῶν πολλῶν* Ast. pro insiticiis habenda censet. Defendit ea Morgenstern. Symbol. Critt. p. XIX. constructionem hanc esse monens: *ἐ. π. γ. τ. οὐκ ἀναγκάζεται ἡ ψυχὴ τὴν νόησιν ἐπερέσθαι τί ποτε τῶν πολλῶν ἐστι δάκτυλος*: quam rationem etiam Ficinus sequutus est: „In omnibus siquidem huiuscemodi non cogitur animus intelligentiam ad disceptandum provocare, quid e multis sit digitus.“ Vereor ut recte quum hyperbaton sit. Sententia haec est: Quatenus digitus est digitus, nihil refert ad intellectum excitandum, qualis ille sit: sive enim magnus sive parvus, sive aliis virtutibus praeditus sit, eo non efficitur, ut magnae multitudinis ad philosophandum minus proclivis vel idoneae mens ad quaerendum impellatur, quidnam tandem natura sua sit digitus: quippe conspecto digito sensus sic movetur, ut nonnisi una quaedam res eaque tota percipiatur, ideoque mentis agitatio, quae multarum diversarumque rationum observatione excitari solet, minime sit necessaria. Recte igitur Schleiermacher. *τῶν πολλῶν* pro masculino accipiens locum sic convertit: „Denn durch alles dieses wird die Seele *der Meisten* nicht aufgefordert die Vernunft weiter zu fragen, was wohl ein Finger ist.“



τὴν σμικρότητα ἡ ὄψις ἆρα ἱκανῶς ὁρᾷ, καὶ οὐδὲν αὐτῇ
διαφέρει ἐν μέσῳ τινὰ αὐτῶν κεῖσθαι ἢ ἐπ᾽ ἐσχάτῳ;
καὶ ὡςαύτως πάχος καὶ λεπτότητα ἢ μαλακότητα καὶ
σκληρότητα ἡ ἁφή; καὶ αἱ ἄλλαι αἰσθήσεις ἆρ᾽ οὐκ
ἐνδεῶς τὰ τοιαῦτα δηλοῦσιν; ἢ ὧδε ποιεῖ ἑκάστη
αὐτῶν· πρῶτον μὲν ἡ ἐπὶ τῷ σκληρῷ τεταγμένη αἴ- 524
σθησις ἠνάγκασται καὶ ἐπὶ τῷ μαλακῷ τετάχθαι,
καὶ παραγγέλλει τῇ ψυχῇ ὡς ταὐτὸν σκληρόν τε καὶ
μαλακὸν αἰσθανομένη; *Οὕτως*, ἔφη. *Οὐκοῦν*, ἦν
δ᾽ ἐγώ, ἀναγκαῖον ἐν τοῖς τοιούτοις αὖ τὴν ψυχὴν
ἀπορεῖν, τί ποτε σημαίνει αὕτη ἡ αἴσθησις τὸ σκλη-
ρόν, εἴπερ τὸ αὐτὸ καὶ μαλακὸν λέγει, καὶ ἡ τοῦ
κούφου καὶ ἡ τοῦ βαρέος, τί τὸ κοῦφον καὶ βαρύ,
εἰ τό τε βαρὺ κοῦφον καὶ τὸ κοῦφον βαρὺ σημαί-
νει; *Καὶ γάρ*, ἔφη, *αὗταί γε ἄτοποι τῇ ψυχῇ αἱ* B
*ἑρμηνεῖαι καὶ ἐπισκέψεως δεόμεναι. Εἰκότως ἄρα*, ἦν
δ᾽ ἐγώ, ἐν τοῖς τοιούτοις πρῶτον μὲν πειρᾶται λο-

*ἢ ὧδε ποιεῖ*] Mon. Flor. *β. ἢ οὐχ ὧδε ποιεῖ* per interrogationem, quam lectionem probavit Schleiermacher.

P. 524. *καὶ παραγγέλλει*] Steph. malebat *προsαγγέλλει*.

*ἡ αἴσθησις τὸ σκληρόν*] Ast. coni. *αὕτη ἡ αἴσθησις τοῦ σκληροῦ*. Ficinus: quid significet duri hic sensus. Legitur *αὕτη* pro vulg. *αὐτῇ*, quod tenuit etiam Bekker., in Par. A. Ven. Ξ. Vind. Mon. Angel. Vat. m. Alii libri *αὐτή*. Sed *τὸ σκληρόν* connectendum cum *τί*, ut *τί τὸ σκληρὸν σημαίνει* breviter dictum sit pro *τί ἐστι τὸ σκληρὸν ὃ σημαίνει ἡ αἴσθησις*.

*καὶ ἡ τοῦ βαρέος*] *ἡ* om. Vat. Θr. Ceteri libri omnes cum vett. editt. articulum recte tuentur.

B. *αὗταί γε ἄτοποι*] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Mon. Angel. Vat. m. r. et Ficinus. V. *αὐταί γε*.

γισμόν τε καὶ νόησιν ψυχὴ παρακαλοῦσα ἐπισκοπεῖν,
εἴτε ἓν εἴτε δύο ἐστὶν ἕκαστα τῶν εἰςαγγελλομένων.
Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν ἐὰν δύο φαίνηται, ἕτερόν τε
καὶ ἓν ἑκάτερον φαίνεται; Ναί. Εἰ ἄρα ἓν ἑκάτε-
τον, ἀμφότερα δὲ δύο, τά γε δύο κεχωρισμένα νοή-
C σει· οὐ γὰρ ἂν ἀχώριστά γε δύο ἐνόει, ἀλλ' ἕν.
'Ορθῶς. Μέγα μὴν καὶ ὄψις καὶ σμικρὸν ἑώρα, φα-
μέν, ἀλλ' οὐ κεχωρισμένον, ἀλλὰ συγκεχυμένον τι.
ἦ γάρ; Ναί. Διὰ δὲ τὴν τούτου σαφήνειαν μέγα
αὖ καὶ σμικρὸν ἡ νόησις ἠναγκάσθη ἰδεῖν, οὐ συγ-
κεχυμένα, ἀλλὰ διωρισμένα, τοὐναντίον ἢ 'κείνη.
'Αληθῆ. Οὐκοῦν ἐντεῦθέν ποθεν πρῶτον ἐπέρχεται
ἐρέσθαι ἡμῖν, τί οὖν ποτ' ἔστι τὸ μέγα αὖ καὶ τὸ
σμικρόν; Παντάπασι μὲν οὖν. Καὶ οὕτω δὴ τὸ
D μὲν νοητόν, τὸ δ' ὁρατὸν ἐκαλέσαμεν. 'Ορθότατ',
ἔφη. Cap. VIII. Ταῦτα τοίνυν καὶ ἄρτι ἐπεχείρουν
λέγειν, ὡς τὰ μὲν παρακλητικὰ τῆς διανοίας ἐστί,
τὰ δ' οὔ, ἃ μὲν εἰς τὴν αἴσθησιν ἅμα τοῖς ἐναν-
τίοις ἑαυτοῖς ἐμπίπτει, παρακλητικὰ ὁριζόμενος, ὅσα

C. *Μέγα μὴν καὶ ὄψις*] Sic Par. A K. Ven. II. Vind. Mon. Vat. m. Flor. β. γ. Vulgo *μέγα μὴν ἡ ὄψις.* Alii libri *μ. μ. καὶ ἡ ὄψις.*

*πρῶτον ἐπέρχεται*] Sic codd. fere omnes et Iamblichus. V. *πρῶτον μὲν ἐπ.*

D. *ποτέρων δοκεῖ*] *πότερον* Par. A. ut scripsit Hermann. Nec tamen quaeritur, *utrum* numerus sit putandus, sed in utro

P. 254. A. *Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἀναγκαῖον* —] Ad totum, qui sequitur, locum conferas Phileb. p. 57. D. et 56. C. sqq. et quae ibi annotavimus in editione Gothana.

C. *πρῶτον ἐπέρχεται*] primum nobis in mentem venit. primum subit cogitationem.

Cap. VIII. E. *ὥςπερ ἐπὶ τοῦ δακτύλου ἐλέγομεν*] h. e. digiti exemplo utentes. Dictionem *λέγειν ἐπί τινος* exemplis illustrant Heindorf. ad Charmid. p. 62. Matth. Gr. §. 584.

*τοῦ ἐπικρινοῦντος δὴ δέοι ἂν ἤδη*] tum vero opus erit eo, *qui* iudicet etc. Observes vim articuli, qui non temere confundendus est cum pronomine indefinito: nam paullo alio sensu diceretur *δέοι ἂν ἤδη τινὸς ἐπικρινοῦντος*, ut legimus Lucian. De Histor. Conscrib. §. 45: *δεήσει γὰρ τότε ποιητικοῦ τινος ἀνέμου ἐπουριάσοντος τὰ ἀκάτια*, cum quo loco conferas Plat. Charmid. p. 169. A: *μεγάλου δή τινος, ὦ φίλε, ἀνδρὸς δεῖ, ὅστις τοῦτο κατὰ πάντων ἱκανῶς διαιρήσεται.* Exempla illius usus haec habeto. La-



δὲ μή, οὐκ ἐγερτικὰ τῆς νοήσεως. Μανθάνω τοί-
νυν ἤδη, ἔφη, καὶ δοκεῖ μοι οὕτω. Τί οὖν; ἀριθμός
τε καὶ τὸ ἓν ποτέρων δοκεῖ εἶναι; Οὐ ξυννοῶ, ἔφη.
'Αλλ' ἐκ τῶν προειρημένων, ἔφην, ἀναλογίζου. εἰ
μὲν γὰρ ἱκανῶς αὐτὸ καθ' αὑτὸ ὁρᾶται ἢ ἄλλῃ τινὶ
αἰσθήσει λαμβάνεται τὸ ἕν, οὐκ ἂν ὁλκὸν εἴη ἐπὶ E
τὴν οὐσίαν, ὥςπερ ἐπὶ τοῦ δακτύλου ἐλέγομεν· εἰ δ'
ἀεί τι αὐτῷ ἅμα ὁρᾶται ἐναντίωμα, ὥςτε μηδὲν μᾶλ-
λον ἓν ἢ καὶ τοὐναντίον φαίνεσθαι, τοῦ ἐπικρινοῦν-
τος δὴ δέοι ἂν ἤδη καὶ ἀναγκάζοιτ' ἂν ἐν αὐτῷ
ψυχὴ ἀπορεῖν καὶ ζητεῖν, κινοῦσα ἐν ἑαυτῇ τὴν ἔν-
νοιαν, καὶ ἀνερωτᾶν, τί ποτ' ἔστιν αὐτὸ τὸ ἕν, καὶ
οὕτω τῶν ἀγωγῶν ἂν εἴη καὶ μεταστρεπτικῶν ἐπὶ 525
τὴν τοῦ ὄντος θέαν ἡ περὶ τὸ ἓν μάθησις. 'Αλλὰ
μέντοι, ἔφη, τοῦτό γ' ἔχει οὐχ ἥκιστα ἡ περὶ αὐτὸ
ὄψις· ἅμα γὰρ ταὐτὸν ὡς ἕν τε ὁρῶμεν καὶ ὡς ἄπειρα
τὸ πλῆθος. Οὐκοῦν εἴπερ τὸ ἕν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ
ξύμπας ἀριθμὸς ταὐτὸν πέπονθε τοῦτο; Πῶς δ'
οὔ; 'Αλλὰ μὴν λογιστική τε καὶ ἀριθμητικὴ περὶ

rerum genere. conf. p. 525. A. *καὶ οὕτω τῶν ἀγωγῶν ἂν εἴη κ. τ. λ.*

Cap. VIII. P. 525. *ἡ περὶ αὐτὸ ὄψις*] Sic Ang. Flor. a. α. γ. et pr. Ξ. cum Iamblicho. V. *ἡ περὶ τὸ αὐτὸ ὄψις*, quod frustra defendit Herm. Mox pro vulg. *πέπονθε τοῦτο* dativum *τούτῳ* Hermannus restituit ex Iambl. et Par. A. sententia adversante.

chet. p. 184. C: *καὶ γὰρ ὥςπερ ἔτι τοῦ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή.* Menex. p. 235. C: *ἀγαθοῦ ἂν ῥήτορος δέοι τοῦ πείσοντος καὶ εὐδοκιμήσοντος.* Parmenid. p. 135. A: *ἀνδρὸς πάνυ μὲν εὐφυοῦς τοῦ δυνησομένου μαθεῖν, — ἔτι δὲ θαυμαστοτέρου τοῦ εὑρήσοντος καὶ ἄλλον δυνησομένου διδάξαι.* Xenoph. Sympos. IV, 26: *ἀφεκτέον ἐγώ φημι εἶναι φιλημάτων — τῷ σωφρονεῖν δυνησομένῳ.* Lucian. Alexand. §. 25: *οὐχ εὑρὼν οὔτ' αὐτὸς πλάσασθαι χρησμὸν δεξιὸν οὔτε τὸν ποιῆσαι — αὐτῷ δυνησόμενον.*

P. 525. *'Αλλὰ μέντοι — ὄψις*] Sane quidem, inquit, habet hoc vel maxime eius spectatio, sc. *ἡ περὶ τὸ ἕν.* Aliter C. Fr. Hermannus, qui *περὶ τὸ αὐτὸ* tuitus *ὄψις* non ad *τὸ ἓν* sed ad ipsum *ταὐτὸν* pertinere ait, quod ut unum pariter ac multa cerni proxima testentur. Quod nos quidem aperte fatemur non intelligere. — *ἅμα γὰρ ταὐτὸν ὡς ἕν τε ὁρ.* Rem fusius illustrat Socrates Phileb. p. 14. C. — 17. B. Mox ad *εἴπερ τὸ ἓν* int. *τοῦτο πέπονθε.*

ἀριθμὸν πᾶσα. Καὶ μάλα. Ταῦτα δέ γε φαίνεται
B ἀγωγὰ πρὸς ἀλήθειαν. Ὑπερφυῶς μὲν οὖν. Ὧν
ζητοῦμεν ἄρα, ὡς ἔοικε, μαθημάτων ἂν εἴη· πολε-
μικῷ μὲν γὰρ διὰ τὰς τάξεις ἀναγκαῖον μαθεῖν ταῦτα,
φιλοσόφῳ δὲ διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἁπτέον εἶναι γενέ-
σεως ἐξαναδύντι, ἢ μηδέποτε λογιστικῷ γενέσθαι.
Ἔστι ταῦτ', ἔφη. Ὁ δέ γε ἡμέτερος φύλαξ πολεμι-
κός τε καὶ φιλόσοφος τυγχάνει ὤν. Τί μήν; Προσῆ-
κον δὴ τὸ μάθημα ἂν εἴη, ὦ Γλαύκων, νομοθετῆ-
σαι καὶ πείθειν τοὺς μέλλοντας ἐν τῇ πόλει τῶν
C μεγίστων μεθέξειν, ἐπὶ λογιστικὴν ἰέναι καὶ ἀνθάπτε-
σθαι αὐτῆς μὴ ἰδιωτικῶς, ἀλλ' ἕως ἂν ἐπὶ θέαν
τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως ἀφίκωνται τῇ νοήσει αὐτῇ,
οὐκ ὠνῆς οὐδὲ πράσεως χάριν ὡς ἐμπόρους ἢ καπή-
λους μελετῶντας, ἀλλ' ἕνεκα πολέμου τε καὶ αὐτῆς
τῆς ψυχῆς ῥᾳστώνης μεταστροφῆς ἀπὸ γενέσεως ἐπ'

C. *τῆς ψυχῆς ῥᾳστώνης μεταστροφῆς*] V. *ῥᾳστώνης καὶ μεταστρ.* Sed Ald. Bas. 1. 2. et codd. Vat. Θ. Ven. ΞΙΙ. Par. D. Mon. Flor. a. c. x. β. γ. *καί* omittunt. Bekker. suffragantibus Turr. et Herm. ex Par. A. scripsit *ῥᾳστώνης τε μεταστρ.*

B. *ἢ μηδέποτε λογ. γενέσθαι*] alioquin necessario consequitur, ut nunquam computandi peritus evadat. Constructionem notavimus libr. VI. p. 490. A. — *γενέσεως ἐξαναδύντι*, ex rerum sensibus subiectarum emergenti generatione. v. annot. ad p. 526. E.

C. *καὶ ἀνθάπτεσθαι αὐτῆς μὴ ἰδιωτικῶς*] De sententia v. Phileb. p. 56. D. cum ann. Laudat locum Theo Smyrn. p. 8. — *οὐκ ἰδιωτικῶς*, non eo, quo vulgus solet, modo. — *ἀφίκωνται τῇ νοήσει αὐτῇ*, i. e. pura intelligentia. P. 526. B: *αὐτῇ τῇ νοήσει χρῆσθαι τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν.* — *Ἔμποροι* et *κάπηλοι* quid differant, docet locus libr. II. p. 371. D.

*αὐτῆς τῆς ψυχῆς ῥᾳστώνης μεταστροφῆς*] Stephanus ante *ῥᾳστώνης* de suo inseruit *καί*. In Par. A. simili ratione adhibita post *ῥᾳστώνης* inculcatum legitur *τε*. Utrumque opinati vulneris supervacaneum emplastrum est. Quippe *ῥᾳστώνης* cum duplici genitivo iunctum, quod nihil habet insolentiae. v. Matth. Gr. §. 380. 2. Nec vero caussa collocationis verborum obscura est, quum inter se opponantur *πολέμου* et *αὐτῆς τῆς ψυχῆς*. Apud Iamblichum l. c. verba sic interpolata leguntur: *αὐτῆς δὲ τῆς ψυχῆς ῥᾳστώνης παρασκευάζειν τῆς μεταστροφῆς κ. τ. λ.*

*Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, νῦν καὶ ἐννοῶ* —] Atque, inquam, nunc etiam intelli-



ἀλήθειάν τε καὶ οὐσίαν. Κάλλιστ', ἔφη, λέγεις. Καὶ
μήν, ἦν δ' ἐγώ, νῦν καὶ ἐννοῶ ῥηθέντος τοῦ περὶ
τοὺς λογισμοὺς μαθήματος, ὡς κομψόν ἐστι καὶ D
πολλαχῇ χρήσιμον ἡμῖν πρὸς ὃ βουλόμεθα, ἐὰν τοῦ
γνωρίζειν ἕνεκά τις αὐτὸ ἐπιτηδεύῃ, ἀλλὰ μὴ τοῦ
καπηλεύειν. Πῇ δή; ἔφη. Τοῦτό γε, ὃ νῦν δὴ ἐλέ-
γομεν, ὡς σφόδρα ἄνω ποι ἄγει τὴν ψυχὴν καὶ περὶ
αὐτῶν τῶν ἀριθμῶν ἀναγκάζει διαλέγεσθαι, οὐδαμῇ
ἀποδεχόμενον, ἐάν τις αὐτῇ ὁρατὰ ἢ ἁπτὰ σώματα
ἔχοντας ἀριθμοὺς προτεινόμενος διαλέγηται. οἶσθα
γάρ που τοὺς περὶ ταῦτα δεινούς, ὡς, ἐάν τις αὐτὸ E
τὸ ἓν ἐπιχειρῇ τῷ λόγῳ τέμνειν, καταγελῶσί τε καὶ
οὐκ ἀποδέχονται, ἀλλ' ἐὰν σὺ κερματίζῃς αὐτό, ἐκεῖ-
νοι πολλαπλασιοῦσιν, εὐλαβούμενοι μή ποτε φανῇ τὸ
ἓν μὴ ἕν, ἀλλὰ πολλὰ μόρια. Ἀληθέστατα, ἔφη,
λέγεις. Τί οὖν οἴει, ὦ Γλαύκων, εἴ τις ἔροιτο αὐ- 526

D. *ἄνω ποι ἄγει*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞΙΙ. Ang. Vat. r. Flor. a. c. x. α. γ. Vulgo *πῃ*.

E. *τοὺς περὶ ταῦτα δεινοὺς ὡς*] Par. A. Vat. Θ. r. ante *ὡς* insertum habent *δύο*.

*ὡς, ἐάν τις αὐτὸ*] *δύο ὡς ἐάν τις α.* Par. A. Vat. Θ. Ven. II.

go, haec, de qua diximus, computandi disciplina quam scita sit et multis partibus utilis nobis ad id, quod volumus. De constructione dictum est ad libr II. p. 375.

D. *οὐδαμῇ ἀποδεχόμενον* —] neutiquam admittens illud, si quis numeros cum corporibus sub visum aut tactum cadentibus in medium afferens disserat. *Ἀριθμοὶ αὐτοί* intelliguntur numeri puri, quos vulgo abstractos vocant, h. e. ab omnium rerum concretione liberi: quibus opponuntur *ἀριθμοὶ σώματα ἔχοντες*, h. e. numeri concreti, in rebus numeratis comprehensi. Per illos numeramus, veluti per *μονάδα* s. unitatem, atque *δυάδα*; unde sunt quasi numerandi formae: hi ipsi numerantur, veluti *τὸ ἕν, δύο*, al., ideoque dicuntur *ἀριθμητοί* s. *ἀριθμούμενοι*. v. Ast. ad Epinom. p. 615. Quanquam fuerunt qui Platonem numerorum genera etiam aliter distinxisse suspicarentur. v. Trendelenburg. Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata p. 71 sqq.

E. *αὐτὸ τὸ ἕν* —] h. e. *τὴν μονάδα*, unitatem idealem, quam vocant. Hanc *μονάδα* dicit ab illis talem haberi, quae in partes dissecari nequeat. Si tu, inquit, unitatem istam in partes dissolvas, illi eam multiplicabunt et rursus unitates statuent, caventes, ne quando ipsum unum non unum videatur, sed particulae plurimae.

τούς, Ὦ θαυμάσιοι, περὶ ποίων ἀριθμῶν διαλέγεσθε, ἐν οἷς τὸ ἓν οἷον ὑμεῖς ἀξιοῦτέ ἐστιν, ἴσον τε ἕκαστον πᾶν παντὶ καὶ οὐδὲ σμικρὸν διαφέρον, μόριόν τε ἔχον ἐν ἑαυτῷ οὐδέν; τί ἂν οἴει αὐτοὺς ἀποκρίνασθαι; Τοῦτο ἔγωγε, ὅτι περὶ τούτων λέγουσιν, ὧν διανοηθῆναι μόνον ἐγχωρεῖ, ἄλλως δ' οὐδαμῶς μεταχειρίζεσθαι δυνατόν. Ὁρᾷς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, ὅτι τῷ ὄντι ἀναγκαῖον ἡμῖν κινδυνεύει
B εἶναι τὸ μάθημα, ἐπειδὴ φαίνεταί γε προσαναγκάζον αὐτῇ τῇ νοήσει χρῆσθαι τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν; Καὶ μὲν δή, ἔφη, σφόδρα γε ποιεῖ αὐτό. Τί δαί; τόδε ἤδη ἐπεσκέψω, ὡς οἵ τε φύσει λογιστικοὶ εἰς πάντα τὰ μαθήματα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὀξεῖς φύονται, οἵ τε βραδεῖς, ἂν ἐν τούτῳ παιδευθῶσι καὶ γυμνάσωνται, κἂν μηδὲν ἄλλο ὠφεληθῶσιν, ὅμως εἴς γε τὸ ὀξύτεροι αὐτοὶ αὑτῶν γίγνεσθαι πάντες
C ἐπιδιδόασιν; Ἔστιν, ἔφη, οὕτως. Καὶ μήν, ὡς ἐγῷμαι, ἅ γε μείζω πόνον παρέχει μανθάνοντι καὶ μελετῶντι, οὐκ ἂν ῥᾳδίως οὐδὲ πολλὰ ἂν εὕροις, ὡς

P. 526. B. *Καὶ μὲν δὴ — σφόδρα γε*] V. *Καὶ μὴν δή*, contra loquendi consuetudinem et codicum optimorum auctoritatem. v. ad Phileb. p. 141. et ad libr. V. p. 464. B. Statim post *Τί δαί;* scripsi ex Par. A. pro vulg. *Τί δέ*. Ridicule Schneider. Parisino in hoc vocabulo nihil tribuendum esse contendit.

*ὀξεῖς φύονται*] Sic Par. A. Ven. II. Ang. Vat. r. Schn. Turr. Herm. Vulgo *φαίνονται*.

Cap. IX. *σκεψώμεθα ἆρά τι πρ.*] Ald. Bas. 1. 2. *ἆρά τι*, quod etiam receperunt Ast. Schn. Turr. Herm. At Steph. *ἆρα τί*, quod foret dictum ut *πῶς τι* et similia, de quibus v. Heindorf. ad Hipp. Mai p. 166. Seidler. ad Sophocl. Antigon. v. 2. ed. Herm. Aliquot libri *ἄρα τί πρ.* Sed praestat lectio recepta.

P. 526. *τί ἂν οἴει αὐτοὺς ἀποκρ.*] *τί οἴει* post longiorem verborum intercapedinem iteratum neminem offendet.

B. *οἵ τε βραδεῖς —*] Maxim. Tyr. XXXVII. §. 7: *ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἴη ἄν τι τῶν ἐν γεωμετρίᾳ τὸ φαυλότατον· τὸ δ' ἔργον αὐτῆς, ὥσπερ τι ὀξυωπὲς τῆς διανοίας φάρμακον, ῥώμην αὐτῇ οὐκ ἀγεννῆ παρασκευάζει πρὸς τὴν θέαν τῶν ὅλων.*

C. *ἅ γε μείζω πόνον παρέχει — ὡς τοῦτο*] Iam libr. III. p. 410 D. *ὡς* post comparativum illatum notavimus. Adde quae collegit Fritzsch. Quaest. Luciann. p. 89 sq Germanice dixeris: *wie dieses. im Vergleich mit diesem.* Nisi forte praestat dictionem e duarum constructionum confusione explicare, de qua hoc loco non omisso iam olim ad Apolog. Socr. p. 36. D. monuimus. Ita *ὡς τοῦτο* infertur quasi pro *μείζω* antea dictum sit *οὕτω μέγαν*.

Cap. IX. *Τοῦτο — ἐν ἡμῖν κείσθω*] Libr. I. p. 350. D: *τοῦτο μὲν οὕτω κείσθω.* — *τὸ ἐχόμενον τούτου*, quod cum hoc cohaeret. — *ἆρά τι προσήκει ἡμῖν*, i. e. num qua ad nos pertineat.

*Ὅσον μέν — πρ. τ. π. αὐτοῦ τείνει*] Pendet *αὐτοῦ* ab *ὅσον*, et neutrum pronominis ad femininum nomen refertur, usu haudquaquam raro, qui tamen corruptelae ansam dedit; v. libr. II. p. 368. A. Mox p. 527. C: *καὶ γὰρ τὰ πάρεργα αὐτοῦ οὐ σμικρά*, ubi Ast. *αὐτῆς* scribendum putabat. cf. Matth. Gr. §. 439.

D. *ἐν αὐταῖς τε ταῖς μάχαις —*] h. e. quum in ipsis



τοῦτο. Οὐ γὰρ οὖν. Πάντων δὴ ἕνεκα τούτων οὐκ ἀφετέον τὸ μάθημα, ἀλλ' οἱ ἄριστοι τὰς φύσεις παιδευτέοι ἐν αὐτῷ. Ξύμφημι, ἦ δ' ὅς.

Cap. IX. Τοῦτο μὲν τοίνυν, εἶπον, ἓν ἡμῖν κείσθω· δεύτερον δὲ τὸ ἐχόμενον τούτου σκεψώμεθα ἆρά τι προσήκει ἡμῖν. Τὸ ποῖον; ἢ γεωμετρίαν, ἔφη, λέγεις; Αὐτὸ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ. Ὅσον μέν, ἔφη, πρὸς τὰ πολεμικὰ αὐτοῦ τείνει, δῆλον ὅτι προσή- D
κει· πρὸς γὰρ τὰς στρατοπεδεύσεις καὶ καταλήψεις χωρίων καὶ συναγωγὰς καὶ ἐκτάσεις στρατιᾶς καὶ ὅσα δὴ ἄλλα σχηματίζουσι τὰ στρατόπεδα ἐν αὐταῖς τε ταῖς μάχαις καὶ πορείαις διαφέροι ἂν αὐτὸς αὑτοῦ γεωμετρικὸς καὶ μὴ ὤν. Ἀλλ' οὖν δή, εἶπον, πρὸς μὲν τὰ τοιαῦτα βραχύ τι ἂν ἐξαρκοῖ γεωμετρίας τε καὶ λογισμῶν μόριον· τὸ δὲ πολὺ αὐτῆς καὶ πορρωτέρω προϊὸν σκοπεῖσθαι δεῖ, εἴ τι πρὸς ἐκεῖνο E
τείνει, πρὸς τὸ ποιεῖν κατιδεῖν ῥᾷον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν. τείνει δέ, φαμέν, πάντα αὐτόσε, ὅσα ἀναγκάζει ψυχὴν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον μεταστρέφε-

*αὐτοῦ τείνει*] Sic Par. ADK. Vat. Θ. Ven. ΞII. Mon. Angel. Vat. r. Florentini sex et edit. Bas. 2. Vulgo *αὐτά*.

D. *γεωμετρικὸς καὶ μὴ ὤν*] *τε* vulgo post *γεωμετρικός* insertum delevi cum Bekkero auctoritate optimorum librorum Par. A. et Vat. Θ., quibuscum consentiunt Par. D. Flor. β. γ. et pr. Ven. II. Delevit etiam Schneid., cum quo posteriores faciunt. Mox *δὴ* om. Par. A. m. pr.

*τὰ τοιαῦτα βραχύ τι*] Sic Par. ADK. Ven. II. Vat. Θ. Mon. Vulgo post *τοιαῦτα* interpositum est *καί*, quod non sprevissem, nisi optimi libri omitterent; v ad libr. VI. p. 506. D.

*καὶ λογισμῶν*] V. *λογισμοῦ* invitis Par. ADK. aliis.

E. *τείνει δέ, φαμέν, πάντα*] Par. K. Mon. Flor. α. x.

σθαι, ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ εὐδαιμονέστατον τοῦ ὄντος, ὃ δεῖ αὐτὴν παντὶ τρόπῳ ἰδεῖν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν εἰ μὲν οὐσίαν ἀναγκάζει θεάσασθαι, προςήκει, εἰ δὲ γένεσιν, οὐ προςήκει. Φαμέν γε δή. Οὐ
527 τοίνυν τοῦτό γε, ἦν δ' ἐγώ, ἀμφιςβητήσουσιν ἡμῖν ὅσοι καὶ σμικρὰ γεωμετρίας ἔμπειροι, ὅτι αὕτη ἡ ἐπιστήμη πᾶν τοὐναντίον ἔχει τοῖς ἐν αὐτῇ λόγοις λεγομένοις ὑπὸ τῶν μεταχειριζομένων. Πῶς; ἔφη. Λέγουσι μέν που μάλα γελοίως τε καὶ ἀναγκαίως· ὡς γὰρ πράττοντές τε καὶ πράξεως ἕνεκα πάντας τοὺς λόγους ποιούμενοι λέγουσι τετραγωνίζειν τε καὶ παρατείνειν καὶ προςτιθέναι καὶ πάντα οὕτω φθεγ-

τείνειν. v. libr. V. p. 472. D. VII. p. 523. C. p. 524. C. al. Mox οὗ δεῖ Par. A. et a pr. m. οὐ δεῖ. male.

P. 527. B. Ὡς τοῦ ἀεὶ ὄντος] Interpositum vulgo τῆς post ὡς om. Par. ADK. Vat. Θ. Ven. Π. Mon. Ang. Vat. r. Florentini sex et pr. Ven. Ξ. Delevit etiam Bekker. Deinde vulgo erat τοῦ ποτέ τι γιγνομένου. Om. τι Flor. a. c. x. α. Angel. Sed τι est aliqua ratione. Fallitur enim Schneider. qui genitivum et nominativum sociatum putat.

Εὐομολόγητον, ἔφη·] Par. A. εὖ διομολογητέον. Flor. a. c. x. α. Ang. Διομολογητέον.

proeliis tum in itineribus. Scriptum vellem καὶ ἐν πορείαις. Proxima, διαφέροι ἂν αὐτός — μὴ ὤν, Ast. recte interpretatur hoc modo: vel optimus erit, si geometra est, vel rudissimus, si geometriae imperitus.

E. εἰ δὲ γένεσιν] Γένεσις tribuitur rebus sensibus subiectis, quippe quae perpetua agitatione fluctuentur, ideoque vera οὐσίᾳ careant; v. p. 525. B. sqq.

P. 527. ὅτι αὕτη ἡ ἐπιστήμη π. τ. ἔχει] Videlicet, si talis est, qualem nos esse volumus, ut cogat animum rerum οὐσίαν intueri. Vituperat vero philosophus aetatis suae geometras, qui sublimioris sapientiae immemores hanc disciplinam ita soleant tractare, ut omnia ad experientiam et usum vitae referant. — ὡς γὰρ πράττοντές τε καὶ πράξεως κ. τ. λ., i. e., ut paullo liberius exprimam, nam tanquam agentes et actionis gratia verba facientes vocabula quadrandi et producendi et addendi, et alia omnia similiter, usurpant atque crepant; quum tamen tota haec disciplina cognitionis gratia colatur, et quidem τοῦ ἀεὶ ὄντος γνώσεως ἕνεκα. Verbum φθέγγεσθαι hic quoque non est i. q. ὀνομάζειν vel λέγειν, sed retinet notionem sonandi, non sine eleganti quadam irrisione, ut libr. VI. p. 505. C. Theaet. p. 157. B. al. Praeterea notetur elegans amphibolia, quae inest in praegresso illo ἀναγκαίως, quod quum nunc significet ita ut vitae necessitatibus consu-



γόμενοι· τὸ δ' ἔστι που πᾶν τὸ μάθημα γνώσεως B
ἕνεκα ἐπιτηδευόμενον. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν τοῦτο ἔτι διομολογητέον; Τὸ ποῖον; Ὡς τοῦ ἀεὶ ὄντος γνώσεως, ἀλλ' οὐ τοῦ ποτέ τι γιγνομένου καὶ ἀπολλυμένου. Εὐομολόγητον, ἔφη· τοῦ γὰρ ἀεὶ ὄντος ἡ γεωμετρικὴ γνῶσίς ἐστιν. Ὁλκὸν ἄρα, ὦ γενναῖε, ψυχῆς πρὸς ἀλήθειαν εἴη ἂν καὶ ἀπεργαστικὸν φιλοσόφου διανοίας πρὸς τὸ ἄνω σχεῖν ἃ νῦν κάτω οὐ δέον ἔχομεν. Ὡς οἷόν τε μάλιστα, ἔφη.
Ὡς οἷόν τ' ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, μάλιστα προςτακτέον, C
ὅπως οἱ ἐν τῇ καλλιπόλει σοι μηδενὶ τρόπῳ γεωμετρίας ἀφέξονται. καὶ γὰρ τὰ πάρεργα αὐτοῦ οὐ σμι-

Ὁλκὸν ἄρα —] Vett. editt. ἕλκον — πρὸς ἀλήθειαν ψυχήν. Illud Par. A. Angel. Flor. a. c. x. α. servarunt. Etiam Ven. Π. ψυχῆς. In Vat. Θ. Paris. DK. Mon. Vat. r. est ψυχὴν πρὸς ἀλήθειαν.

C. οἱ ἐν τῇ καλλιπόλει σοι] V. καλλίστῃ πόλει σου. Sed καλλιπόλει Par. ADK. Vat. Θ. Ang. Vat. r. Flor. α. β. γ. a. c. x. cum Ald. et Bas. 1. Dativum σοι habent Par. ADK. Vat. Θ. Ven. ΞΠ. Mon. Vat. r. Flor. β. γ. Mox ἀφέξωνται Par. ADK. Ven. ΞΠ. Mon. Ang. Florentini sex cum Ald. Bas. 1. 2. soloece.

latur, tamen simul γεωμετρικὴν illam ἀνάγκην in mentem revocat.

B. Ὡς τοῦ ἀεὶ ὄντος γνώσεως] Repete ex praecedentibus ἕνεκά ἐστιν ἐπιτηδευόμενον.

Ὁλκὸν ἄρα — ψυχῆς] V. p. 521. D. Proxima non male reddit Ficinus: Atque ita ad philosophandum praeparabit cogitationem, ut ad supera convertamus quae nunc, contra quam decet, ad inferiora deiicimus. Scilicet πρὸς τὸ ἄνω σχεῖν sic explices: ὥστε πρὸς τὸ ἄνω σχεῖν κ. τ. λ. et effectrix est mentis philosophae, ut ad superiora attollamus, quae nunc, contra quam decet, ad inferiora habemus demissa.

C. ἐν τῇ καλλιπόλει] Optime haec lectio cum lepore et ironia convenit, quae in hoc Socratis sermone cernitur. Imitatus est Themist. Orat. XXI. p. 248. A. III. p. 42. D. p. 44. B., quos locos Ast. indicavit. Ceterum Göttling. Praefat. ad Aristotel. Polit. p. XII. ex hoc loco argumentatur Platonem Rempublicam suam non Πολιτείας nomine inscripsisse, sed potius Καλλίπολιν vocasse. Quod nobis quidem minime persuasit vir doctissimus. Πολιτείαν appellant etiam Aristoteles Rhetor. III, 4. alii.

καὶ γὰρ τὰ πάρεργα —] Hic quoque καὶ γάρ valet nam etiam; v. Gorg. p. 467. B. de Republ. v. p. 468. D. ibique annot. Mox πρὸς πάσας μαθήσεις referendum est ad διοίσει. Notior dictio διαφέρειν πρός τι, quam ut exemplis illustranda

κρά. Ποῖα; ἦ δ᾽ ὅς. Ἅ τε δὴ σὺ εἶπες, ἦν δ᾽ ἐγώ, τὰ περὶ τὸν πόλεμον, καὶ δὴ καὶ πρὸς πάσας μαθήσεις, ὥςτε κάλλιον ἀποδέχεσθαι, ἴσμεν που ὅτι τῷ ὅλῳ καὶ παντὶ διοίσει ἡμμένος τε γεωμετρίας καὶ μή. Τῷ παντὶ μέντοι νὴ Δί᾽, ἔφη. Δεύτερον δὴ τοῦτο τιθῶμεν μάθημα τοῖς νέοις; Τιθῶμεν, ἔφη.

D Cap. X. Τί δαί; τρίτον θῶμεν ἀστρονομίαν; ἢ οὐ δοκεῖ; Ἐμοὶ γοῦν, ἔφη· τὸ γὰρ περὶ ὥρας εὐαισθητοτέρως ἔχειν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν οὐ μόνον γεωργίᾳ οὐδὲ ναυτιλίᾳ προςήκει, ἀλλὰ καὶ στρατηγίᾳ οὐχ ἧττον. Ἡδὺς εἶ, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὅτι ἔοικας δεδιότι τοὺς πολλούς, μὴ δοκῇς ἄχρηστα μαθήματα προςτάττειν. τὸ δ᾽ ἔστιν οὐ πάνυ φαῦλον, ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι, ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν
E ἑκάστου ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀνα-

Cap. X. D. *Ἡδὺς εἶ —*] ὡς ἡδὺς εἶ Par. DK. Mon. Flor. 9. Theon. Smyrn. p. 6. et Nicomach. Arithm. p. 71. ed. Ast. Paullo ante vulg. Ἐμοιγ᾽ οὖν, probante Hermanno.

*ἑκάστου ὄργανον*] Sic Par. ADK. Ven. II. Mon. Vat. m. r. Flor. a. c. x. et pr. Vat. Θ. item Theo Sm. l. c. Legebatur ἑκάστοις, quod etiam Bekkerus retinuit.

sit. — *ὥστε κάλλιον ἀποδέχεσθαι*, sc. αὐτάς, ut eas facilius capiat. — Formulam ὅλῳ καὶ παντί ad Phaedon. p. 79. E. tetigimus.

Cap. X. D. *οὐ μόνον γεωργίᾳ οὐδὲ ναυτιλίᾳ*] h. e. οὐδὲ μόνον ναυτιλίᾳ. Ita μόνον usu fere constanti etiam ad posteriores negandi particulas referendum, de quo genere loquendi monuit Schaefer. ad Demosthen. ad Coron. p. 257., 6. et 262, 12. ed. Reisk. De formula irrisionis ἡδὺς εἶ v. Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 131. Lepide agis, inquit, quum vereri videaris, ne homines putent te inutiles disciplinas praescribere. Illud vero haud sane facile sed difficile est ad persuadendum, hisce disciplinis in unoquoque instrumentum quoddam animi expurgari et ignis instar suscitari, exstinctum et occaecatum reliquis studiis, quum tamen illud conservari melius sit quam mille oculos: nam hoc solo intuemur ipsam veritatem. — *ὅτι ἔοικας δεδιότι*. Libr. III. p. 414. C: ὡς ἔοικας, ἔφη, ὀκνοῦντι λέγειν. Men. p. 80. D: ὅμοιος εἶ οὐκ εἰδότι. Hipp. Mai. p. 300. E: τέρατα αὖ ἀποκρινομένῳ ἔοικας. Protagor. p. 361. C. Phaed. p. 86. D. al. Genitivus ἑκάστου sic nomini suo praepositus simul dativi commodi, quem vocant, partes agit. v. Buttmann. Gr. §. 120, 4. Ex quo apparet, quo iure alii ἑκάστοις scribendum iudicaverint. De proximis contulit Astius Synes. Dion. p. 47. D: ἀλλά τοι ταῦτα πάντα κοσμεῖ τὸ ὄμμα ἐκεῖνο καὶ ἀφαιρεῖ τὴν λήμην. Clem. Al. Paed. II. 1: τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς ἐκκαθαίρειν.



ζωπυρεῖται ἀπολλύμενον καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. οἷς μὲν οὖν ταῦτα ξυνδοκεῖ, ἀμηχάνως ὡς εὖ δόξεις λέγειν· ὅσοι δὲ τούτου μηδαμῇ ᾐσθημένοι εἰσίν, εἰκότως ἡγήσονταί σε λέγειν οὐδέν· ἄλλην γὰρ ἀπ᾽ αὐτῶν οὐχ ὁρῶσιν ἀξίαν λόγου ὠφέλειαν. σκόπει οὖν αὐτόθεν,
πρὸς ποτέρους διαλέγει, ἢ πρὸς οὐδετέρους, ἀλλὰ σαυ- 528
τοῦ ἕνεκα τὸ μέγιστον ποιεῖ τοὺς λόγους, φθονοῖς μὴν οὐδ᾽ ἂν ἄλλῳ, εἴ τίς τι δύναιτο ἀπ᾽ αὐτῶν ὄνασθαι. Οὕτως, ἔφη, αἱροῦμαι, ἐμαυτοῦ ἕνεκα τὸ πλεῖστον λέγειν τε καὶ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι. Ἄναγε τοίνυν, ἦν δ᾽ ἐγώ, εἰς τοὐπίσω· νῦν δὴ γὰρ οὐκ ὀρθῶς τὸ ἑξῆς ἐλάβομεν τῇ γεωμετρίᾳ. Πῶς λαβόντες; ἔφη. Μετὰ ἐπίπεδον, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἐν περιφορᾷ

P. 528. *ἢ πρὸς οὐδ.*] Vulgo ἢ οὐ πρὸς οὐδ. Sed recte οὐ om. Ven. Ξ. Angel. Flor. a. c. x. α. et Schneideri Vind. E. F. v. explicatt.

*φθονοῖς μὴν*] V. μέντοι ex optimis plurimisque libris mutatum. Mox cett. edd. ...

Ita etiam Xenophon. Sympos. I. 4: ἐκκεκαθαρμένοις τὰς ψυχάς. — *ἀναζωπυρεῖν* est proprie ignem sopitum et sub cinere latentem flatu, folle vel flabello suscitare, ne extinguatur, sed ut flammam concipiat; deinde metaphorice est aliquid, quod quasi semiextinctum est, excitare, fovere, servare, augere; v. intpp. ad Moer. p. 170.

E. *κρεῖττον ὂν σωθῆναι*] Verba imitatur Plutarch. Sympos. VIII. p. 718. E. Ob oculos habuerunt etiam Iamblich. Vit. Pyth. XVI. p. 58. Alcinous de Dogm. Plat. c. 27. p. 114. alii, quos laudavit Wyttenbach. ad Plutarch. de S.N.V. p. 94. Astius.

P. 528. *ἢ πρὸς οὐδετέρους*] vide cum utris disseras, an disseras cum neutris, sed tua ipsius caussa maxime verba facias, nec tamen aliis invideas, si quis inde possit aliquam capere utilitatem.

*Ἄναγε τοίνυν — εἰς τοὐπίσω*] Metaphora a re nautica petita. Eleganter Astius: Inhibe vero, inquam, retro orationem. Significat autem disputationem de astronomia institutam paullisper inhibendam esse, quoniam ante illam commemoranda fuerit doctrina de corporibus solidis, quam hodie nomine stereometriae, Platoni ignoto illo, insignire solent.

*τὸ ἑξῆς — γεωμετρίᾳ*] id, quod cum geometria proxime cohaereret, non recte elegimus. Ad Πῶς λαβόντες; ex praecedentibus repete οὐκ ὀρθῶς ἐλάβομεν. Eadem ratio est Phaedon p. 74. B. Phileb. p. 30. A. Demosthen. de Coron. p. 269. extr. ed. Reisk. al.

*ἐν περιφορᾷ ὂν ἤδη στε-*

ὂν ἤδη στερεὸν λαβόντες, πρὶν αὐτὸ καθ' αὑτὸ λα-
B βεῖν· ὀρθῶς δὲ ἔχει ἑξῆς μετὰ δευτέραν αὔξην τρί-
την λαμβάνειν. ἔστι δέ που τοῦτο περὶ τὴν τῶν κύ-
βων αὔξην καὶ τὸ βάθους μετέχον. Ἔστι γάρ, ἔφη·
ἀλλὰ ταῦτά γε, ὦ Σώκρατες, δοκεῖ οὔπω εὑρῆσθαι.
Διττὰ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, τὰ αἴτια· ὅτι τε οὐδεμία πό-
λις ἐντίμως αὐτὰ ἔχει, ἀσθενῶς ζητεῖται χαλεπὰ ὄντα,
ἐπιστάτου τε δέονται οἱ ζητοῦντες, ἄνευ οὗ οὐκ ἂν
εὕροιεν, ὃν πρῶτον μὲν γενέσθαι χαλεπόν, ἔπειτα καὶ
γενομένου, ὡς νῦν ἔχει, οὐκ ἂν πείθοιντο οἱ περὶ
C ταῦτα ζητητικοὶ μεγαλοφρονούμενοι. εἰ δὲ πόλις ὅλη
ξυνεπιστατοῖ ἐντίμως ἄγουσα αὐτά, οὗτοί τε ἂν πεί-
θοιντο καὶ ξυνεχῶς τε ἂν καὶ ἐντόνως ζητούμενα ἐκ-
φανῆ γένοιτο ὅπῃ ἔχει· ἐπεὶ καὶ νῦν ὑπὸ μὲν τῶν

tatum. Mox vett. edit. *Οὕτω γ' ἔφη*, quod item ex Par. ADK Vat. Θ. Ven. II. Mon. Flor. β, aliis mutatum.

B. *ἀσθενῶς ζητεῖται*] Sic Par. A.Vat. Θ. Ven. ΞII. Ang. Vat. r. Flor. a. c. x. α. γ. Vulgo *ἀσθενῶς τε ζητεῖται*. Astius mavult *τε* ante *ζητεῖται* retineri, sed post *ἐπιστάτου* mutari in *γέ*, ut scribatur: *χαλεπὰ ὄντα· ἐπιστάτου γε κτλ.*

*ἄνευ οὗ οὐκ ἄν*] *οὗ ἄνευ* Flor. a. c. x. α. γ. Ven. Ξ. Ang. et corr. Vat. r.

C. *ὅπῃ ἔχει*] *ἔχοι* Mon. Flor. β. γ. Dein *μέν* om. Par. ADK.

*ρεὸν λ.*] Ipse explicat p. 528. D: *τὴν βάθους αὔξης μέθοδον — ὑπερβὰς αὐτὴν μετὰ γεωμετρίαν ἀστρονομίαν ἔλεγον, φορὰν οὖσαν βάθους.*— Dein *αὐτό καθ' αὑτό* est *οὔπω ἐν περιφορᾷ ὄν*. Elegerunt autem *τὸ στερεὸν ἤδη ἐν περιφορᾷ*, quia ad astronomiam transierunt, quae contemplatur solidorum corporum, i. e. siderum, agitationes et motus.

B. *ὅτι τε οὐδεμία πόλις—*] Duplicem causam affert, cur stereometria minus exculta sit; alteram, quod a nulla civitate in honore habita propter difficultatem suam iusto minore virium contentione tractetur; alteram, quod qui in eius studio versentur, careant idoneo studiorum duce atque moderatore, qualis vel raro nascatur, vel, si quando exstiterit, facile a fastidiosa vulgarium geometrarum turba contemnatur. Sententia haec quum et recta sit et perspicua, non erat cur Ast. de receptae lectionis veritate dubitaret. Loquutionem *ἐντίμως ἔχειν* notavit Lobeck. ad Phrynich. p. 419. Est enim i. q. *ἐν τιμῇ ἔχειν* s. *ἄγειν*, quod legitur infra p. 538. E. Contra ap. Xenoph. Anab. II, 1, 7. est in honore esse. Mox pro *μεγαλοφρονούμενα* Cobetus Varr. Lectt. p. 232. corr. *μεγαλαυχούμενοι*, quia *μεγαλοφρονεῖσθαι* nemo umquam dixerit. Sed dubitationem iniiciunt atque cautionem suadent quae disputavit Lobeck. ad Aiac. p. 344. ed. 2.

C. *ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων — καθ' ὅ τι χρήσιμα*] Fi-



πολλῶν ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα, ὑπὸ δὲ τῶν ζη-
τούντων, λόγον οὐκ ἐχόντων καθ' ὅ τι χρήσιμα, ὅμως
πρὸς ἅπαντα ταῦτα βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται, καὶ
οὐδὲν θαυμαστὸν αὐτὰ φανῆναι. Καὶ μὲν δή, ἔφη, D
τό γε ἐπίχαρι καὶ διαφερόντως ἔχει. ἀλλά μοι σαφέ-
στερον εἰπὲ ἃ νῦν δὴ ἔλεγες. τὴν μὲν γάρ που τοῦ
ἐπιπέδου πραγματείαν γεωμετρίαν ἐτίθεις. Ναί, ἦν
δ' ἐγώ. Εἶτά γ', ἔφη, τὸ μὲν πρῶτον ἀστρονομίαν
μετὰ ταύτην, ὕστερον δ' ἀνεχώρησας. Σπεύδων γάρ,
ἔφην, ταχὺ πάντα διεξελθεῖν μᾶλλον βραδύνω· ἑξῆς
γὰρ οὖσαν τὴν βάθους αὔξης μέθοδον, ὅτι τῇ ζη-
τήσει γελοίως ἔχει, ὑπερβὰς αὐτὴν μετὰ γεωμετρίαν
ἀστρονομίαν ἔλεγον, φορὰν οὖσαν βάθους. Ὀρθῶς, E
ἔφη, λέγεις. Τέταρτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τιθῶμεν

Vat. Θ. Ven. II. Mon. Flor. β. γ. suffragantibus Schneid. Turr. Herm.

D. *γεωμετρίαν ἐτίθεις*] Vulgat. *ἐτίθεις* Bekker. ex Par. A. Ven. II. Vind. Mon. Vat. m., quibuscum consentit Flor. β., mutavit in *ἐτίθης*, probantibus etiam nuperis editt. Retinui tamen alteram formam, cuius exemplum vidimus libr. VI. p. 497. D., ubi solus Par. D. *ἐτίθης* habebat.

*ἀστρονομίαν μετὰ ταύτην*] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Angel. Vulgo *μετ' αὐτήν*.

cinus: quippe quae nunc, quanquam et vulgus ista contemnit et prohibet, et qui haec perscrutantur, qua ratione utilia sint, ignorant; tamen vi gratiae cuiusdam vigent. Periodus insolentius structa, quandoquidem ad *ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων κτλ.* proprie addendum fuit *ἀγνοούμενα*; ac deinde sic pergendum: *ὅμως ὑπὸ τούτων* (sc. *τῶν ζητούντων*) *αὐξάνεται*. At nimirum scriptor posteaquam dixit *ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων*, continuo mente et cogitatione delatus est ad *αὐξάνεται* verbum, ideoque transiluit quae media fuerunt adiicienda. Quocirca loci sententia sic declaranda est: nam vel nunc licet a multitudine vulgi contemnantur et detrectentur, ab iis tamen, qui ea perquirunt, quamvis non possint indicare quatenus sint utilia, tamen his omnibus adversantibus propter gratiam quandam, qua vigent, augentur, nec mirum est ea (hac via) in conspectum prodire. Itaque anacoluthon patet ex breviloquentiae studio ortum esse. De Graecorum his in rebus imperitia locus gravissimus est Legg. VII. p. 819. D. E. p. 820. A. B. Scribendum autem videtur: *αὐτὰ ταύτῃ φανῆναι*.

D. *Εἶτά γ', ἔφη, τ. μ. πρ. ἀστρ. μετὰ ταύτην*] Int. *ἐτίθεις*. De proverbio *Σπεύδων — βραδύνω* v. Politic. p. 264. B. Mox *ὅτι τῇ ζητήσει γελοίως ἔχει* est quia ita est comparata.

μάθημα ἀστρονομίαν, ὡς ὑπαρχούσης τῆς νῦν παραλειπομένης, ἐὰν αὐτὴν πόλις μετίῃ. Εἰκός, ἦ δ' ὅς. καὶ ὅ γε νῦν δή μοι, ὦ Σώκρατες, ἐπέπληξας περὶ ἀστρονομίας ὡς φορτικῶς ἐπαινοῦντι, νῦν ᾗ σὺ μετέρχει ἐπαινῶ. παντὶ γάρ μοι δοκεῖ δῆλον, ὅτι αὕτη
529 γε ἀναγκάζει ψυχὴν εἰς τὸ ἄνω ὁρᾶν καὶ ἀπὸ τῶν ἐνθένδε ἐκεῖσε ἄγει. Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, παντὶ δῆλον πλὴν ἐμοί· ἐμοὶ γὰρ οὐ δοκεῖ οὕτως. Ἀλλὰ πῶς; ἔφη. Ὡς μὲν νῦν αὐτὴν μεταχειρίζονται οἱ εἰς φιλοσοφίαν ἀνάγοντες, πάνυ ποιεῖν κάτω βλέπειν. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Οὐκ ἀγεννῶς μοι δοκεῖς, ἦν δ' ἐγώ, τὴν
B περὶ τὰ ἄνω μάθησιν λαμβάνειν παρὰ σαυτῷ ἥ ἐστι·

E. ᾗ σὺ μετέρχει] V. συμμετέρχει, quod ex optimis et plurimis codd. mutatum est.

P. 529. B. νοήσει, ἀλλ' οὐκ ὄμμασι] V. νοήσειν. Recte νοήσει Par. K. Ang. Flor. α. β. x. Legitur etiam in codd. Oxonn., unde Porsonum reponendum iudicasse narrat Malthby in Morelli Thesaur. Prosod. p. 603.

ἐάν δέ τις ἄνω — ἐπιχειρῇ μανθάνειν] Bekker. post ἢ κάτω συμμεμυκὼς ex cod. Mon. addidit verba: τούτων τι μανθάνῃ· ἐὰν δὲ ἄνω που κεχηνὼς ὁτιοῦν, in reliquis codd. omissa, nisi quod eam lectionem in Flor. β. margini adscripsit manus recentior. Atque iidem libri deinde etiam τι ante ἐπιχειρῇ omittunt, quod et

ut de ea quaerere ridiculum sit.

E. ὡς ὑπαρχούσης — μετίῃ] quasi ea, quam nunc praetermittimus (stereometria), exstet, si illam civitas tractet atque colat. Voc. φορτικόν et φορτικῶς dicitur de importuna et molesta laude, ut ἐπαχθές Phaedon. p. 87. A.

P. 529. ἀπὸ τῶν ἐνθένδε] Gorg. p. 472. B: ἥντινα ἂν βούλῃ τῶν ἐνθένδε ἐκλέξασθαι. Attractionis genus notavimus ad Phaedon. p. 76. D. cf. Hermann. ad Viger. p. 753. Buttmann. Gr. §. 138. 1, 4, 8. et quos laudavit Krüger. de Attractione p. 301 sq.

πάνυ ποιεῖν κάτω βλέπειν] Repete δοκεῖ. Hoc dicit: Quemadmodum nunc tractant qui ad philosophiam evehunt, videtur plane efficere, ut deorsum spectemus. De φιλοσοφία et φιλοσοφεῖν v. ad Phileb. p. 56. D. Usurpatur nimirum de subtiliore doctrinarum tractatione.

Οὐκ ἀγεννῶς μοι δοκεῖς—] Haec dicuntur εἰρωνικῶς hoc sensu: Praeclare sane mihi videris, inquam ego, rerum superarum disciplinam animo tuo informare: periculum est enim, ne, si quis in tecto ornamenta spectet atque suspiciens aliquid animadvertat, eum censeas mente, non oculis contemplari. De οὐκ ἀγεννῶς cf. Gorg. p. 492. D. p. 521. A. Charmid. p. 158. C. Phaedr. p. 264. B.

B. ἄλλο τι νομίσαι ἄνω-



κινδυνεύεις γὰρ καὶ εἴ τις ἐν ὀροφῇ ποικίλματα θεώμενος ἀνακύπτων καταμανθάνοι τι, ἡγεῖσθαι ἂν αὐτὸν νοήσει, ἀλλ' οὐκ ὄμμασι θεωρεῖν. ἴσως οὖν καλῶς ἡγεῖ, ἐγὼ δ' εὐηθικῶς. ἐγὼ γὰρ αὖ οὐ δύναμαι ἄλλο τι νομίσαι ἄνω ποιοῦν ψυχὴν βλέπειν μάθημα ἢ ἐκεῖνο, ὃ ἂν περὶ τὸ ὄν τε ᾖ καὶ τὸ ἀόρατον· ἐάν δέ τις ἄνω κεχηνὼς ἢ κάτω συμμεμυκὼς τῶν αἰσθητῶν τι ἐπιχειρῇ μανθάνειν, οὔτε μαθεῖν ἄν ποτέ φημι αὐτόν — ἐπιστήμην γὰρ οὐδὲν ἔχειν τῶν τοιούτων — οὔτε ἄνω ἀλλὰ κάτω αὐτοῦ βλέπειν τὴν C
ψυχήν, κἂν ἐξ ὑπτίας νέων ἐν γῇ ἢ ἐν θαλάττῃ μανθάνῃ. Cap. XI. Δίκην, ἔφη, ἔχω· ὀρθῶς γάρ μοι

quod et ipsum abiecit Bekkerus. In Ald. Bass. 1. 2. Steph. istud τι ante ἐπιχειρῇ insertum est, quo loco illud etiam servat Par. A. teste Dübnero, de quo falsus est Schneiderus, qui voculam cum Vat. m.r. post ἐπιχειρῇ posuit. Praeterea pro vulg. ἐάν τέ τις suadente Herm. ex Angel. et Vind. F. refinximus ἐὰν δέ τις.

οὐδὲν ἔχειν τῶν τοιούτων] Ven. Ξ. Vind. Vat. m.r. τὸν τοιοῦτον, probante Astio. Etiam Ficinus: scientiam enim adipisci hunc nego.

C. ἐξ ὑπτίας νέων] Sic editt. omnes. In Vat. Θ. Ven. Ξ. Vat. r. ναίων. Par. DK. νεῶν. Par. A. Vat. m. μέν. Vind. μήν. Flor. β. νέων ἐν θαλάττῃ ἢ ἐν γῇ μανθ., quod olim recepi.

ποιοῦν ψ. βλ.] Heindorfius ad Theaet. §. 83. corrigebat ποιεῖν. Et persuasit hanc rationem etiam Schneidero, qui sese fatetur non habere quod ei opponat. Sed quum recte dicatur νομίζειν τι κακόν, νομίζειν τι μέγα, κτλ. quidni item recte dictum sit ἄλλο τι νομίσαι ποιοῦν. h. e. efficax ad ctr. Non inepte certe contulit Astius Xenoph. De Rep. Lac. I. 6: καὶ τοῦτο συμφέρον τῇ εὐγονίᾳ νομίζων. Accedit quod hoc loco ista ratione vitatur concursus duorum infinitivorum. Itaque codicum lectio sane servanda. Est autem sententia loci haec: Ego enim rursus non possum statuere aliud quid mentem sursum tollere nisi illam disciplinam, quae ad id refertur, quod est nec oculis potest percipi. Si vero quis sive sursum ore hiante, (ut te facere aiebam) sive deorsum ore compresso eorum, quae sensibus percipiuntur, aliquid percipere studet, nec discere hunc dico — scientiam enim nihil tale habere — nec sursum eius mentem, sed deorsum spectare, etiamsi (more urinatorum) resupinus natans in terra vel mari discat. Dictio ἐξ ὑπτίας νεῖν vel διανεῖν ab arte urinatorum petita. v. Pollux VIII. 138. Ridetur nimirum ea hominum istorum perversitas, qua sibi videntur ἄνω βλέπειν, quum ultra res adspectabiles non emergant, utpote negligentes eius quod per se est et oculorum adspectum fugit, scientiam et cognitionem.

ἐπέπληξας. ἀλλὰ πῶς δὴ ἔλεγες δεῖν ἀστρονομίαν μαν-
θάνειν παρὰ ἃ νῦν μανθάνουσιν, εἰ μέλλοιεν ὠφελίμως
πρὸς ἃ λέγομεν μαθήσεσθαι; Ὧδε, ἦν δ' ἐγώ. ταῦτα μὲν
τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ποικίλματα, ἐπείπερ ἐν ὁρατῷ πεποίκιλ-
D ται, κάλλιστα μὲν ἡγεῖσθαι καὶ ἀκριβέστατα τῶν τοιού-
των ἔχειν, τῶν δὲ ἀληθινῶν πολὺ ἐνδεῖν, ἃς τὸ ὂν
τάχος καὶ ἡ οὖσα βραδυτὴς ἐν τῷ ἀληθινῷ ἀριθμῷ
καὶ πᾶσι τοῖς ἀληθέσι σχήμασι φοράς τε πρὸς ἄλλη-
λα φέρεται καὶ τὰ ἐνόντα φέρει. ἃ δὴ λόγῳ μὲν καὶ
διανοίᾳ ληπτά, ὄψει δ' οὔ. ἢ σὺ οἴει; Οὐδαμῶς, ἔφη.
Οὐκοῦν, εἶπον, τῇ περὶ τὸν οὐρανὸν ποικιλίᾳ παρα-
δείγμασι χρηστέον τῆς πρὸς ἐκεῖνα μαθήσεως ἕνεκα,
E ὁμοίως ὥςπερ ἂν εἴ τις ἐντύχοι ὑπὸ Δαιδάλου ἤ τι-
νος ἄλλου δημιουργοῦ ἢ γραφέως διαφερόντως γε-

Cap. XI. D. *Οὐδαμῶς, ἔφη.*] V. *Οὐδαμῶς γε, ἔφη.*, quod Bekker. ex Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Vat. m. r. Mon. mutavit. Mox solus Steph. *παραδείγματι*.

E. *γελοῖον μὴν ἐπισκοπεῖν*] V. *μέν*, invitis codicibus fere omnibus. Pro *αὐτά*, quod e Vat. Θ. r. Ven. II. Par. DK.

Cap. XI. C. *ἀλλὰ πῶς δὴ ἔλεγες δεῖν* —] Sed quomodo tandem intelligi vis quod dicebas oportere astronomiam disci secus atque nunc eam discunt etc. Phaed. p. 46. D: *πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σ., τὸ μὴ θεμιτὸν εἶναι ἑαυτόν βιάζεσθαι*; De Rep. I. p. 347. A: *πῶς τοῦτο λέγεις;* Men. p. 73. A. al.

D. *τῶν δὲ ἀληθινῶν πολὺ ἐνδεῖν, ἃς — φέρει*] Astius legendum coniecit: *ὧν τὸ ὂν τάχος — βραδυτής, καὶ ἐν τῷ ἀλ. — φέρει*, ut *καί* sit, i. q. *καὶ ἅ*, quemadmodum haud raro solet relativo praegresso poni. Ac placuit haec ratio etiam Heusdio Init. Phil. Plat. Vol. II. Part. II. p. 65. Sed libri omnes de vulgata lectione mirifice consentiunt, praeterquam quod pro *ἃς* Flor. x. *ἃ* et Angel. *ὅ* exhibent. Nec vero quidquam sollicitandum. Nam sententia haec est: existimandum esse, varietates illas in coelo, quum in loco visibili sint informatae, pulcerrimas quidem et accuratissimas esse inter ea, quae sunt istius generis; sed longe distare a veris varietatibus et vicissitudinibus (quae non in ipsis corporibus coelestibus observantur sed unice mente comprehenduntur, astronomia uno mentis intellectu informata), secundum motiones (habita motionum ratione) quibus vera celeritas veraque tarditas (species utriusque mente concepta et a corporum concretione libera) et vero in numero et in omnis generis veris figuris tam ad se invicem feruntur quam ea, quae complectuntur (*τὰ ἐνόντα*, i. e. corpora secundum intellectus intuitionem, quam dicere licebit, iis subiecta), ferunt. Quae quidem ratione



γραμμένοις καὶ ἐκπεπονημένοις διαγράμμασιν. ἡγή-
σαιτο γὰρ ἄν πού τις ἔμπειρος γεωμετρίας, ἰδὼν τὰ
τοιαῦτα, κάλλιστα μὲν ἔχειν ἀπεργασίᾳ, γελοῖον μὴν
ἐπισκοπεῖν αὐτὰ σπουδῇ ὡς τὴν ἀλήθειαν ἐν αὐτοῖς
ληψόμενον ἴσων ἢ διπλασίων ἢ ἄλλης τινὸς συμμε- 530
τρίας. Τί δ' οὐ μέλλει γελοῖον εἶναι; ἔφη. Τῷ ὄντι
δὴ ἀστρονομικόν, ἦν δ' ἐγώ, ὄντα οὐκ οἴει ταὐτὸν
πείσεσθαι εἰς τὰς τῶν ἄστρων φορὰς ἀποβλέποντα;
νομιεῖν μέν, ὡς οἷόν τε κάλλιστα τὰ τοιαῦτα ἔργα
συστήσασθαι, οὕτω ξυνεστάναι τῷ τοῦ οὐρανοῦ δη-
μιουργῷ αὐτόν τε καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· τὴν δὲ νυκτὸς
πρὸς ἡμέραν ξυμμετρίαν καὶ τούτων πρὸς μῆνα καὶ
μηνὸς πρὸς ἐνιαυτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων πρός τε
ταῦτα καὶ πρὸς ἄλληλα οὐκ ἄτοπον, οἴει, ἡγήσεται B

Mon. Angel. Flor. β. x. et Marg. Ven. Ξ. recepi, vulgo erat *ταῦτα*, idque servarunt etiam nuperi editores.

P. 530. *Τῷ ὄντι δὴ ἀστρ.*] Addidi olim *Τὸν* ante *τῷ* ex Mon. Flor. α. β. Sed noluimus nunc reliquorum librorum auctoritati adversari.

B. *οἴει, ἡγήσεται*] *ἡγήσεσθαι* Florentini, Mon Ang.

et cogitatione, non idem visu percipiuntur. Itaque *ἃς φορὰς φέρεται καὶ φέρει* dictum esse liquet pro *κατὰ τὰς φοράς, ἃς φέρεται*, attractionis genere non adeo raro; accusativus autem ex iis explicandus, quae tractavit Matthiae Gr. Gr. §. 425. Nec vero de sententia verborum iam ulla potest esse controversia, quam certe depravarunt qui nuper cum Bernhard. Synt. Gr. p. 302. post *ἀληθινῶν* intellexerunt *φορῶν*, quasi *τῶν ἀληθινῶν* per prolepsin sit positum pro *φορῶν*, id quod placuit Steinharto Interpr. Germ. p. 691. sq. et Susemihlio Genet. Expl. Phil. Plat. Vol. II. p. 209. sq. Etenim significat philosophus adspectabiles quidem coeli motus esse pulcerrimos et accuratissimos, nec tamen eos propter corporum coniunctionem omni ex parte perfectos esse; sed eosdem illos motus mente et intellectu informatos longe esse perfectissimos atque verissimos. Scilicet ea, quae in coelo mira varietate lucent, sunt quasi *παραδείγματα* ipsius veritatis, quae sola mente comprehenditur. conf. 529. D. p. 530. A.

E. *ἐκπεπονημ. διαγράμμασιν*] *Διαγράμματα* nunc sunt operum lineamenta.

P. 530. *νομιεῖν μέν, ὡς οἷόν τε κ.*] Adiiciuntur haec praecedentibus per epexegesin, hoc sensu: id est, existimaturum, quam optime talia opera componi queant, esse a coeli opifice composita, cum ipsum coelum, tum quae in eo insint.

*καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων*] ac *praeterea* siderum; v. ann. ad Apol. Socr. p. 31. B. Symp. 216. E. Gorg. p. 473. C. 480. D. Reip. X. p. 618. A. II. p. 357. C.

B. *οὐκ ἄτοπον, οἴει, ἡγήσεται* —] nonne ineptum iudicabit eum, qui existi-

τὸν νομίζοντα γίγνεσθαί τε ταῦτα ἀεὶ ὡςαύτως καὶ οὐδαμῇ οὐδὲν παραλλάττειν, σῶμά τε ἔχοντα καὶ ὁρώμενα, καὶ ζητεῖν παντὶ τρόπῳ τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν λαβεῖν; Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ἔφη, σοῦ νῦν ἀκούοντι. Προβλήμασιν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, χρώμενοι ὥςπερ γεωμετρίαν οὕτω καὶ ἀστρονομίαν μέτιμεν· τὰ δ' ἐν τῷ
C οὐρανῷ ἐάσομεν, εἰ μέλλομεν ὄντως ἀστρονομίας μεταλαμβάνοντες χρήσιμον τὸ φύσει φρόνιμον ἐν τῇ ψυχῇ ἐξ ἀχρήστου ποιήσειν. Ἦ πολλαπλάσιον, ἔφη, τὸ ἔργον ἢ ὡς νῦν ἀστρονομεῖται προςτάττεις. Οἶμαι δέ γε, εἶπον, καὶ τἆλλα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον προςτάξειν ἡμᾶς, ἐάν τι ἡμῶν ὡς νομοθετῶν ὄφελος ᾖ.

Cap. XII. Ἀλλὰ γάρ τι ἔχεις ὑπομνῆσαι τῶν προςηκόντων μαθημάτων; Οὐκ ἔχω, ἔφη, νῦν γ' οὑτωσί. Οὐ μὴν ἕν, ἀλλὰ πλείω, ἦν δ' ἐγώ, εἴδη παρέ-
D χεται ἡ φορά, ὡς ἐγᾦμαι. τὰ μὲν οὖν πάντα ἴσως

Cap. XII. C. Οὐκ ἔχω, ἔφη, ν.] V. post ἔχω additum γε, quod om. Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ II. Vind. Angel. Vat. m. et quinque Florentini. In Mon. et Flor. β. est οὐκ ἔγωγε Pro vulg. Ἀλλὰ γὰρ τί Herm. cum Mon et Vind F. scripsit Ἀλλὰ γάρ τι, quoniam τί in responso flagitaverit Οὐδέν. Recte. Igitur vulg. mutavimus.

met fieri haec semper eadem ratione nec quidquam ullo modo ab ea deflectere, quum et corpora habeant et sub adspectum cadant, et qui se putet omni modo id studere debere, ut veram eorum naturam percipiat? Nam ad καὶ ζητεῖν ex antecedentibus repetendum καὶ ἄτοπον ἡγήσεται τὸν νομίζοντα. De verbo οἴει reliquae orationi interposito v. ad libr. VI. p 486. C.

C. πολλαπλάσιον — ἢ ὡς νῦν πρ.] Frequens ἤ post πολλαπλάσιον illatum, quippe quod fere idem sit quod πολλῷ πλείω. cf. p. 534. A. et Matth. Gr. §. 619. — ἐάν τι ἡμῶν — ὄφελος ᾖ, h. e. si quidem non plane inepti legumlatores simus. Formulam loquendi legimus libr. VI. p. 489. C. Legg. IX. p. 856. C. Apolog. Socr. c. 16. Euthyphr. p. 4. E. aliis locis plurimis.

Cap. XII. νῦν γ' οὑτωσί] sic statim. v. ad Gorg. p. 464. A. — p. 79.

D. ἃ δὲ καὶ ἡμῖν — δύο] Alteram φορᾶς speciem et formam dicit, quae ad oculorum sensum referatur, alteram, quae pertineat ad aures. Posterior quoniam priori quasi ex altera parte respondet (ein Gegenstück dazu ist), propterea vocatur ἀντίστροφος αὐτοῦ, de quo voc. v. ad p. 522. A. — πρὸς τούτῳ, praeter astronomicum φορᾶς s. motus genus. — Hoc igitur dicit, duas esse motus formas, quae item duobus sensibus percipiantur, unam oculos moventem, qualis sit conversio coelestium globorum, pertinentem illam ad astronomiae disciplinam; alteram aures incitantem, qualis sit harmonia mo-



ὅςτις σοφὸς ἕξει εἰπεῖν· ἃ δὲ καὶ ἡμῖν προφανῆ, δύο. Ποῖα δή; Πρὸς τούτῳ, ἦν δ' ἐγώ, ἀντίστροφον αὐτοῦ. Τὸ ποῖον; Κινδυνεύει, ἔφην, ὡς πρὸς ἀστρονομίαν ὄμματα πέπηγεν, ὣς πρὸς ἐναρμόνιον φορὰν ὦτα παγῆναι, καὶ αὗται ἀλλήλων ἀδελφαί τινες αἱ ἐπιστῆμαι εἶναι, ὡς οἵ τε Πυθαγόρειοί φασι καὶ ἡμεῖς, ὦ Γλαύκων, ξυγχωροῦμεν. ἢ πῶς ποιοῦμεν; Οὕτως,
ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐπειδὴ πολὺ τὸ ἔργον, ἐκεί- E
νων πευσόμεθα, πῶς λέγουσι περὶ αὐτῶν καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τούτοις· ἡμεῖς δὲ παρὰ πάντα ταῦτα φυλάξομεν τὸ ἡμετέρον. Ποῖον; Μή ποτ' αὐτῶν τι ἀτελὲς ἐπιχειρῶσιν ἡμῖν μανθάνειν οὓς θρέψομεν, καὶ οὐκ ἐξῆκον ἐκεῖσε ἀεί, οἷ πάντα δεῖ ἀφήκειν, οἷον ἄρτι περὶ τῆς ἀστρονομίας ἐλέγομεν. ἢ οὐκ οἶσθ', ὅτι καὶ περὶ ἁρμονίας ἕτερον τοιοῦτον ποιοῦσι; τὰς
γὰρ ἀκουομένας αὖ συμφωνίας καὶ φθόγγους ἀλλή- 531

D. ὣς πρὸς ἐναρμ. φ.] Angel. Flor. x. οὕτως πρ. ἐν. φ. In Ven. II. Flor. α. π. οὕτω superscriptum vel ex corr. restitutum.

E. παρὰ πάντα ταῦτα] V. π. ταῦτα πάντα, quod ex optimis libris mutatum.

ἢ οὐκ οἶσθ', ὅτι] Ante Astium ἢ scribebatur.

tuum coelestium, qua musica efficiatur. Ex quo intelligitur velle eum harum artium cognationem atque necessitudinem ex Pythagoreorum decretis illustrare adeoque musicae originem patefacere. Constat enim Pythagoreos docuisse musicam esse coelestis harmoniae imitationem ac mundum ipsum canere ad harmoniam. vid. Plat. Cratyl. p. 405. D. Cicer. Somn. Scip. c. 5. De Nat. Deor. III. 11. ibique intpp. Censorin. De die nat. c. 13. Ptolem. Harm. III. 8. et quos praeterea laudavit Astius ad h. l. — In transcursu notamus ὡς—ὣς positum pro ὡς — οὕτως, de quo v. ad Protagor. p. 326. D. De verbis ὡς οἵ τε Πυθαγόρειοί φασι, καὶ ἡμεῖς — ξυγχωροῦμέν v. ad Gorg. p. 487. D. et libr. IV. p. 424 C.

E. ἡμεῖς δὲ παρὰ πάντα τ. φυλάξομεν τὸ ἡμέτερον] nos autem praeter haec omnia illud, quod in superioribus statuimus, observabimus. Docet enim veram musicae praestantiam non esse positam in ipsa sonorum auditione, quippe quae tota ad sensuum perceptionem referatur, nec in notitia sonorum et concentus voluptate, quod vulgus opinetur; sed in contemplatione absolutarum cuiusque harmoniae rationum ipsaque earum cognitione sive acustices theoria, ut ita dicam, per quam animus excitetur ad rerum, quae per se exstant nec sensibus subiectae sunt, investigationem et considerationem. — ἐξῆκον ἐκεῖσε, illuc spectans, illuc nitens, dahin abzweckend.

P. 531. ἕτερον τοιοῦτον ποιοῦσι] item tale quid faciunt, ut in artibus an-

λοις ἀναμετροῦντες ἀνήνυτα, ὥςπερ οἱ ἀστρονόμοι, πονοῦσι. Νὴ τοὺς θεούς ἔφη, καὶ γελοίως γε, πυκνώματ' ἄττα ὀνομάζοντες καὶ παραβάλλοντες τὰ ὦτα, οἷον ἐκ γειτόνων φωνὴν θηρευόμενοι, οἱ μέν φασιν ἔτι κατακούειν ἐν μέσῳ τινὰ ἠχὴν καὶ σμικρότατον εἶναι τοῦτο διάστημα, ᾧ μετρητέον, οἱ δὲ ἀμφιςβητοῦντες ὡς ὅμοιον ἤδη φθεγγομένων, ἀμφότεροι ὦτα

P. 531. *ἀνήνυτα, ὥςπερ οἱ ἀστρ.*] Angel. a. pr.m. *ἀνόνητα*, quod etiam in Flor. a. c. x. legitur.

B. *ἐπὶ τῶν κολλόπων*] Vat. r. *καλλόπων*. Flor. *β*. *κολόπων*.

tea memoratis. v. ad Symp. p. 201. E. Phaedon. p. 57. D.

*ἀνήνυτα — πονοῦσι*] h. e. immensum laborem suscipiunt, qui ad finem perduci non possit adeoque inutilis sit. Apte comparavit Ast. Legg. V. p. 735. B: *μάταιος — ὁ πόνος καὶ ἀνήνυτος*. Ibid. VI. p. 718. E. Mox sect. D. dicit *οὐκ ἀνόνητα πονεῖσθαι*, quod est non frustra consumi laborem, non adiuncta multi molestique laboris notione. Libr. VI. p. 486. C: *ἀνόνητα δὴ πονῶν οὐκ οἴει κτλ.*

*πυκνώματ' ἄττα — παραβάλλοντες τ. ὦτα —*] Plena irrisionis est haec organicorum, ut vocabantur, descriptio. v. Theon. Arithmet. p. 21. Music. p. 73. *Πυκνώματα* in re musica quaenam dicantur, disces ex iis, quae disseruit Boeckh. de Metris Pindar. p. 208. et annotat. in edit. Spalding. Quintilian. Vol. IV. p. 670. sqq. collato imprimis loco Legum Plat. Libr. VII. p. 812. D.E. ubi artificia ista musicorum item perstringuntur. Nimirum *πυκνότης* a musicis dicta est densitas sonorum, quum spatia sonorum principalium interiectis sonis mobilibus maiore quadam vocum varietate complebantur, atque iis sonis, qui essent interpositi, etiam alii rursus interserebantur, ut maior inde eorum frequentia existeret. Contrarium vocabatur *μανότης*. Rem ipsi copiosius exposuimus in Progr. Scholae Thom. Lips. Musica ex Platone p. 19. sqq. — Verba *οἷον ἐκ γειτόνων φωνὴν θηρευόμενοι* nescio an respiciant ad illa poetae comici, quorum mentio fit Alcibiad. I. p. 121. D. *οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρα τοι αἰσθάνονται*. Haec enim in proverbium abiisse cognosci potest ex annot. C. Beieri ad Cicer. de Offic. I. c. 21. §. 73.

*ἐν μέσῳ τινὰ ἠχήν*] Moeris p. 175: *Ἠχή, Ἀττικῶς. ἦχος Ἑλληνικῶς*, ubi v. Pierson. Apud Theon. Smyr. p. 10. ed. Geld., qui hunc locum in compendium redegit, scriptum exstat *ἦχον*. Proxima sic intelligo: et minimum esse hoc intervallum, quo metiendum sit, i. e. non multum relaxandum aut intendendum esse fidium tenorem, ut omnis tollatur sonorum discrepantia. Itaque additur: *οἱ δὲ ἀμφισβητοῦσιν ὡς ὅμοιον ἤδη φθεγγομένων*, alii vero dissentiunt, quippe putantes nullam iam sentiri intervallorum dissonantiam. Nam ita *ὅμοιον φθέγγεσθαι* capiendum.

B. *ὦτα τοῦ νοῦ προστησάμενοι*] i. e. plus tribuentes aurium quam mentis iudicio.

*τοὺς ταῖς χορδαῖς — στρεβλοῦντας*] bonos istos dicis, qui torquendis manubriis fides quasi exercent



τοῦ νοῦ προστησάμενοι. Σὺ μέν, ἦν δ' ἐγώ, τοὺς B
χρηστοὺς λέγεις τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας καὶ βασανίζοντας, ἐπὶ τῶν κολλόπων στρεβλοῦντας. ἵνα δὲ μὴ μακροτέρα ἡ εἰκὼν γίγνηται πλήκτρῳ τε πληγῶν γιγνομένων καὶ κατηγορίας πέρι καὶ ἐξαρνήσεως καὶ ἀλαζονείας χορδῶν, παύομαι τῆς εἰκόνος καὶ οὔ φημι τούτους λέγειν, ἀλλ' ἐκείνους, οὓς ἔφα-

Par. K. *κολλοπίων*. Flor. *α*. *κολάβων*. v. Lobeck. ad Phryn. p. 193. Ante *στρεβλοῦντας* Euseb. Praep. Ev. XIX. 13. *καί* interponit.

et examinant. Lepide atque salse ii, qui usum rationis in musicis aspernantur atque universam artem unice sensuum quadam sollertia contineri putant, dicuntur chordis facessere negotium easque torquendo examinare. Imitatus est Aristaen. Epist XIV. libr. I: *τί πράγματα παρέχετε χορδαῖς;* Verba *ἐπὶ τῶν κ. στρεβλοῦντας* quum indicent illud, quo *τὸ βασανίζειν* et *τὸ πράγματα παρέχειν* efficitur, facile intelligitur, quo iure apud Euseb. Praepar. Evang. XIV, 13. p. 746. D. *καί* ante *ἐπὶ τ. κ.* interpositum legatur. *Κολλόποι* s. *κολλάβοι* sunt manubria, quibus vertendis instrumenti musici fides vel intenduntur vel relaxantur, ut acutior aut gravior sonus audiatur. v. Schol. ad h. l. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 161. et de varia nominis scriptura intpp. ad Luciani Diall. Deor. VII. Valckenar. in Epistoll. ad Aug. Ernestium ed. Tittm. p. 167.

*ἵνα δὲ μὴ μακροτέρα ἡ εἰκὼν γ.*] ne haec descriptio et imago nimis longa fiat de plectri ictibus fidiumque convicio, quum vel pervicaces sunt vel iactabundae (i. e. quum vel sonum edunt nullum aut iusto leniorem, vel nimis acute sonant), illi nunc finem impono, et non hos me aio dicere (intelligere), sed illos, quos dicebamus paullo ante nos de harmonia esse interrogaturos. Postrema haec respiciunt ad p. 530. E: *ἐκείνων πευσόμεθα πῶς λέγουσι περὶ αὐτῶν κτλ.* Cogitat igitur de Pythagoreis, verae harmoniae peritis, quos etsi antea reliquis anteposuit, tamen nunc significat ne ipsos quidem veram rationem tenere. De re ipsa Bullialdus ad Theon. Smyrn. p. 106. ed. Gelder. praeter alia haec disseruit. „Veteres Harmonici aut Pythagorici ad praeceptoris imitationem in rebus musicis omnem sensuum efficaciam et omne auditus iudicium repudiabant, numerorum autem proportionibus omnia absolvebant. v. Aristoxenus Elem. Harmon. libr. I. et Plutarch. de Music. c. 37. p. 1144. F. Qui vetustissimis illis Musicis succedebant, potissimam iudicii partem sensui tribuebant, minorem rationi: quam opinionem tuebantur Aristoxenus eiusque sectatores. v. Ptolem. Harm. Libr. I. c. 2. Tertia Musicorum secta, quoniam versabatur in instrumentis musicis tractandis, Organicorum nomine clara, auditu et instrumentis solummodo confidens, rationis praecepta penitus neglexit. v. Plutarch. de Musica c. 39. p. 1145. C. D. Lucretius de Rer. Nat. Libr. II v. 410.“ Haec Bullialdus. Pertinet huc, quod apud Proclum in Tim. p. 194,

μεν νῦν δὴ περὶ ἁρμονίας ἐρήσεσθαι. ταὐτὸν γὰρ
C ποιοῦσι τοῖς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ· τοὺς γὰρ ἐν ταύταις ταῖς συμφωνίαις ταῖς ἀκουομέναις ἀριθμοὺς ζητοῦσιν, ἀλλ' οὐκ εἰς προβλήματα ἀνίασιν ἐπισκοπεῖν, τίνες ξύμφωνοι ἀριθμοὶ καὶ τίνες οὔ, καὶ διὰ τί ἑκάτεροι. Δαιμόνιον γάρ, ἔφη, πρᾶγμα λέγεις. Χρήσιμον μὲν οὖν, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ζήτησιν, ἄλλως δὲ μεταδιωκόμενον ἄχρηστον. Εἰκός γ', ἔφη.

Οἶμαι δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ τούτων πάντων
D ὧν διεληλύθαμεν μέθοδος ἐὰν μὲν ἐπὶ τὴν ἀλλήλων κοινωνίαν ἀφίκηται καὶ ξυγγένειαν, καὶ ξυλλογισθῇ ταῦτα ᾗ ἐστιν ἀλλήλοις οἰκεῖα, φέρειν τι αὐτῶν εἰς

*περὶ ἁρμονίας ἐρήσεσθαι*] Sic Flor. a. x. α. β. γ. Par. A. Vat. Θ. Ven Ξ. Π. Vind. Mon. Ang. et corr. Vat. m. Legebatur *αἱρήσεσθαι*. Euseb. *εἰρῆσθαι*.

D. *ταῦτα ᾗ ἐστιν ἀλλ.*] Flor. β. Mon. *ἃ* pro *ᾗ*.

*σοι οἱ ταῦτα δεινοὶ διαλ.*] Sic Par. A. Ven. Π. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. pro vulg. *σοι ταῦτα δεινοὶ οἱ διαλ.* Mon. et Flor. β. *σοι οἱ εἰς ταῦτα δεινοὶ δ.*, sed praepositione non opus.

E. *Ἀλλ' ἤδη, εἶπον —*] *Ἀλλὰ δὴ εἶπον*. Angel. Flor. a. x. Flor. β. et Mon. *ἀλλ' οἴει*. Participium *ὄντες* invitis libris omisit Steph. Vind. *οἱ μὴ δ.* Ang. Vat. m. *εἰ μὴ δ.*

P. 532. *ὃν τὸ διαλέγεσθαι π.*] V. *ὁ τὸ διαλ. περαίνων*, contra fidem omnium librorum, qui una consensione *ὃν* exhibent, et vel *περαινεῖ* vel *περαίνει* scribunt.

14. *ὦτα τοῦ νοῦ προστησάμενος* ab Adrasto vocatur Aristoxenus.

*ταὐτὸν γὰρ ποιοῦσι*] Subiectum est remotius illud *οὗτοι*, h. e. musici *ἀλόγῳ τινὶ τριβῇ καὶ αἰσθήσει καὶ δόξῃ* nimium tribuentes, nec ad *προβλήματα*, sive subtiliores de sonorum rationibus in se spectatis quaestiones progredientes. P. 530. B: *προβλήμασιν ἄρ', ἦν δ' ἐγώ, χρώμενοι ὥσπερ γεωμετρίαν οὕτω καὶ ἀστρονομίαν μέτιμεν.* — *ἐπισκοπεῖν*, i. e. *ὥστε ἐπισκοπεῖν*.

C. *Οἶμαι δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, —*] Transiturus ad dialecticam hanc sententiam proponit: Arbitror autem, si horum omnium, de quibus dictum est, tractatio mutuam eorum coniunctionem ac necessitudinem attigerit, collectaque fuerint omnia, ea ratione, qua inter se invicem contineantur, eorum studium ad ea, quae expetimus, aliquid conducere, neque frustra laborem consumi: sin aliter factum fuerit, frustra et inutiliter. Postrema enuntiati verba in hunc modum iungas: *τὴν πραγματείαν αὐτῶν φέρειν τι εἰς ἃ βουλόμεθα*.

D. *Τοῦ προοιμίου — ὃν δεῖ μαθεῖν;*] Glauconi de operis magnitudine querenti Socrates respondet, haec omnia nihil esse nisi rei longe gravioris quasi prooemium quoddam: restare enim adhuc dialecticam. In his, quia antea de musica disseruit, eleganter utitur voc. *προοιμίου*, ut ad genitivum *τοῦ προοιμίου ἢ τίνος* repetendum sit *πάμπολυ ἔργον*. Deinde vero servata metaphorae elegantia addit *πάντα ταῦτα προοίμια ἐστὶν αὐτοῦ τοῦ νόμου, ὃν δεῖ μαθεῖν*. In quibus verbis explicandis interpretes mire errarunt, *νόμον* de lege qua discendum sit intelligentes. Unde factum est etiam, ut Astius *ᾗ δεῖ μαθεῖν* legendum coniecerit. Verum enim vero dubitari profecto non potest, quin *αὐτὸς ὁ νόμος* sit ipse carminis modus, prooemio ille oppositus; quo quidem nomine Socrates eleganter appellat dialecticam, quam deinde docet esse omnium disciplinarum longe gravissimam atque praestantissimam. Idem lusus est in Tim. p. 29. D. ubi v. ann.

*οἱ ταῦτα δεινοὶ διαλεκτικοὶ εἶναι*] Nec haec verba interpretes recte intellexerunt, quorum tamen errores recensere et invidiosum est et supervacaneum. Itaque tenendum est *ταῦτα* cum vi pronuntiandum et ad artes modo commemoratas, quas prooemii nomine ornaverat, referendum videri. Ita haec oritur sententia: non enim, opinor, isti quidem, qui in *hisce* rebus, de quibus modo dictum est, excellunt, tibi dialectici esse videbuntur.

E. *Ἀλλ' ἤδη, — εἴσεσθαί ποτέ —*] Repetendum est ad *εἴσεσθαι* verbum *δοκοῦσι*, ut solet haud raro in oratione, quae post alterius responsionem continuatur, primarium enuntiati verbum ex antegressis intelligendum relinqui. Pro *ἀποδέξασθαι λόγον* Bullialdus ad Theon. Smyrn. p. 108. legendum putabat *ἀποδείξασθαι*. Quod nollem Gelderus assensu suo comprobasset. Etenim *δοῦναι καὶ ἀποδέχεσθαι λόγον* est rationem reddere et accipere, quae elegans est *τοῦ διαλέγεσθαι* circumloquutio. Videlicet *ἀποδέχεσθαι λόγον* in hac formula significat sermonem tractandum suscipere, ut Phileb. p. 10. E. Theaet. p. 161. B. al.

P. 532. *ὃν καὶ ὄντα νοητὸν —*] Hunc dialecticae *νόμον* ait non posse nisi intellectu per-



ἃ βουλόμεθα τὴν πραγματείαν καὶ οὐκ ἀνόνητα πονεῖσθαι, εἰ δὲ μή, ἀνόνητα. Καὶ ἐγώ, ἔφη, οὕτω μαντεύομαι· ἀλλὰ πάμπολυ ἔργον λέγεις, ὦ Σώκρατες. Τοῦ προοιμίου, ἦν δ' ἐγώ, ἢ τίνος λέγεις; ἢ οὐκ ἴσμεν, ὅτι πάντα ταῦτα προοίμιά ἐστιν αὐτοῦ τοῦ νόμου, ὃν δεῖ μαθεῖν; οὐ γάρ που δοκοῦσί γέ σοι
οἱ ταῦτα δεινοὶ διαλεκτικοὶ εἶναι. Οὐ μὰ τὸν Δί', E
ἔφη, εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα. Ἀλλ' ἤδη, εἶπον, μὴ δυνατοί τινες ὄντες δοῦναί τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον εἴσεσθαί ποτέ τι ὧν φαμεν
δεῖν εἰδέναι; Οὐδ' αὖ, ἔφη, τοῦτό γε. Οὐκοῦν εἶπον, 532
ὦ Γλαύκων, οὗτος ἤδη αὐτός ἐστιν ὁ νόμος, ὃν τὸ διαλέγεσθαι περαίνει; ὃν καὶ ὄντα νοητὸν μιμοῖτ'

ἂν ἡ τῆς ὄψεως δύναμις, ἣν ἐλέγομεν πρὸς αὐτὰ ἤδη τὰ ζῶα ἐπιχειρεῖν ἀποβλέπειν καὶ πρὸς αὐτὰ ἄστρα τε καὶ τελευταῖον δὴ πρὸς αὐτὸν τὸν ἥλιον. οὕτω καὶ ὅταν τις τῷ διαλέγεσθαι ἐπιχειρῇ, ἄνευ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ λόγου ἐπ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἕκαστον ὁρμᾷ, κἂν μὴ ἀποστῇ, πρὶν ἂν αὐτὸ ὃ ἔστιν

*ἕκαστον ὁρμᾷ, κἂν μὴ ἀποστῇ* —] *ἕκαστον* male om. Par. A. sec. Dübn. Vind. Φ. Vat. m. Flor. a. c. γ. Pro vulg. *καὶ ἐὰν μὴ ἀπ.* codd. plurimi *καὶ μὴ ἀπ.*, quod Sommerus in Zimmerm. Diar. Antiquit. Stud. a. 1835. p. 986. acute perspexit in *κἂν μὴ ἀποστῇ*. Quod tamen, quum codd. optimi exhibeant *καὶ μή*, unus etiam suppeditet *καὶ ἢν μή*, sicuti olim scripsimus, haud dubie in *κἂν μὴ* mutandum fuit.

Cap. XIII. B. *Ἡ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, λύσις* —] Locus perdifficilis, unde etiam factum est, ut variis tentaretur coniecturis. Cornarius enim post *ἐκεῖ μέν* inseruit *ὄψις*, et pro *καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν τὰ ζῶά τε* legendum coniecit: *καὶ ἐκεῖ μὲν πρὸς τὰ ζῶά τε*: deinde interpunxit post *φῶς*, et quae deinceps sequuntur sic conformavit: *ἐπ' ἀδυναμίᾳ δὲ τοῦ βλέπειν, πρὸς τὰ κτλ.* Morgensternio Symboll. Critt. p. XIV. sq. Cornarius vocem *μέν* commodiore loco posuisse, et *δέ* post *πρός* recte abiecisse videtur; illud autem eidem non probatur, quod *ὄψις* et *δὲ τοῦ* post *ἀδυναμίᾳ* sine causa adiecerit. Quocirca vir doctissimus totum locum ipse sic scribendum censuit: *Ἡ δέ γε — ἐπάνοδος, καὶ ἐκεῖ μὲν πρὸς τὰ ζῶά τε καὶ φυτά*, (commate illato,) *καί, τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέπειν, πρὸς τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα, ἐνταῦθα δὲ πρὸς φαντάσματα θεῖα, καὶ σκιὰς τῶν ὄντων, ἀλλ' οὐκ εἰδώλων σκιάς, δι' ἑτέρου φωτός, ὡς πρὸς ἥλιον κρίνειν, ἀποσκιαζομένας — πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία κτλ.* Ast. vocem *θεῖα* mutavit in *θέα* et ante *πᾶσα — πραγματεία* inserendum *καί* suspicatur. Iam vero commemo-

cipi, ideoque illam rerum sensibus subiectarum spectationem, de qua in principio libri dictum est, nihil aliud videri nisi imaginem quandam dialecticae, qua efficiatur, ut animus a sensibus corporis seiunctus ad contemplandam ipsam rerum naturam evehatur nec prius a vero quaerendo desistat, quam ipsam boni ideam (*αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθόν*) sola cogitatione comprehenderit eoque ad summum rerum intelligibilium fastigium pervenerit.

*οὕτω καὶ ὅταν τις τῷ διαλέγεσθαι* —] haud secus etiam quando quis arti dialecticae operam dat, sine omni sensuum perceptione rationis ope ad ipsum illud, quod quidque per se est, connititur, ac si non desistat priusquam ipsum per se bonum mentis cogitatione perceperit, ad ipsum finem pervenit eius, quod est cogitabile, sicuti ille antea ad finem eius, quod est adspectabile. Turbavit hic omnia miserrime argutiis suis Schneiderus, qui commate post *ἐπιχειρῇ* sublato cum Astio scripsit *ὁρμᾶν* ac deinde *καὶ μὴ ἀποστῇ* evulgavit. Quasi vero recte dici potuerit: *τῷ διαλέγεσθαι ἐπιχειρεῖν διὰ τοῦ λόγου ὁρμᾶν ἐπί τι*! Nimirum vere perspexit Stephanus rectam rationem flagitare *καὶ ἐὰν μὴ*



ἀγαθὸν αὐτῇ νοήσει λάβῃ, ἐπ' αὐτῷ γίγνεται τῷ B
τοῦ νοητοῦ τέλει, ὥςπερ ἐκεῖνος τότε ἐπὶ τῷ τοῦ ὁρατοῦ. *Παντάπασι μὲν οὖν*, ἔφη. Τί οὖν; οὐ διαλεκτικὴν ταύτην τὴν πορείαν καλεῖς; *Τί μήν*; Cap. XIII. Ἡ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, λύσις τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν καὶ μεταστροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ

*ἀπ.* mutari oportere, suffragante etiam Hermanno. Vind. *καὶ ἢν μὴ* ut nos olim dedimus. Bekker. et Turr. prave *καὶ μὴ ἀπ.* Tum *τότε δὴ* vulgo ante *ἐπ αὐτῷ* interpositum cum Bekkero aliisque eiecimus auctoritate Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vat. m. r. Flor. α. β. γ. al.

ratis virorum doctorum coniecturis videamus etiam de codicum lectionibus. Qui quidem omnes verba: *ἐνταῦθα δὲ πρὸς φαντάσματα* inde ab Aldo inter *φαντάσματα* et *θεῖα* interposita praeter unum solum Ven. Ξ. unde Aldus verba recepit, uno consensu omittunt. Praeterea in Flor. x. et Ang. scribitur *καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἀδυναμία βλέπειν*, qua lectione comprobata articulus ἡ ex superioribus etiam ad *ἀδυναμία* referendus erit. Et nacta haec lectio nuper patronum est Naegelsbachium Emendatt. Plat. p. 19., qui ea recepta pro *ἐπὶ* refingi iussit *ἔτι*, quod ipsum recepit Hermannus. Haec igitur est codicum discrepantia. Quae quod non maior est; difficultates loci interpretatione removendae sunt. Ac nobis quidem codicum lectione servata totus locus sic explicandus et Germanice convertendus videtur: „Die Lösung aber von den Banden und die Umkehrung von den Schatten zu den Bildern und zum Lichte und das Hinaufsteigen aus dem unterirdischen Aufenthalte bis zur Sonne, und zwar daselbst in der Sonnengegend, bei dem Unvermögen hinzublicken nach den Thieren und Pflanzen und dem Lichte der Sonne, sondern nur nach den göttlichen Abspiegelungen im Wasser und nach Abschattungen des Wesenhaften, aber nicht nach Abschattungen von Bildern, die durch ein ähnliches Licht, wenn man es mit der Sonne vergleicht, gebildet werden — diese ganze Betreibung der Künste, welche wir durchgegangen sind, hat diese Kraft und bewirkt die Hinaufführung des vorzüglichsten Theils in der Seele zum Schauen des Besten im wesenhaft Seienden, so wie *im Vorigen* (*τότε*), dass der hellste Theil am Körper (das Auge) zum Schauen des hellsten in der körperlichen und sichtbaren Welt geführt wurde.“ Haec igitur loci interpretatio vernacula est quam accuratissime ad Graecorum imitationem composita. Cui quidem nunc subiungere placet quae faciant ad pleniorem verborum explicationem. Et illud quidem facile intelligitur, periodum *ἀνακολούθως* esse structam. Quod clarius etiam patebit, ubi totius loci sententiam probe perspexerimus, quae omnino huc redit. Docuit hactenus Socrates, quibusnam artibus ac disciplinis custodes civitatis erudiendi sint et quo id modo fieri debeat, siquidem futurum sit, ut ipsorum animi celsioris sapientiae capaces fiant atque ipsum bonum intelligere et

τὸ φῶς καὶ ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος, καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν τὰ ζῷά τε καὶ φυτὰ καὶ τὸ

Cap. XIII. ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέπειν] ἐπ' om. Ang. Flor. x. et ἀδυναμία scribunt. In Ven. Ξ. ἔστιν legitur. Ven. Ξ. pr. δυναμία. C. φαντάσματα [θεῖα] καὶ σκιὰς] In vett. editt. et uno

quasi intueri discant. Qua disputatione absoluta iam accessurus est ad illustrandam dialecticam, omnium disciplinarum principem, quae tandem mentem animumque ad summa quaeque evehat. Hoc ipsum autem priusquam ita instituit, hoc loco breviter adhuc ostendit hanc doctrinae institutionem, qua mens paullatim ex ignorantiae tenebris ad ideae boni cognitionem traducatur, prorsus respondere imagini illi, qua initio libri homines finxerat subterraneo carcere inclusos ac primum quidem inani rerum specie et umbra delusos, mox autem in lucem solis eductos, ut possent ipsam rerum veritatem intueri. Itaque loci sententia omnino quidem haec est: Quam illa hominum liberatio ex carcere subterraneo et in lucem eductio in oculo corporis vim habebat ad res adspectabiles solis beneficio cognoscendas, eandem haec doctrinarum institutio et ab ignorantia ad scientiam traductio habet in praestantissima animi parte, quae eius ope summi boni ideae luce collustrata hausit absolutae veritatis ac bonitatis cognitionem. Quemadmodum igitur dialectica, ut modo vidimus, mentem ad summum τοῦ νοητοῦ finem educit, qui similis erat fini in τῷ ὁρατῷ perspicuo, ita etiam reliquarum artium ac doctrinarum, quas modo percurrimus, institutio, quae est quasi prooemium quoddam operis, eam vim habere existimanda est, ut mentem paullatim ab inscientiae tenebris liberatam ad veritatis cognitionem propius evehat eoque nomine respondeat τῇ λύσει ἀπὸ τῶν δεσμῶν — καὶ μεταστροφῇ ἀπὸ τῶν σκιῶν καὶ ἐπανόδῳ εἰς ἥλιον κτλ. Quocirca periodus, cuius singularem structuram alii aliter explanare conati sunt irrito quidem conatu, ipsum Platonem ducem si sequimur, proprie hunc in modum conformanda fuit: ἡ δέ γε λύσις — καὶ μεταστροφὴ — καὶ ἐπάνοδος — ἀποσκιαζομένας ὥσπερ τότε ταύτην εἶχε τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγωγὴν τοῦ σαφεστάτου ἐν σώματι πρὸς τὴν τοῦ φανοτάτου ἐν τῷ σωματοειδεῖ τε καὶ ὁρατῷ τόπῳ, οὕτω πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία τῶν τεχνῶν, ἃς διήλθομεν, ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγωγὴν τοῦ βελτίστου ἐν τῇ ψυχῇ πρὸς τὴν τοῦ ἀρίστου ἐν τοῖς οὖσι θέαν. At nimirum orator relictis in suspenso nominativis illis superioribus etiam in posteriore orationis membro continuo nominativum subiecti subiunxit atque inverso ordine comparationem postposuit, sermonis cursu post ἀποσκιαζομένας tanquam inhibito. Ex quo sponte intelligitur, cur nos cum Morgensternio ante πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία signum abrupti sermonis posuerimus, quod Schneidero ideo displicuit, quia ipse nullo iure verba ἡ δὲ λύσις — μεταστροφὴ — καὶ ἐπάνοδος et πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία arctius iungenda statuit. Sed haec quidem de universae periodi compositione sanequam licentiore. Sequitur ut etiam de singulis eius partibus explicandum sit. Videtur autem hic ante omnia dignum esse observatione diligentissima, quod interpretes fere



τοῦ ἡλίου φῶς ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέπειν, πρὸς δὲ τὰ ἐν C
ὕδασι φαντάσματα [θεῖα] καὶ σκιὰς τῶν ὄντων, ἀλλ'

Ven. Ξ. scriptum: φαντάσματα, ἐνταῦθα δὲ πρὸς φαντάσματα θεῖα κτλ. Sed recte om. istud ἐνταῦθα δὲ πρὸς φαντάσματα reliqui codd. omnes, Par. A D K. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. et sex Florentini.

praeteriit, verbis: ἡ δέ γε λύσις — ἀποσκιαζομένας, designari varios illos scientiae gradus extremo libro sexto et initio libri septimi descriptos, ita ut mens significetur, dum emergat ex ignorantiae caligine, per εἰκασίαν, imaginationem, atque πίστιν, fidem, qualis ibi informata est, ad διάνοιαν, ratiocinationem, quae maxime cadit in disciplinas mathematicas, ac dehinc ad νόησιν, puram mentis intelligentiam, procedere Et transitio quidem ista a διανοίᾳ ad νόησιν manifesto indicatur verbis: ἐκ τοῦ καταγείου εἰς ἥλιον ἐπάνοδος, ex antro ad solem adscensio. Ea vero in superioribus iudicata est hoc habere incommodi, quod qui ex antro subterraneo emerserint in superna, ii solis lucem ac splendorem ferre nequeant ideoque ab initio quidem certe rerum simulacra in aquis intueantur. Quorsum manifesto spectant verba haec: καὶ ἐκεῖ—ἀποσκιαζομένας, quibus simul status et conditio διανοίας et partim νοήσεως significatur. Nimirum in his ἐκεῖ est ἐν τῷ ἡλίῳ, in solis luce. Quod non satis diligenter animadversum loci depravationi vel potius interpolationi turpissimae ansam praebuit. Videlicet καὶ ἐκεῖ quum ad res sensibiles retulissent atque interpretati essent: apud homines antea in antro subterraneo versatos, addiderunt etiam haec, quae tamen in uno tantum Ven. Ξ. reperta sunt: ἐνταῦθα δὲ πρὸς φαντάσματα, quod esset: in investiganda et intellectu comprehendenda rerum veritate. At enim vero hoc quidem additamentum quam absurdum sit, nullo negotio ex eo intelligitur, quod in hac sermonis parte animorum ad intelligibilia adscensionis descriptio non exhibetur. Itaque ἐκεῖ, ut diximus, pertinet ad εἰς τὸν ἥλιον, estque nihil aliud quam ἐν τῷ ἡλίῳ. Hoc vero explorato etiam de proximis verbis commode fieri poterit iudicium, quae dici non potest quantum molestiae criticis creaverint. Connectenda enim sunt: καὶ (ἡ) ἐκεῖ (ἐν τῷ ἡλίῳ) ἐπάνοδος (hoc enim repetendum) ἐπ' ἀδυναμίᾳ πρὸς μὲν τὰ ζῷά τε — βλέπειν, πρὸς δὲ τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα θεῖα καὶ σκιὰς τῶν ὄντων κτλ. sc. ἐπὶ δυνάμει, hoc sensu: et adscensio ex spelunca ad solem atque *hic quidem* (in solis luce) deficiente facultate animalia et plantas et solis lucem intuendi sed suppetente tantum vi intuendi (divina) in aquis simulacra atque rerum, quae vere sunt, i. e. verorum corporum vel rerum externarum, non iam speciosarum, sed verarum, umbras. Ex quibus apertum est verba ἐπ' ἀδυναμίᾳ, quibus status et conditio in adscensione locum tenens et cum illa coniunctus (bei dem Unvermögen zu sehen) significatur, qui usus praepositionis ἐπὶ satis pervulgatus est (v. Matthiae Gr. §. 586. γ. Bernhardy Synt. p. 250.), apte iungenda esse cum notione proxime antegressi no-

οὐκ εἰδώλων σκιὰς δι' ἑτέρου τοιούτου φωτὸς ὡς πρὸς ἥλιον κρίνειν ἀποσκιαζομένας, — πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία τῶν τεχνῶν, ἃς διήλθομεν, ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγωγὴν τοῦ βελτίστου ἐν ψυχῇ πρὸς τὴν τοῦ ἀρίστου ἐν τοῖς οὖσι θέαν, ὥςπερ τότε τοῦ σαφεστάτου ἐν σώματι πρὸς τὴν τοῦ φανοτάτου
D ἐν τῷ σωματοειδεῖ τε καὶ ὁρατῷ τόπῳ. Ἐγὼ μέν, ἔφη, ἀποδέχομαι οὕτω. καί τοι παντάπασί γέ μοι δο-

*ἃς διήλθομεν*] ἣν Vat. r. Mox aliquot libri ἐν σώμασιν.
*ἐν τῷ σωματοειδεῖ τε κ. ὁρ.*] τῷ ex codd. omnibus restitutum vulgo omittebatur.

minis *ἐπάνοδος*, quod quin recte fieri possit, nemo dubitaverit, qui uberiorem ipsius huius adscensus descriptionem his verbis exhiberi meminerit. Quocirca vehementer dissentimus cum S c h n e i d e r o, qui *βλέπειν* censet pro substantivo accipiendum esse atque *βλέπειν ἐπ' ἀδυναμίᾳ* de visu cum imbecillitate coniuncto atque obtuso intelligit. Quippe neque *βλέπειν* post nomina substantiva pro nomine subiecti poni potuit neque *βλέπειν ἐπ' ἀδυναμίᾳ* indicat visum cum imbecillitate coniunctum, quamvis vir doctissimus hanc interpretationem suam omni modo defendere conatus sit. Sed mittimus hanc altercationem, redimusque ad propositum. Negatur igitur cum illa ad solis lucem adscensione coniunctam esse animalia et plantas et solis lucem intuendi facultatem, ac subiungitur deinde: *πρὸς δὲ τὰ ἐν ὕδασι φάσματα—ὄντων*. Ad quae apertum est ex antegresso illo: *ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέπειν* intelligendum relinqui *ἐπὶ δυνάμει βλέπειν*, prouti solet in enuntiatis adversativis ex praecedenti negatione ad alteram partem verbum aientis significationis reticeri, de quo loquendi genere nonnulla exposuimus ad Apolog. Socrat. p. 36. B. Nec vero illud ab usu loquendi abhorret, quod post *ἀδυναμία* et *δύναμις* infinitivus sine articulo sequitur, de qua structura v. M a t t h i a e Gr. §. 542. b. coll. supra L. II p. 369. B. Itaque facultas rerum verarum simulacra in aquis atque umbras intuendi utique cum tali adscensione coniuncta esse dicitur. Nimirum *τῶν ὄντων* nunc non de rebus intelligibilibus vel ideis, sed de rebus adspectabilibus, quatenus inanibus simulacris opponuntur, dictum esse liquet, quod ne quis a Platonis more abhorrere putet, idem loquendi usus etiam in Parmenide reperitur obtinetque etiam in Legg. X. p. 992. C. sqq., ubi rebus sensilibus quoque *τὸ ὄντως εἶναι* tribuitur, quatenus non dissolvuntur aut intereunt. Unum tamen in his est, quod magnam sane habet offensionem. Quid enim? quid tandem sibi vult istud *θεῖα*, quod nec grammatice ferri potest nec habet explicationem idoneam? Nimirum quemadmodum nemo quisquam unquam dixit *ὁ ἀνὴρ ἀγαθός*, ita nec hic feras *τὰ φαντάσματα θεῖα*, quod frustra S c h n e i d e r u s defendit talibus exemplis, qualia ad Phaedon. p. 58. A. Apol. Socr. p. 32. B. notavimus, atque D i n d o r f i u s ad Sophocl. Aiac. v. 573. p. 306. ed. Oxon.



κεῖ χαλεπὰ μὲν ἀποδέχεσθαι εἶναι, ἄλλον δ' αὖ τρόπον χαλεπὰ μὴ ἀποδέχεσθαι. ὅμως δέ — οὐ γὰρ ἐν τῷ νῦν παρόντι μόνον ἀκουστέα, ἀλλὰ καὶ αὖθις πολλάκις ἐπανιτέον — ταῦτα θέντες ἔχειν ὡς νῦν λέγεται, ἐπ' αὐτὸν δὴ τὸν νόμον ἴωμεν, καὶ διέλθωμεν οὕτως, ὥςπερ τὸ προοίμιον διήλθομεν. λέγε οὖν, τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμεως, καὶ κατὰ E
ποῖα δὴ εἴδη διέστηκε, καὶ τίνες αὖ ὁδοί. αὗται γὰρ ἂν ἤδη, ὡς ἔοικεν, αἱ πρὸς αὐτὸ ἄγουσαι εἶεν, οἷ ἀφι-

D. *καὶ διέλθωμεν οὕτως*] ἔλθωμεν Par. A D. Ven. II. Vind. Vat. m.

congessit. Nec vero quisquam dixerit, *φαντάσματα* ista quamnam ob caussam *θεῖα* appellentur. Nam quod S c h n e i d e r u s ea sic vocari statuit, quia efficiantur ab ipso sole, qui p. 516. B. eam vim habere iudicatus sit; qui eum locum diligentius inspexerint, ultro fatebuntur, nihil ibi reperiri, quod ad vim huius epitheti declarandam faciat. Itaque *θεῖα* ineptum glossema esse suspicamur, profectum ab iis, qui verbis *ἐνταῦθα δὲ πρὸς φαντάσματα* adiectis etiam rerum intelligibilium significationem faciendam esse statuissent, quorsum relictum istud *θεῖα* primitus pertinuit. Nisi forte propter insequens *τῶν ὄντων* additum est, quod sinistre de ideis dictum acceperunt, licet illud eo, quo antea diximus, sensu intelligendum esse clarissime appareat ex proximis: *ἀλλ' οὐκ εἰδώλων σκιάς*. Atque his ita expositis breviter adhuc declarare placet, quid sentiamus de coniectura N a e g e l s b a c h i i, *καὶ ἐκεῖ—ἔτ' ἀδυναμία*, nominativo casu, refingendum putantis, quam C a r. F r. H e r m a n n u s Platoni suo impertire non dubitavit. Fatemur vero eam nobis nec necessariam nec totius loci rationibus convenientem videri. Nam necessaria quidem non videbitur nostra verborum interpretatione probata, quam antea proposuimus. Nec vero eadem sententiae loci satis apta est. Nam ubi eam probaverimus, consequens erit, ut deinde in comparatione doctrinarum institutionis *ἡ ἀδυναμία βλέπειν* dicatur *ἔχειν ταύτην τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγωγήν κτλ.* quod, licet addatur: *πρὸς δὲ τὰ ὕδατα — ἀποσκιαζομένας*, tamen nescio quid inusitati, ne dicamus absurdi, habere videtur. Itaque omnino satius duximus, codicum fere omnium eorumque praestantissimorum lectionem conservare. Ceterum in postremis *τοῦ βελτίστου ἐν ψυχῇ* est: *τοῦ νοῦ*. Sed *τὸ ἄριστον ἐν τοῖς οὖσιν* intelligitur *αὐτὸ τὸ ἀγαθόν*, i d e a b o n i, quae est non modo omnium idearum summa, sed etiam omnis rerum perfectionis fons ac principium. Porro ad *ὥςπερ τότε*, sc. i n a n t r i s u b t e r r a n e i e i u s q u e r a t i o n u m d e s c r i p t i o n e, int. *εἶχεν ἐπαναγωγήν*, unde pendet genitivus *τοῦ σαφεστάτου ἐν σώματι*, i. e. o c u l o r u m. Denique *τὸ φανότατον ἐν τῷ σωματοειδεῖ* vocatur sol, qui hunc mundum luce sua collustrat. Sed satis haec de loco ad interpretandum sane difficillimo; quem si qui subtilius explicave-

κομένῳ ὥςπερ ὁδοῦ ἀνάπαυλα ἂν εἴη καὶ τέλος τῆς πορείας. Οὐκέτ', ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, οἷός
533 τ' ἔσει ἀκολουθεῖν· ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολίποι· οὐδ' εἰκόνα ἂν ἔτι οὗ λέγομεν ἴδοις, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀληθές, ὅ γε δή μοι φαίνεται. εἰ δ' ὄντως ἢ μή, οὐκέτ' ἄξιον τοῦτο διισχυρίζεσθαι· ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τοιοῦτόν τι ἰδεῖν, ἰσχυριστέον. ἢ γάρ; Τί μήν; Οὐκοῦν καὶ ὅτι ἡ τοῦ διαλέγεσθαι δύναμις μόνη ἂν φήνειεν ἐμπείρῳ ὄντι ὧν νῦν δὴ διήλθομεν, ἄλλῃ δὲ οὐδαμῇ δυνατόν; Καὶ τοῦτ', ἔφη, ἄξιον διισχυρίζεσθαι. Τόδε γοῦν, ἦν δ'
B ἐγώ, οὐδεὶς ἡμῖν ἀμφιςβητήσει λέγουσιν, ὡς αὐτοῦ γε ἑκάστου πέρι, ὃ ἔστιν ἕκαστον, ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ μέθοδος ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν, ἀλλ' αἱ μὲν

P. 533. *προθυμίας ἀπολίποι*] *ἀπολίποι* Vat. Θ. r. Ang. Flor. x. et pr. Par. A. Ven., quod recepit Bekker. suffragantibus etiam aliis. Vulgo erat *ἀπολείποι*.

*δή μοι φαίνεται*] V. *δὴ ἐμοὶ φ.* invitis Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m.

*τοιοῦτόν τι ἰδεῖν*] *ἰδεῖν* add. Par. A. Vind. Ang. Vat. m.

B. *ἄλλη τις ἐπιχ.*] sic Ald. Bas. 1. 2. Par. A. sec. Dübn. Vat. Θ. Ven. II. Ξ. Vind. Par. ADK. Mon. Ang. Vat. m. r. et

rint, impense gaudebimus atque nostra retractare parati erimus.

E. *πρὸς αὐτὸ ἄγουσαι—*] h. e. *πρὸς αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθόν.*

P. 533. *τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπολίποι*] *Τὸ ἐμόν*, quod ad me attinet, pro *ἐγώ*, de quo Atticismo v. Heindorf. ad Theaet. §. 49. De dictione v. Tim. p. 20. C: *ἐλλείψομεν προθυμίας οὐδέν.* Men. p. 77. A: *ἀλλὰ μὴν προθυμίας γε οὐδὲν ἀπολείψω.* Sympos. p. 210. A: *προθυμίας οὐδὲν ἀπολείψω.* Xenoph. Cyrop. IV, 5, 15. Lysias pro Bonis Aristophan. p. 211. ed. Bremi. Praeterea compares Eurip. Med. v. 175: *μήτοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον φίλοισιν ἀπέστω.* Ad *εἰ δ' ὄντως ἢ μή* intell. *ἐμοὶ φαίνεται.* — *ἢ γάρ;* sc. *ἰσχυριστέον, ὅτι τοιοῦτόν τί ἐστιν.* — *ἐμπείρῳ ὄντι ὧν νῦν δὴ δ.*, si quis earum rerum peritus sit.

B. *ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ*] Delevimus *οὐκ* vulgo ante *ἄλλη* positum, quod addiderunt qui haec putarunt ex *λέγουσι* pendere. Atqui pendent ex *ἀμφιςβητήσει*, i. e. dubitans contendet adversus nos asseverantes. vid. ad Gorg. p. 452. C.

*ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν*] via et ratione comprehendere. Dictionem *λαμβάνειν τι περί τινος* illustravit Boeckh. in Min. p. 155. Pro *ὁδῷ* Benedictus *ὁδόν* corrigebat, nescimus quibus caussis permotus. Phaedr. p. 263. B: *τὸν μέλλοντα τέχνην ῥητορικὴν μετιέναι — δεῖ ταῦτα ὁδῷ διῃ-*



ἄλλαι πᾶσαι τέχναι ἢ πρὸς δόξας ἀνθρώπων καὶ ἐπιθυμίας εἰσὶν ἢ πρὸς γενέσεις τε καὶ συνθέσεις ἢ πρὸς θεραπείαν τῶν φυομένων τε καὶ συντιθεμένων ἅπασαι τετράφαται· αἱ δὲ λοιπαί, ἃς τοῦ ὄντος τι ἔφαμεν ἐπιλαμβάνεσθαι, γεωμετρίαν τε καὶ τὰς ταύτῃ ἑπομένας, ὁρῶμεν ὡς ὀνειρώττουσι μὲν περὶ τὸ ὄν, C
ὕπαρ δὲ ἀδύνατον αὐταῖς ἰδεῖν, ἕως ἂν ὑποθέσεσι χρώμεναι ταύτας ἀκινήτους ἐῶσι, μὴ δυνάμεναι λόγον διδόναι αὐτῶν. ᾧ γὰρ ἀρχὴ μὲν ὃ μὴ οἶδε, τελευτὴ δὲ καὶ τὰ μεταξὺ ἐξ οὗ μὴ οἶδε συμπέπλεκται, τίς μηχανὴ τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν ποτὲ ἐπιστήμην γενέσθαι; Οὐδεμία, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος μόνη ταύτῃ πορεύεται, τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχήν, ἵνα

sex Florentini. Vulgo *οὐκ ἄλλη τις ἐπ* v. explicatt.

*ἢ πρὸς θερ.*] Sic Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. α. suffragantibus Turr. aliis. Vulgo *ἢ καὶ πρός.*

*ἅπασαι τετράφαται*] *ἅπασα* Par. A. secundum Turr. Idem mox *γεωμετρίας* pro *γεωμετρίαν*, quod Turr. et Schn. nuperrime evulgarunt. At obstat insequens *ταύτῃ*. Quamquam fortasse aliquis huc referat illa p. 511. B. Libr. VI. ubi codd. multi *ταύτης* pro *ταύταις*, errore quidem, ut opinor, manifesto.

*ρῆσθαι.* Aristotel. Top. II. §. 43: *ὁδῷ γὰρ μᾶλλον καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἡ σκέψις.*

C. *γεωμετρίαν τε καὶ τὰς ταύτῃ ἑπομένας*] Appositio relativae sententiae, quae interiecta est, accommodata. v. ad libr. III. p. 402. C. Dixerat autem has artes contingere quidem aliquid *τοῦ ὄντος* posse, sed et sensuum ope atque sumtionibus uti et vulgo minus subtiliter tractari. De verbo *ὀνειρώττειν* libr. V. c. 20. *τὸ ὀνειρώττειν ἆρα οὐ τόδε ἐστίν, ἐάν τ' ἐν ὕπνῳ τις ἐάν τε ἐγρηγορὼς τὸ ὅμοιόν τῳ μὴ ὅμοιον, ἀλλ' αὐτὸ ἡγῆται εἶναι ᾧ ἔοικεν;* Deinde *ἕως ἂν* est quamdiu. v. ad libr. I. p. 349. A.

*ᾧ γὰρ ἀρχὴ — γενέσθαι;*] nam si cui ***principium*** est quod non novit (quemadmodum sumtiones mathematicis), ***finis*** autem et intermedia ex eo, quod non noverit, sunt contexta (v. ann. ad Libr. VI. p. 510. B.), qui tandem fieri possit, ut talis consensio unquam ***scientiam*** (nomine suo dignam) efficiat?

*ταύτῃ πορεύεται, τὰς ὑποθέσεις — ἐπ' ἀρχήν*] ***ita*** procedit, ut suppositiones ad ipsum principium extollat (*sie **zum Princip erhebt***). Quod qua ratione fiat, iam extremo libro sexto p. 511. B. C. D. demonstratum est. Dialectica nimirum utitur suppositionibus tantum pro *ἐπιβάθροις*, unde altius ad principium scientiae enitatur, ita ut ea in re via quaerendi

D βεβαιώσηται, καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, συνερίθοις καὶ συμπεριαγωγοῖς χρωμένη αἷς διήλθομεν τέχναις· ἃς ἐπιστήμας μὲν πολλάκις προςείπομεν διὰ τὸ ἔθος, δέονται δὲ ὀνόματος ἄλλου, ἐναργεστέρου μὲν ἢ δόξης, ἀμυδροτέρου δὲ ἢ ἐπιστήμης. διάνοιαν δὲ αὐτὴν ἔν γε τῷ πρόσθεν που ὡρισάμεθα. ἔστι δ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐ περὶ ὀνόματος

D. συνερίθοις καὶ συμπεριαγωγοῖς] Pro συνερίθοις Vat. Θ. et pr. Ven. II. συνεριθμοῖς. Par. D. Mon. Flor. β. συνεθισμοῖς. Par. K συνωθισμοῖς. v. Ruhnken. ad Tim. Gl. p. 243.

περὶ ὀνόματος ἢ ἀμφισβ.] Deest ἢ in Vat. Θ. Ven. II. Vind. Par. DK. Vat. m. r. Ignorat etiam Par. A. Dübn. Delevimus igitur.

E. ἀλλ' ὃ ἂν μόνον — λέγοι ἐν ψυχῇ.] Haec verba omisit Steph. Et videntur sane ex glossemate orta. Certe misere corrupta sunt. Quod nos cum Bekkero dedimus, id debetur libris Mon. et Flor. β. In Bas. 2. legitur ἄλλο ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν ἕξιν σαφηνείᾳ, λέγει ἐν ψυχῇ. Et ἕξιν legunt ceteri libri omnes. Vind. σαφήνειαν. Flor. a. c. σαφηνείᾳ omittunt. Etiam ὃ ante λέγοι soli Mon. et Flor. β. habent; ceteri omnes omittunt. Pro λέγοι alii λέγει vel λέγειν. In Par. A. λέγεις superscriptum. Haec igitur est scripturae varietas in codd. reperta. Videamus nunc etiam de coniecturis, quibus viri docti locum vindicare et emendare studuerunt. Itaque Winckelm. in Zimmerm. Diar. Stud. Antiq. a. 1840. N. 157. p. 1283. corr. πρὸς τὴν ἐξέτασιν σαφηνείᾳ, reliquis intactis. C. Fr. Hermann de coniectura sua scripsit: ἀλλ' ὃ ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν ἔξω σαφήνειαν, *ἃ* λέγει ἐν ψυχῇ, *ἀρκέσει*. Ἀρέσκει — C. Steinhart. ann. ad Interpr. Germ. p. 693. scribi vult ἀλλ' ὃ ἂν ὄνομα δηλοῖ λέξεως σαφήνειαν ὃ λέγει vel ὃ ἂν λέγοι (sc. ὁ ὀνομάζων), ἐν ψυχῇ, ἀρκέσει. Ἀρέσκει κ. τ. λ.

tam synthetica quam analytica utatur. Sententiam illustrabunt etiam clarius quae de eadem re disputantur in Phaedon. p. 101. C. D. E. Sophist. p. 253. C. D. et p. 259. Schneiderum mireris haec intellexisse aliter, quum tamen sententia sit satis perspicua. Qui quod etiam ἀναίρουσα coniecit, item iudicio suo falsus est. Quidni enim recte dictum sit ἀναιρεῖν τι ἐπί τι, sursum evehere ac referre aliquid ad aliud quid, praesertim quum eodem modo dicatur Phaed. p. 76 D. ἐπὶ ταύτην (τὴν οὐσίαν) τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων πάντα ἀναφέρομεν. coll. p. 75. B.: Gorg. p. 487. E. ἐπ' ἄλλην βάσανον ἀναφέρειν? Nec vero audiendi sunt qui duce Schleiermachero ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχήν cum πορεύεται coniungunt et τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα per se seorsum accipiunt. Imo antegressum ταύτῃ illustratur verbis: τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα, ad quae necessario etiam pertrahenda sunt verba ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχήν, ut sibi constet sententia. De structurae genere v. ann. ad Phaedon. p. 59. A. p. 102. D.



ἀμφιςβήτησις, οἷς τοσούτων πέρι σκέψις ὅσων ἡμῖν E
πρόκειται. Οὐ γὰρ οὖν ἔφη· [ἀλλ' ὃ ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν λέξιν σαφηνείᾳ, ὃ λέγοι ἐν ψυχῇ.] Cap. XIV. Ἀρέσκει γοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὥςπερ τὸ πρότερον, τὴν μὲν πρώτην μοῖραν ἐπιστήμην καλεῖν,
δευτέραν δὲ διάνοιαν, τρίτην δὲ πίστιν καὶ εἰκασίαν 534
τετάρτην· καὶ ξυναμφότερα μὲν ταῦτα δόξαν, ξυναμφότερα δ' ἐκεῖνα νόησιν· καὶ δόξαν μὲν περὶ γέ-

Haec igitur hariolati sunt viri docti. Quae fatemur nobis non modo audaciae nomine vehementer displicere, sed etiam ideo improbari, quia oratio manet scabra et hiulca atque dictio λέγειν ἐν ψυχῇ a probae Graecitatis usu aliena est. Si verba genuina sunt — sunt autem propter seqq. minime necessaria, sed commodissime possunt abesse — sed si sunt germana et ab ipso Platone profecta, leniore medicina adhibita melius fortasse scripseris sic: ἀλλ' ἐὰν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν λέξεως σαφήνειαν ὃ λέγοι ἂν ψυχή, sc. sufficit, quod sponte ex antegresso οὐκ ἔστι περὶ ὀνόματος ἀμφισβήτησις intelligitur. Dictionem ἡ ψυχὴ λέγει illustravimus ad Sympos. p. 192. C. Hoc igitur dicit: sed dummodo pateat (δηλοῖ enim intransitive dictum, de quo usu v. ad Gorg. p. 483. D.) vel manifestum sit, quod animus dicat (i. e. interior loquentis sensus), ita ut dictionis perspicuitas efficiatur, mittenda est de verbis altercatio. Articulus ante ψυχὴ eodem modo omissus Eurip. Hipp. 174. τί ποτ' ἔστι, μαθεῖν ἔραται ψυχή. Supra C. II. p. 365. A. τί οἰόμεθα ἀκουούσας νέων ψυχὰς ποιεῖν;

Ἀρέσκει γοῦν] Vulgo οὖν invitis Par. A. Vind Ven. Ξ. Vat. m.

Cap. XIV. P. 534. ταῦτα δόξαν — νόησιν] Mon. et marg. Flor. β. ἐκεῖνα νόησιν, ταῦτα δὲ δόξαν.

D. ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ —] Multi posterioris aetatis scriptores hunc locum respexerunt, ut annotarunt Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 95. Biblioth. Crit. Vol. II. P. 2. p. 110. et Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. Praef. p. CIII. Etiam τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα Platonicis frequentatum. v. Creuzer. ad Plotin. de Pulcr. p. 361. coll. p. 358. et 210. Pro ἀνάγει ἄνω Timaeus Gloss. p. 31. legit ἀνατείνει ἄνω, ubi v. Ruhnk. Voc. συνέριθοι Timaeus p. 242. interpretatur συνεργοί, ubi Ruhnkenius vulgatam lectionem satis tuetur comparato praeter alios Tyrio Max. Diss. XXXVII. p. 453.. qui hunc locum imitatione expressit.

δέονται δὲ ὀν.] quum tamen alio nomine indigeant. De structura v. ad Gorg. p. 464. A.

ἔν γε τῷ πρόσθεν που ὡρ.] V. libr. VI. p. 511. C. D.

E. οὐ περὶ ὀνόματος ἀμφισβ.] Tyr. Max. Diss. XXVII, p. 40: ἐγὼ γάρ τοι τά τε ἄλλα, καὶ ἐν τῇ τῶν ὀνομάτων ἐλευθερίᾳ πείθομαι Πλάτωνι, ubi bene observavit Davisius saepius

νεσιν, νόησιν δὲ περὶ οὐσίαν· καὶ ὅ τι οὐσίαν πρὸς
γένεσιν, νόησιν πρὸς δόξαν, ἐπιστήμην πρὸς πίστιν
καὶ διάνοιαν πρὸς εἰκασίαν. τὴν δ' ἐφ' οἷς ταῦτα
ἀναλογίαν καὶ διαίρεσιν διχῇ ἑκατέρου, δοξαστοῦ τε
καὶ νοητοῦ ἐῶμεν, ὦ Γλαύκων, ἵνα μὴ ἡμᾶς πολλα-
πλασίων λόγων ἐμπλήσῃ ἢ ὅσων οἱ παρεληλυθότες.
B Ἀλλὰ μὴν ἔμοιγ', ἔφη, τά γε ἄλλα, καθ' ὅσον δύ-
ναμαι ἕπεσθαι, ξυνδοκεῖ. Ἦ καὶ διαλεκτικὸν καλεῖς
τὸν λόγον ἑκάστου λαμβάνοντα τῆς οὐσίας; καὶ τὸν
μὴ ἔχοντα, καθ' ὅσον ἂν μὴ ἔχῃ λόγον αὑτῷ τε
καὶ ἄλλῳ διδόναι, κατὰ τοσοῦτον νοῦν περὶ τούτου
οὐ φήσεις ἔχειν; Πῶς γὰρ ἄν, ἦ δ' ὅς, φαίην;
Οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὡςαύτως· ὃς ἂν μὴ
ἔχῃ διορίσασθαι τῷ λόγῳ ἀπὸ τῶν ἄλλων πάντων
C ἀφελὼν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν, καὶ ὥςπερ ἐν μάχῃ
διὰ πάντων ἐλέγχων διεξιών, μὴ κατὰ δόξαν ἀλλὰ
κατ' οὐσίαν προθυμούμενος ἐλέγχειν, ἐν πᾶσι τούτοις

*καὶ ὅ τι οὐσίαν πρὸς γ.*] Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. al. *οὐσία.* Non probo, licet Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Angel. alii, deinceps etiam *νόησις* scribant. Ediderunt nuperi.

*νόησιν πρὸς δόξαν, ἐπιστήμην πρ. π. —*] Par. A. Ven. Ξ. II. Vind. Angel. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. *νόησ. πρὸς δόξαν· καὶ ὅτι νόησις πρὸς δόξαν, ἐπιστήμη πρὸς πίστιν καὶ δ.* ctr. quod receperunt Schn. Turr.

*ἢ ὅσων*] *ὅσον* Par. A. Vat. r. Θ. Ven. II.

Platonem suam in nominibus adhibendis *ἀδιαφορίαν* aperte professum esse.

Cap. XIV. P. 534. *τὴν δ' ἐφ' οἷς ταῦτα ἀναλογίαν*] h. e. *τὴν δὲ ἀναλογίαν τούτων, ἐφ' οἷς ταῦτα ἔστιν,* sc. *ἡ ἐπιστήμη, διάνοια, πίστις καὶ εἰκασία,* s. *δόξα καὶ νόησις* Notabilis verborum constructio.

*ἢ ὅσων οἱ παρεληλυθότες*] quam superiores quaestiones. Oratio paullo liberius conformata: *οἱ παρεληλυθότες λόγοι λόγων ἡμᾶς ἐνέπλησαν.*

B. *τὸν λόγον ἑκάστου λαμβάνοντα τῆς οὐσίας*] h. e. *τὸν λαμβάνοντα λόγον τῆς οὐσίας ἑκάστου.* Sic *λόγον λαμβάνειν* est libr. III. p. 401. D. Theaet. p. 148. D. al.

*καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὡςαύτως*] sc. *ἔχει.* v. ad Gorg. p. 460. B. coll. infr. libr. VIII. p. 551. C.

C. *ὥςπερ ἐν μάχῃ διὰ πάντων ἐλέγχων διεξιών*] *Διὰ πάντων διεξιέναι* in pugna dicuntur qui caede per singulos eunt, qui sibi viam caedendo parant. Herodot. III, 11: *διὰ πάντων δὲ διεξελθόντες τῶν παίδων,* quum omnes pueros interfecissent, quum caede per omnes pueros ivissent. Elegantiam huius comparationis nemo erit quin facile percipiat.



ἀπτῶτι τῷ λόγῳ διαπορεύηται, οὔτε αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν
φήσεις εἰδέναι τὸν οὕτως ἔχοντα οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν
οὐδέν, ἀλλ' εἴ πῃ εἰδώλου τινὸς ἐφάπτεται, δόξῃ, οὐκ
ἐπιστήμῃ ἐφάπτεσθαι, καὶ τὸν νῦν βίον ὀνειροπο-
λοῦντα καὶ ὑπνώττοντα, πρὶν ἐνθάδ' ἐξέγρεσθαι, εἰς
Ἅιδου πρότερον ἀφικόμενον τελέως ἐπικαταδαρθά- D
νειν; Νὴ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, σφόδρα γε πάντα
ταῦτα φήσω. Ἀλλὰ μὴν τούς γε σαυτοῦ παῖδας,
οὓς τῷ λόγῳ τρέφεις τε καὶ παιδεύεις, εἴ ποτε ἔργῳ
τρέφοις, οὐκ ἂν ἐάσαις, ὡς ἐγῷμαι, ἀλόγους ὄντας
ὥςπερ γραμμάς, ἄρχοντας ἐν τῇ πόλει κυρίους τῶν
μεγίστων εἶναι. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. Νομοθετήσεις
δὴ αὐτοῖς ταύτης μάλιστα τῆς παιδείας ἀντιλαμβά-
νεσθαι, ἐξ ἧς ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστη-
μονέστατα οἷοί τ' ἔσονται; Νομοθετήσω, ἔφη, μετά E
γε σοῦ. Ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγώ, ὥςπερ θριγ-
κὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖ-

B. *Πῶς γὰρ ἄν, ἦ δ' ὅς, φαίην;*] Solus Steph. *οὐ* ante *φαίην* interposuit, incertum qua causa.

C. *αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν φήσεις*] Vulgo post *ἀγαθόν* insertum legebatur *οὐδέν*, quod om. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Par. DK Mon. Ang. Vat. m. r. et Florentini. Mox *ἐξεγρέσθαι* corr. Herm.

E. *ὥςπερ θριγκός*] V. *θρίγκος*, quod pauci habent.

*τὸν οὕτως ἔχοντα*] Cum vi dictum pro *τοῦτον.* Verbum *ἐφάπτεσθαι* de mente et animo apud Platonem passim usurpatum, ut Phaedon. p. 67. B. cf. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 162. et Creuzer. ad Plotin. l. c. p. 299.

D. *ὥςπερ γραμμάς*] *Γραμμαί* non sunt literae s. scriptiones, ut Astius interpretatur: hanc enim significationem hoc vocabulum nunquam habuit: sed potius lineae penecillo praeformatae. Sed obscurum est, quid hoc sibi velit. Cornarius coniecit *ὥςπερ Φρύγας Μίδας,* audacius quam verius. Schneiderus interpretatur: ratione carentes tanquam lineas, quia mathematici teste Euclide X. lineas non commensurabiles dixerint *ἀλόγους.* Prave; cur *ἄλογοι* dicantur, patet ex proximis: *ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρ.* Fortasse scribendum *γραφάς,* pictas imagines. Plutarchus Vit. Lycurg. c. x: *ὥςτε δὴ τοῦτο τὸ θρυλλούμενον, ἐν μόνῃ — τῇ Σπάρτῃ σώζεσθαι τυφλὸν ὄντα τὸν Πλοῦτον, καὶ κείμενον ὥςπερ γραφὴν ἄψυχον καὶ ἀκίνητον.* conf. Phaedr. p. 276. B.

*ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι*] h. e. *διαλέγεσθαι* Frequens apud Platonem circumloquutio. v. ad Phaedon. p. 75. D. coll. de Rep. VI. p. 487. B.

E. *ὥςπερ θριγκός*] „apex,

σθαι, καὶ οὐκέτ' ἄλλο τούτου μάθημα ἀνωτέρω
ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ' ἔχειν ἤδη τέλος τὰ τῶν
535 μαθημάτων; Ἔμοιγ', ἔφη.

Cap. XV. Διανομὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ λοι-
πόν σοι, τίσι ταῦτα τὰ μαθήματα δώσομεν καὶ τίνα
τρόπον. Δῆλον, ἔφη. Μέμνησαι οὖν τὴν προτέραν
ἐκλογὴν τῶν ἀρχόντων, οἵους ἐξελέξαμεν; Πῶς γάρ,
ἦ δ' ὅς, οὔ; Τὰ μὲν ἄλλα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ,
ἐκείνας τὰς φύσεις οἴου δεῖν ἐκλεκτέας εἶναι· τούς
τε γὰρ βεβαιοτάτους καὶ τοὺς ἀνδρειοτάτους προαι-
ρετέον, καὶ κατὰ δύναμιν τοὺς εὐειδεστάτους· πρὸς
B δὲ τούτοις ζητητέον μὴ μόνον γενναίους τε καὶ βλο-
συροὺς τὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ ἃ τῇδε τῇ παιδείᾳ τῆς
φύσεως πρόσφορα ἑκτέον αὐτοῖς. Ποῖα δὴ διαστέλ-
λει; Δριμύτητα, ὦ μακάριε, ἔφην, δεῖ αὐτοῖς πρὸς

Cap. XV. P. 535. B. *καὶ βλοσυρούς*] *βλοσσυρούς* Ven. Ξ. Par. K. Vat. r.

*μνήμονα δὴ*] Sic Par. A. Ang. Vat. m. Vulgo *δέ*.

*καὶ ἄῤῥατον*] V. *καὶ ἄκρατον*. Veram lectionem praeter scholiast. ad h. l. servarunt Par. A. Ven. II. Vind. Vat. m. Flor. a. c. x. cum Astii Veneto et Monac. In Par. DK. *ἄῤῥητον* legitur.

C. *πάντῃ φιλόπονον*] Sic Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Par.

culmen s. corona, *στεφάνη*. Respexerunt Themist. Orat. XXI. p. 257. D. Procl. in Euclid. p. 12. Vid. Petrus Victorius Varr. Lectt. II. 12.“ Astius. Cicer. Legg. I. 24: „Atque haec omnia quasi *sepimento* quodam vallabit disserendi ratione, veri et falsi iudicandi scientia.“ Unde Heusdius Init. Phil. Plat. Vol. II. P. II. p. 172. *θριγκὸν* h. l. censuit interpretandum esse sepimentum. Proclus Theol. Plat. I. 9 p. 20. *καὶ πῶς θριγκὸν μὲν αὐτὴν (τὴν διαλεκτικὴν) ἐφ' ἅπασι περιβεβλῆσθαι τοῖς μαθήμασιν.* Asclepias in Nicom. ap. Bulliald. ad Theon. Smyrn. p. 194. *καὶ θριγκῷ ἐοίκασι περιφρονοῦντι πάντα; δεῖ διὰ τούτων ἐπὶ τὴν διαλεκτικὴν ὠθεῖν κ. τ. λ.*

Cap XV. P 535. *τὴν προτέραν ἐκλογὴν*] Libr. III Cap. 19.

B. *καὶ βλοσυροὺς τὰ ἤθη*] *Βλοσυρός* etsi proprie significat eum, qui torvo vultu est ideoque terribilis adspectu, tamen etiam in bonam partem dicitur de eo, cuius vultus severitatem quandam et generositatem refert, quod Latini etiam ferox dixerunt, ut h. l. Sic Theaet. p. 149. A. Socrates matrem suam vocat *μαῖαν μάλα γενναίαν τε καὶ βλοσυράν*. Et Aelian. V. H. XII. 21. narrat Lacaenas matres, ubi filios in pugna ex adverso vulneratos conspexissent, fuisse *γαυρουμένας καὶ σεμνὸν ἄρα καὶ βλοσυ-*



τὰ μαθήματα ὑπάρχειν, καὶ μὴ χαλεπῶς μανθά-
νειν· πολὺ γάρ τοι μᾶλλον ἀποδειλιῶσι ψυχαὶ ἐν
ἰσχυροῖς μαθήμασιν ἢ ἐν γυμνασίοις· οἰκειότερος γὰρ
αὐταῖς ὁ πόνος, ἴδιος ἀλλ' οὐ κοινὸς ὢν μετὰ τοῦ
σώματος. Ἀληθῆ, ἔφη. Καὶ μνήμονα δὴ καὶ ἄῤ-
ῥατον καὶ πάντῃ φιλόπονον ζητητέον. ἢ τίνι τρόπῳ C
οἴει τά τε τοῦ σώματος ἐθελήσειν τινὰ διαπονεῖν
καὶ τοσαύτην μάθησίν τε καὶ μελέτην ἐπιτελεῖν; Οὐ-
δένα, ἦ δ' ὅς, ἐὰν μὴ παντάπασί γ' ᾖ εὐφυής. Τὸ
γοῦν νῦν ἁμάρτημα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ ἀτιμία φι-
λοσοφίᾳ διὰ ταῦτα προςπέπτωκεν, ὃ καὶ πρότερον
εἴπομεν, ὅτι οὐ κατ' ἀξίαν αὐτῆς ἅπτονται. οὐ γὰρ
νόθους ἔδει ἅπτεσθαι, ἀλλὰ γνησίους. Πῶς; ἔφη.
Πρῶτον μέν, εἶπον, φιλοπονίᾳ οὐ χωλὸν δεῖ εἶναι D
τὸν ἁψόμενον, τὰ μὲν ἡμίσεα φιλόπονον, τὰ δ' ἡμί-

DK. Mon. Ang. Vat. m. r. Florentini, et ed. Bas. 2. Vulgo *πάντα*.

*παντάπασί γ' ᾖ*] V. *παντάπασιν ᾖ*. Illud Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Flor. β. γ. servarunt. Mox Par. A. Vind. *εἶπον* pro *εἴπομεν*.

D. *τὰ μὲν ἡμίσεα φιλόπονον*] Post *φιλοπ.* vulgo additum *ὄντα* om. Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Vat. m. r. Flor. c. α. γ. et Stobaeus Sermon. XXIX. p. 206.

*ρὸν ὁρώσας*. cf. Casaubon. ad Athen. Deipnos. V. p. 343. Animadv. T. III. p. 246. et Wernsdorf. ad Himer. p. 787. Proxima in hunc modum iungas: *ἀλλὰ καὶ ἑκτέον αὐτοῖς ἐστιν ἃ πρόςφορά* (utilia, zuträglich) *ἐστι τῇδε τῇ παιδείᾳ τῆς φύσεως*. Deinde *διαστέλλεσθαι* idem fere quod *διορίζεσθαι* significat. Aristotel. Polit. II. c. 5. p. 51. ed. Göttling.: *ἐπεὶ δὲ πεποιήμεθα μνείαν, ἔτι μικρὰ περὶ αὐτοῦ διαστείλασθαι βέλτιον.* — *Δριμύτης* est acumen, facilitas ingenii, ut recte interpretatur Casaubon. ad M. Antonin. p. 100. ed. Gatak. — *οἰκειότερος γὰρ αὐταῖς*, nam magis proprius lis hic (doctrinarum studii) labor est, quum ipsis sit peculiaris neque communis corpori. — *Ἄῤῥατον* schol. ad h. l. interpretatur *ἰσχυρόν, στερεόν, ἢ δυσκίνητον*. Eadem fere habet Timaeus Glossar. p. 50., ubi plura Ruhnken. Legitur vox etiam Cratyl. p. 407. D.

C. *Οὐδένα, ἦ δ' ὅς, ἐὰν μὴ π.*] Groen van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 209. propter praegressum *τίνι τρόπῳ* legendum censet *Οὐδένι*. Non opus, opinor. Respondetur *Οὐδένα*, ut si *τίνα οἴει* antecedat. Recte igitur Ficinus: Nam quem alium censes lubenter labores corporis subiturum ctr.

*καὶ πρότερον*] Lib. VI. Cap. 8.

σεα ἄπονον. ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν τις φιλογυμναστὴς
μὲν καὶ φιλόθηρος ᾖ καὶ πάντα τὰ διὰ τοῦ σώμα-
τος φιλοπονῇ, φιλομαθὴς δὲ μή, μηδὲ φιλήκοος μηδὲ
ζητητικός, ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις μισοπονῇ. χωλὸς δὲ
καὶ ὁ τἀναντία τούτου μεταβεβληκὼς τὴν φιλοπο-
νίαν. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν καὶ πρὸς
ἀλήθειαν, ἦν δ' ἐγώ, ταὐτὸν τοῦτο ἀνάπηρον ψυ-
E χὴν θήσομεν, ἣ ἂν τὸ μὲν ἑκούσιον ψεῦδος μισῇ
καὶ χαλεπῶς φέρῃ αὐτή τε καὶ ἑτέρων ψευδομένων
ὑπεραγανακτῇ, τὸ δ' ἀκούσιον εὐκόλως προςδέχηται
καὶ ἀμαθαίνουσά που ἁλισκομένη μὴ ἀγανακτῇ, ἀλλ'
εὐχερῶς ὥςπερ θηρίον ὕειον ἐν ἀμαθίᾳ μολύνηται;
536 Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Καὶ πρὸς σωφροσύνην,
ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἀνδρείαν καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ
πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς μέρη οὐχ ἥκιστα δεῖ φυλάτ-
τειν τὸν νόθον τε καὶ τὸν γνήσιον· ὅταν γάρ τις
μὴ ἐπίστηται τὰ τοιαῦτα σκοπεῖν καὶ ἰδιώτης καὶ

P. 536. *μὴ ἐπίστηται τὰ τοιαῦτα σκ.*] Vulgo *πάντα τὰ τ.* Deest *πάντα* in Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. α. γ. In Vat. Θ. Ven. II. Ang. Vat. r. Flor. x. *πάντῃ* scribitur. Mox Angel. *τύχωσι τούτοις*, quod verum videtur.

*Ἡμῖν δή, ἦν δ' ἐγώ, π. τ. τ.*] Ald. Bas. 1. 2. *Ἡμῖν δ' ἐγὼ πάντα*, quod Steph. in *Ἡμῖν δ' ἔφην ἐγώ, π.* mutavit. Veram lectionem Par. ADK. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. et Flo-

D. *ὁ τἀναντία τούτου μεταβεβληκὼς τὴν φ.*] qui contrario modo atque ille studium sibi elegit, h. e. qui literarum studio unice est deditus, neglectis corporis exercitationibus. Nam *τἀναντία* pro adverbio capiendum, ut sexcenties. *Μεταβάλλειν* autem est permutatione facta sumere; vicissim sumere s. eligere, ut saepe.

*ταὐτὸν τοῦτο ἀνάπηρον ψυχ.*] pariter s. item claudam putabimus. Libr. X. p. 605 B: *ταὐτὸν καὶ τὸν μιμητικὸν ποιητὴν φήσομεν — ἐμποιεῖν*. Politic. p. 308. C. Protagor. p. 344. D. Men. p. 90 D. Phileb. p. 37. D. Sympos. p. 178 E., ubi v. annot. Locum ob oculos habuit Themistius Orat. XXI. p. 257. D. Mox breviter dici poterat: *αὐτή τε καὶ ἐν ἑτέροις*: sed in altero membro denuo infertur verbum finitum.

E. *ὥςπερ θηρίον ὕειον ἐν ἀμαθίᾳ μολ.*] Sic Legg. VII. p. 819. E: *ἄνοιαν* vocat *οὐκ ἀνθρώπινόν τι πάθος, ἀλλὰ ὑηνῶν τινων μᾶλλον θρεμμάτων*. Photius Lexic. *Ὑηνία· σκαιότης καὶ ἀμαθία. οὕτως Καλλίας.* Plura dabit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 262.

P. 536. *δεῖ φυλάττειν τὸν νόθον τε καὶ τὸν γνήσιον*] h. e. observare decet, utrum quis adulterinus sit, an probus.



πόλις, λανθάνουσι χωλοῖς τε καὶ νόθοις χρώμενοι
πρὸς ὅ τι ἂν τύχωσι τούτων, οἱ μὲν φίλοις, οἱ δὲ
δὲ ἄρχουσι. Καὶ μάλα, ἔφη, οὕτως ἔχει. Ἡμῖν δή,
ἦν δ' ἐγώ, πάντα τὰ τοιαῦτα διευλαβητέον· ὡς ἐὰν B
μὲν ἀρτιμελεῖς τε καὶ ἀρτίφρονας ἐπὶ τοσαύτην μά-
θησιν καὶ τοσαύτην ἄσκησιν κομίσαντες παιδεύωμεν,
ἥ τε δίκη ἡμῖν οὐ μέμψεται αὐτή, τήν τε πόλιν καὶ
πολιτείαν σώσομεν· ἀλλοίους δὲ ἄγοντες ἐπὶ ταῦτα
τἀναντία πάντα καὶ πράξομεν καὶ φιλοσοφίας ἔτι
πλείω γέλωτα καταντλήσομεν. Αἰσχρὸν μέντ' ἂν εἴη,
ἦ δ' ὅς. Πάνυ μὲν οὖν, εἶπον. γελοῖον δ' ἔγωγε
καὶ ἐν τῷ παρόντι ἔοικα παθεῖν. Τὸ ποῖον; ἔφη.
Ἐπελαθόμην, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἐπαίζομεν, καὶ μᾶλλον C
ἐντεινάμενος εἶπον. λέγων γὰρ ἅμα ἔβλεψα πρὸς φι-
λοσοφίαν, καὶ ἰδὼν προπεπηλακισμένην ἀναξίως ἀγα-
νακτήσας μοι δοκῶ καὶ ὥςπερ θυμωθεὶς τοῖς αἰτίοις
σπουδαιότερον εἰπεῖν ἃ εἶπον. Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη,

rentini servarunt. Voculam *μέν* ante *ἀρτιμελεῖς* vulgo neglectam Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Ang. Vat. r. Flor. a. c. x. γ. reddiderunt.

B. *τἀναντία πάντα καὶ πράξομεν*] *πάντα καὶ πράξομεν* Par. AK. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Vat. m. r. Flor. a. c. α. γ. et edit. Bas. 2. Aberat *καὶ* ante Bekkerum.

— *καὶ ἰδιώτης καὶ πόλις.* v. ad libr. VI. p. 501. A. Dein post *ὅταν τις* infertur numerus verbi pluralis, de quo structurae genere conf. annot. ad Phileb. p. 138. coll. Viger. p. 41. a Matth. Gr. §. 487. 4. — *τούτων* respicit ad praecedens *τὰ τοιαῦτα*, ac pendet ex *ὅ τι* pronomine, ut ad *πρὸς ὅ τι ἂν τύχωσιν* more frequenti verbum *χρώμενοι* denuo intelligatur, hoc sensu: ad quodcunque iis utantur.

B. *φιλοσοφίας ἔτι πλείω γέλωτα καταντλήσομεν*] philosophiam maiore adhuc risu obruemus. Legg. VII. p. 800. C: *πᾶσαν βλασφημίαν τῶν ἱερῶν καταχέοντι*. Ibid. p. 804. B: *δόξαν τοῦ ἀνθρώπων γένους καταχεῖν, ὡς πάντων δειλότατον· φύσει θηρίων ἐστίν.* conf. Heusd. Specim. Crit. p. 127. Dein observes hoc *γελοῖον ἔοικα παθεῖν*, non addito *τι* pronomine. v. ad Sympos. p. 175. B.

C. *μᾶλλον ἐντεινάμενος εἶπον*] contentiosius dicebam.

*Οὐ μὰ τὸν Δί' — οὐκοῦν —*] V. ad libr. III. p. 390. C. — *ὥς γ' ἐμοὶ ἀκροατῇ* est me quidem iudice, qui audivi. Sophist. p. 234. E: *ὡς γοῦν ἐμοὶ τηλικῷδε ὄντι κρῖναι*, ubi v. Heindorf. coll. Matth. Gr. §. 388. a. Rost. Gr. §. 105. 5.

οὔκουν ὥς γ' ἐμοὶ ἀκροατῇ. Ἀλλ' ὡς ἐμοί, ἦν δ'
ἐγώ, ῥήτορι. τόδε δὲ μὴ ἐπιλανθανώμεθα, ὅτι ἐν
μὲν τῇ προτέρᾳ ἐκλογῇ πρεσβύτας ἐξελέγομεν, ἐν δὲ
D ταύτῃ οὐκ ἐγχωρήσει· Σόλωνι γὰρ οὐ πειστέον, ὡς
γηράσκων τις πολλὰ δυνατὸς μανθάνειν, ἀλλ' ἧττον
ἢ τρέχειν, νέων δὲ πάντες οἱ μεγάλοι καὶ οἱ πολλοὶ
πόνοι. Ἀνάγκη, ἔφη. Cap. XVI. Τὰ μὲν τοίνυν
λογισμῶν τε καὶ γεωμετριῶν καὶ πάσης τῆς προπαι-
δείας, ἣν τῆς διαλεκτικῆς δεῖ προπαιδευθῆναι, παι-
σὶν οὖσι χρὴ προβάλλειν, οὐχ ὡς ἐπάναγκες μαθεῖν
τὸ σχῆμα τῆς διδαχῆς ποιουμένους. Τί δή; Ὅτι,
E ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲν μάθημα μετὰ δουλείας τὸν ἐλεύ-
θερον χρὴ μανθάνειν. οἱ μὲν γὰρ τοῦ σώματος πό-
νοι βίᾳ πονούμενοι χεῖρον οὐδὲν τὸ σῶμα ἀπεργά-
ζονται, ψυχῇ δὲ βίαιον οὐδὲν ἔμμονον μάθημα.
Ἀληθῆ, ἔφη. Μὴ τοίνυν βίᾳ, εἶπον, ὦ ἄριστε, τοὺς
537 παῖδας ἐν τοῖς μαθήμασιν, ἀλλὰ παίζοντας τρέφε,
ἵνα καὶ μᾶλλον οἷός τ' ᾖς καθορᾶν ἐφ' ὃ ἕκαστος
πέφυκεν. Ἔχει ὃ λέγεις, ἔφη, λόγον. Οὐκοῦν μνη-

Cap. XVI. P. 537. μᾶλλον οἷός τ' ᾖς] Errore vulgo legebatur ἦ.

D. ὡς γηράσκων τις π.] Celeberrimum est illud Solonis Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος, de quo vide etiam Lachet. p. 100. C. conf. Schneidewin. Delect. Poet. Eleg. p. 30. Quam sententiam nunc reprehendit ideo, quia non in senectute discendae sint artes, sed in iuventutis vigore. Deinde Benedictus scribendum putavit ἧττων ᾖ, et lingua et sententia adversante. Post ἀλλ' ἧττον liquet ex superioribus repetendum esse apud animum δυνατὸς μανθάνειν.

Cap. XVI. Τὰ μὲν τοίνυν λογισμῶν τε κ.] Nam hanc commendat pueros educandi rationem, qua arithmeticam et geometriam ceterasque artes cum iis coniunctas veluti propaedeuticas dialectices disciplinas discendas et pueris quasi lusu tradendas esse censet. id quod etiam Legg. VII. p. 819. B. C. eodem modo fieri meminimus. Postrema enuntiati verba sic inter se iungenda: ποιουμένους τὸ σχῆμα τῆς διδαχῆς οὐχ ὡς ἐπάναγκες μαθεῖν, eam institutionis formam adhibentes, quae nihil habere videatur, quod ad discendum cogat atque vi impellat. Nihil enim, quod per vim (βίᾳ) in animum intrudatur, firmiter in eo haerere (ἔμμονον ψυχῇ εἶναι) existimat. De ἐπάναγκες v. Legg. VI. p. 756. C. p. 764. A. 765. A. C. Sympos. p. 176. E. Quintil. Institt. I. 1. 20:



μονεύεις, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ εἰς τὸν πόλεμον ἔφα-
μεν τοὺς παῖδας εἶναι ἀκτέον ἐπὶ τῶν ἵππων θεω-
ρούς, καὶ ἐάν που ἀσφαλὲς ᾖ, προςακτέον ἐγγὺς καὶ
γευστέον αἵματος, ὥςπερ τοὺς σκύλακας; Μέμνημαι,
ἔφη. Ἐν πᾶσι δὴ τούτοις, ἦν δ' ἐγώ, τοῖς τε πό- B
νοις καὶ μαθήμασι καὶ φόβοις ὃς ἂν ἐντρεχέστατος
ἀεὶ φαίνηται, εἰς ἀριθμόν τινα ἐγκριτέον. Ἐν τίνι,
ἔφη, ἡλικίᾳ; Ἡνίκα, ἦν δ' ἐγώ, τῶν ἀναγκαίων
γυμνασίων μεθίενται. οὗτος γὰρ ὁ χρόνος, ἐάν τε
δύο ἐάν τε τρία ἔτη γίγνηται, ἀδύνατός τι ἄλλο
πρᾶξαι· κόποι γὰρ καὶ ὕπνοι μαθήμασι πολέμιοι·
καὶ ἅμα μία καὶ αὕτη τῶν βασάνων οὐκ ἐλαχίστη,
τίς ἕκαστος ἐν τοῖς γυμνασίοις φανεῖται. Πῶς γὰρ
οὔκ; ἔφη. Μετὰ δὴ τοῦτον τὸν χρόνον, ἦν δ' ἐγώ,
ἐκ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν οἱ προκριθέντες τιμάς τε μεί-
ζους τῶν ἄλλων οἴσονται, τά τε χύδην μαθήματα C
παισὶν ἐν τῇ παιδείᾳ γενόμενα τούτοις συνακτέον
εἰς σύνοψιν οἰκειότητος ἀλλήλων τῶν μαθημάτων
καὶ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως. Μόνη γοῦν, εἶπεν, ἡ

B. Μετὰ δὴ τοῦτον τ. χρ.] Sic Vat. Θ. Ven. ΞΠ. Vind. Par. DK. Mon. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. Legebatur δέ. Dein Par. A. εἴκοσι ἐτῶν. Schneid. uno verbo: εἰκοσιετῶν scripsit.

Nam id in primis cavere oportebit, ne studia qui amare nondum potest oderit, et amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformidet.

P. 537. ὅτι καὶ εἰς τὸν πόλεμον ἔφαμεν] Libr. V. p. 467. E. Cap. 14. Mox γευστέον Steph. derivandum censet ab activo verbo γεύω, gustum praebeo. Recte, opinor. — εἰς ἀριθμόν τινα ἐγκριτέον. Latine item dixeris in aliquo numero habendus.

ἐντρεχέστατος] Antiatticista in Bekkeri Anecdot. Vol. I. p. 94, 30. ἐντρεχῆ ἄνδρα· Πλάτων Πολιτείᾳ, ἐντρεχέστατον.

B. Ἡνίκα — τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων μεθίενται] Quo facilius appareat, ad quam quique rem apti sint, etiam in corporibus exercendis eos occupari iubet. Quoniam autem fatigatio et somnus disciplinarum studio adversantur; iis, qui vigesimo aetatis anno ceteris praestantiores iudicati fuerint, disciplinas puerili aetate sparsim traditas fusius explicari vult atque ita illustrari, ut quibus singulae partes cognationis vinculis contineantur clarius intelligatur eoque modo animi ad τὴν τοῦ ὄντος φύσιν percipiendam adducantur.

C. εἰς σύνοψιν — φύσεως] ad contuendam mutuam artium et eius naturae.

τοιαύτη μάθησις βέβαιος, ἐν οἷς ἂν ἐγγένηται. Καὶ
μεγίστη γε, ἦν δ' ἐγώ, πεῖρα διαλεκτικῆς φύσεως
καὶ μή· ὁ μὲν γὰρ συνοπτικὸς διαλεκτικός, ὁ δὲ μὴ
οὔ. Ξυνοίομαι, ἦ δ' ὅς. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ,
D δεήσει σε ἐπισκοποῦντα, οἳ ἂν μάλιστα τοιοῦτοι ἐν
αὐτοῖς ὦσι καὶ μόνιμοι μὲν ἐν μαθήμασι, μόνιμοι δ'
ἐν πολέμῳ καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, τούτους αὖ,
ἐπειδὰν τὰ τριάκοντα ἔτη ἐκβαίνωσιν, ἐκ τῶν προ-
κρίτων προκρινάμενον εἰς μείζους τε τιμὰς καθιστά-
ναι καὶ σκοπεῖν, τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει βασα-
νίζοντα, τίς ὀμμάτων καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσεως δυ-
νατὸς μεθιέμενος ἐπ' αὐτὸ τὸ ὂν μετ' ἀληθείας ἰέναι.
καὶ ἐνταῦθα δὴ πολλῆς φυλακῆς ἔργον, ὦ ἑταῖρε.
E Τί μάλιστα; ἦ δ' ὅς. Οὐκ ἐννοεῖς, ἦν δ' ἐγώ, τὸ
νῦν περὶ τὸ διαλέγεσθαι κακὸν γιγνόμενον ὅσον γί-
γνεται; Τὸ ποῖον; ἔφη. Παρανομίας που, ἔφην
ἐγώ, ἐμπίπλανται. Καὶ μάλα, ἔφη. Θαυμαστὸν οὖν
τι οἴει, εἶπον, πάσχειν αὐτούς, καὶ οὐ ξυγγιγνώσκεις;
Πῇ μάλιστα; ἔφη. Οἷον, ἦν δ' ἐγώ, εἴ τις ὑποβο-
λιμαῖος τραφείη ἐν πολλοῖς μὲν χρήμασι, πολλῷ δὲ
538 καὶ μεγάλῳ γένει καὶ κόλαξι πολλοῖς, ἀνὴρ δὲ γενό-
μενος αἴσθοιτο, ὅτι οὐ τούτων ἔστι τῶν φασκόντων

D. *καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις*] V. *καὶ ἐν τ. ἄ. ν.* dissentientibus Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. x. *α. γ.*

*ὀμμάτων καὶ τῆς ἄλλης αἰσθ.*] *τε* vulgo ante *καὶ* insertum optimi plurimique libri omittunt. Dein solus Steph. inverso verborum ordine dedit *μεθιέμενον δυνατός.*

E. *κακὸν γιγν.*] *καλὸν* Par. A. Vat. Θm.

*Παρανομίας — ἐμπίπλανται*] V. *ἐμπίπλαται*, quod e Vindob. Vat. m. Flor. a. c. x. *α. γ.* correxi de Astii sententia. v. explicatt.

quae vere *est*, cognationem. Duplicis usum genitivi ab eodem nomine pendentis iam saepius attigimus.

*διαλεκτικῆς φύσεως καὶ μή*] utrum indoles sit dialectica nec ne, ut VI. p. 486. A. et alibi.

D. *καὶ ἐνταῦθα δὴ πολλῆς φυλακῆς ἔργον*] hic vero multa opus est cautione.

E. *Παρανομίας — ἐμπίπλανται*] Videlicet ii, qui dialecticam tractant. Recte iam Ficinus: „Iniquitate prorsus abundant.“ Singularis numerus *ἐμπίπλαται* ubi servatur, subiectum erit *τὸ* *διαλέγεσθαι.* At sequitur *αὐτούς.*



γονέων, τοὺς δὲ τῷ ὄντι γεννήσαντας μὴ εὕροι, τοῦ-
τον ἔχεις μαντεύσασθαι, πῶς ἂν διατεθείη πρός τε
τοὺς κόλακας καὶ πρὸς τοὺς ὑποβαλομένους ἐν ἐκείνῳ
τε τῷ χρόνῳ, ᾧ οὐκ ᾔδει τὰ περὶ τῆς ὑποβολῆς,
καὶ ἐν ᾧ αὖ ᾔδει; ἢ βούλει ἐμοῦ μαντευομένου ἀκοῦ-
σαι; Βούλομαι, ἔφη. Μαντεύομαι τοίνυν, εἶπον,
μᾶλλον αὐτὸν τιμᾶν ἂν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα B
καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους δοκοῦντας ἢ τοὺς κολα-
κεύοντας, καὶ ἧττον μὲν ἂν περιιδεῖν ἐνδεεῖς τινος,
ἧττον δὲ παράνομόν τι δρᾶσαι ἢ εἰπεῖν εἰς αὐτούς,
ἧττον δὲ ἀπειθεῖν τὰ μεγάλα ἐκείνοις ἢ τοῖς κόλα-
ξιν, ἐν ᾧ χρόνῳ τὸ ἀληθὲς μὴ εἰδείη. Εἰκός, ἔφη.
Αἰσθόμενος τοίνυν τὸ ὄν, μαντεύομαι αὖ περὶ μὲν
τούτους ἀνεῖναι ἂν τὸ τιμᾶν τε καὶ σπουδάζειν, περὶ
δὲ τοὺς κόλακας ἐπιτεῖναι, καὶ πείθεσθαί τε αὐτοῖς
διαφερόντως ἢ πρότερον καὶ ζῆν ἂν ἤδη κατ' ἐκεί- C
νους, ξυνόντα αὐτοῖς ἀπαρακαλύπτως, πατρὸς δὲ
ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων ποιουμένων οἰκείων, εἰ μὴ
πάνυ εἴη φύσει ἐπιεικής, μέλειν τὸ μηδέν. Πάντ',
ἔφη, λέγεις οἷά περ ἂν γένοιτο. ἀλλὰ πῇ πρὸς τοὺς
ἁπτομένους τῶν λόγων αὕτη φέρει ἡ εἰκών; Τῇδε.
ἔστι που ἡμῖν δόγματα ἐκ παίδων περὶ δικαίων καὶ

P. 538. *πρὸς τοὺς ὑποβαλομένους*] Ald. Bas. 1. 2. Vat. Θ. Ven. ΞΠ. Vind. Par. DK. Ang. Vat. r. Flor. a. c. x. *α. γ. ὑποβαλλομένους.*

*ᾧ οὐκ ᾔδει*] V. *ἐν ᾧ*, dissentientibus libris omnibus praeter Ven. Ξ. v. ad p. 520. D.

C. *πῇ πρὸς τοὺς ἁπτομένους τῶν λόγων*] V. *πῇ προσάπτομεν οὓς τῶν λ.* Veram lectionem servarunt Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. *α. γ.*

P. 538. B. *περιιδεῖν ἐνδεεῖς τινος*] minusque illos esse neglecturum, si qua re indigeant.

*Αἰσθανόμενος τοίνυν τὸ ὄν*] Nominativus absolute reliquis praemissus. conf. IV. p. 430. E. Legg. II. p. 673. C. al. Hermannus de coniectura sua dedit *Αἰσθόμενον.*

*διαφερόντως ἢ πρότερον*] magis quam antea. v. ad Phaedon. p. 85. B.

C. *καὶ τῶν ἄλλων ποιουμένων οἰκείων*] Οἱ ποιούμενοι οἰκεῖοι sunt fictitii, qui opponuntur veris.

*ἀλλὰ πῇ πρὸς τ. — φέρει*

καλῶν, ἐν οἷς ἐκτεθράμμεθα ὥςπερ ὑπὸ γονεῦσι,
πειθαρχοῦντές τε καὶ τιμῶντες αὐτά. Ἔστι γάρ.
D Οὐκοῦν καὶ ἄλλα ἐναντία τούτων ἐπιτηδεύματα ἡδο-
νὰς ἔχοντα, ἃ κολακεύει μὲν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ
ἕλκει ἐφ' αὑτά, πείθει δ' οὒ τοὺς καὶ ὁπῃοῦν με-
τρίους· ἀλλ' ἐκεῖνα τιμῶσι τὰ πάτρια καὶ ἐκείνοις
πειθαρχοῦσιν. Ἔστι ταῦτα. Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ·
ὅταν τὸν οὕτως ἔχοντα ἐλθὸν ἐρώτημα ἔρηται, τί
ἐστι τὸ καλόν, καὶ ἀποκριναμένου ὃ τοῦ νομοθέτου
ἤκουεν ἐξελέγχῃ ὁ λόγος, καὶ πολλάκις καὶ πολλαχῇ
E ἐλέγχων εἰς δόξαν καταβάλῃ, ὡς τοῦτο οὐδὲν μᾶλλον
καλὸν ἢ αἰσχρόν, καὶ περὶ δικαίου ὡςαύτως καὶ ἀγα-
θοῦ καὶ ἃ μάλιστα ἦγεν ἐν τιμῇ, μετὰ τοῦτο τί
οἴει ποιήσειν αὐτὸν πρὸς αὐτὰ τιμῆς τε πέρι καὶ
πειθαρχίας; Ἀνάγκη, ἔφη, μήτε τιμᾶν ἔτι ὁμοίως

D. ἕλκει, ἐφ' αὑτά.] V. ἐφ' ἑαυτά, invitis Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m.

ἐρώτημα ἔρηται] Male Steph. εἴρηται, quod codd. fere omnes recte aspernantur.

καὶ ἀποκριναμένου] V. ἀποκρινάμενον, invitis Par. ADK. Ven. II. Vind. Ang. Vat. m. Mon. Dein καταλάβῃ Par. A. Vind. Vat. m.

ἡ εἰκών;] Ficinus: „Sed quid haec similitudo ad eos, qui disputationes sectantur?" Recte. De loquutione τρέφεσθαι ὑπό τινι dictum ad libr. III. sect. 4. Eleganter opiniones, quas inde a pueris animo imbibimus, cum parentibus comparantur, quibus magna cum reverentia obediamus.

D. τοὺς καὶ ὁπῃοῦν μετρίους] eos, qui vel aliqua ex parte bene morati sunt; v. ad libr. IV. p. 422. E.

ἐλθὸν ἐρώτημα ἔρηται] Elegans prosopopoeia, ut mox dicitur ὁ λόγος ἐξελέγχειν.

ἃ μάλιστα ἦγεν ἐν τιμῇ] Dicitur etiam ἔχειν ἐν τιμῇ. v. Lobeck. ad Phrynich. p. 419. coll. p. 528. B. Mox τιμῆς τε πέρι καὶ πειθαρχίας ut Lat. de dictum pro quod attinet ad, s. ratione habita honoris et obedientiae. Cuius usus exempla Heindorf. ad Phaedrum §. 65. desiderabat. Sed conf. Tim. p. 20. A. Men. p. 90. B. Xenoph. Cyrop. I, 6, 15. Demosthen. Philipp. I. §. 6, 3.

μήτε ταῦτα ἡγῆται — τά τε ἀληθῆ] In his τε post μήτε infertur, ut et post neque apud Latinos. Alia ad Protagor. p. 309. B. p. 360. D. dedimus. De verbis ἔστι πρὸς ὁποῖον ἀλλ. β. κ. τ. λ. conf. Matth. Gr. §. 482.

Cap. XVII. P. 539. τῶν οὕτω λόγων ἁπτομένων] Hic quoque ἅπτεσθαι τῶν λόγων est accedere ad disserendi rationem, eam attingere



μήτε πείθεσθαι. Ὅταν οὖν, ἦν δ' ἐγώ, μήτε ταῦτα
ἡγῆται τίμια καὶ οἰκεῖα, ὥςπερ πρὸ τοῦ, τά τε ἀληθῆ
μὴ εὑρίσκῃ, ἔστι πρὸς ὁποῖον βίον ἄλλον ἢ τὸν κο- 539
λακεύοντα εἰκότως προςχωρήσεται; Οὐκ ἔστιν, ἔφη.
Παράνομος δή, οἶμαι, δόξει γεγονέναι ἐκ νομικοῦ.
Ἀνάγκη. Cap. XVII. Οὐκοῦν, ἔφην, εἰκὸς τὸ πά-
θος τῶν οὕτω λόγων ἁπτομένων, καὶ ὃ ἄρτι ἔλεγον,
πολλῆς συγγνώμης ἄξιον; Καὶ ἐλέου γ', ἔφη. Οὐ-
κοῦν ἵνα μὴ γίγνηται ὁ ἔλεος οὗτος περὶ τοὺς τρια-
κοντούτας σοι, εὐλαβουμένῳ παντὶ τρόπῳ τῶν λόγων
ἁπτέον; Καὶ μάλ', ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν οὐ μία μὲν
εὐλάβεια αὕτη συχνή, τὸ μὴ νέους ὄντας αὐτῶν B
γεύεσθαι; οἶμαι γάρ σε οὐ λεληθέναι, ὅτι οἱ μειρα-
κίσκοι, ὅταν τὸ πρῶτον λόγων γεύωνται, ὡς παιδιᾷ
αὐτοῖς καταχρῶνται, ἀεὶ εἰς ἀντιλογίαν χρώμενοι,

P. 539. ἐκ νομικοῦ] V. ἐκ νομικοῦ. Sed Bas. 2. Flor. a. c. x. α. γ. Vind. Ven. Ξ. Angel. Vat. m. νομίμου.

Cap. XVII. περὶ τοὺς τριακοντούτας] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. pro vulg. τριακοντούτεις. Vid. Etymol. M. s. v. τριακοντούτης p. 765, 15. Buttmann. Gr. Amplior. T. I. P. II. p. 403. coll. P. I. p. 210. ann. 1.

et tractandam suscipere; v. ad libr. VI. p. 497. E.

περὶ τοὺς τριακοντούτας σοι, εὐλαβ.] Vulgo post οὗτος comma ponitur. Sed Im. Bekkerus post σοι distinxit. Ita sensus hic est: Ne haec misericordia, inquit, tibi de hominibus triginta annos habentibus oriatur, omnino caute attingendae sunt disputationes. Servata vulgari interpunctione verba περὶ τοὺς τριακοντ. cum εὐλαβουμένῳ connectenda sunt. Et recte sane dicitur εὐλαβεῖσθαι περί τι. Nec sententia ita oritur incommoda, quae haec est: Itaque ne misericordia ista nascatur, erit tibi omnino de iis, qui iam triginta annos habent, summa cautio in tractandis sermonibus adhibenda. Quanquam fateor Bekkeri rationem mihi magis probari. Ceterum τὸ λόγων ἅπτεσθαι, quod proprie est adolescentium, hoc loco tribuitur ei, per quem fit, ut illi dialecticam attingant. Qua ratione non satis perspecta Ficinus vertit: triginta annos nati duntaxat caute admodum dialecticas argumentationes degustent. Nisi forte γευστέον legit. Quod si verum esset, rursus a γεύω, gustandum praebeo, derivandum foret.

B. ὅταν τὸ πρῶτον λόγων γεύωνται —] Simillima est descriptio illa iuvenis de inventis dialecticis suis mire exsultantis Phileb. p. 15. E sq.: ὁ δὲ πρῶτον αὐτοῦ γευσάμενος ἑκάστοτε τῶν νέων ἡσθεὶς ὥς τινα

καὶ μιμούμενοι τοὺς ἐξελέγχοντας αὐτοὶ ἄλλους ἐλέγ-
χουσι, χαίροντες ὥςπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν τε καὶ
σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. Ὑπερφυῶς
μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν ὅταν δὴ πολλοὺς μὲν αὐτοὶ
ἐλέγξωσιν, ὑπὸ πολλῶν δὲ ἐλεγχθῶσι, σφόδρα καὶ
C ταχὺ ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι ὧνπερ πρό-
τερον· καὶ ἐκ τούτων δὴ αὐτοί τε καὶ τὸ ὅλον φι-
λοσοφίας πέρι εἰς τοὺς ἄλλους διαβέβληνται. Ἀλη-
θέστατα, ἔφη. Ὁ δὲ δὴ πρεσβύτερος, ἦν γ' ἐγώ,
τῆς μὲν τοιαύτης μανίας οὐκ ἂν ἐθέλοι μετέχειν, τὸν
δὲ διαλέγεσθαι ἐθέλοντα καὶ σκοπεῖν τἀληθὲς μᾶλ-
λον μιμήσεται ἢ τὸν παιδιᾶς χάριν παίζοντα καὶ
D ἀντιλέγοντα, καὶ αὐτός τε μετριώτερος ἔσται καὶ τὸ
ἐπιτήδευμα τιμιώτερον ἀντὶ ἀτιμοτέρου ποιήσει. Ὀρ-
θῶς, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὰ προειρημένα τούτου ἐπ'
εὐλαβείᾳ πάντα προείρηται, τὸ τὰς φύσεις κοσμίους
εἶναι καὶ στασίμους οἷς τις μεταδώσει τῶν λόγων,
καὶ μή, ὡς νῦν ὁ τυχὼν καὶ οὐδὲν προςήκων ἔρχε-

B. αὐτοὶ ἐλέγξωσιν] V. ἐξελέγξωσιν, contra fidem Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Vat. m. r. Flor. a. β. γ. Iidem fere libri deinde ἐλεγχθῶσι pro ἐξελ.

D. ἔρχεται ἐπ' αὐτό;] Steph. coni. αὐτούς. Non opus.

σοφίας εὑρηκὼς θησαυρὸν ὑφ' ἡδονῆς ἐνθουσιᾷ τε καὶ πάντα κινεῖ λόγον κ. τ. λ. Locum laudat Plutarchus de Profect. in Virt. Sent. p. 78. E.; illustrat similium dictorum comparatione Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 11 sq. Dictionem σπαράττειν τῷ λόγῳ τινά attigit etiam Valcken. Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 200. — τοὺς πλησίον ἀεί, i. e. τοὺς ἀεὶ πλησίον. Phileb. p. 15. D: τῶν λεγομένων ἀεί. Ibid. E.

C. εἰς τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι —] eo delabuntur, ut nihil eorum verum habeant, quae antea putabant. Nam ἡγεῖσθαί τι est ratum habere, pro vero ducere. Dein τὸ ὅλον φιλοσοφίας πέρι est quidquid philosophiam attinet, tota philosophiae caussa. Φιλοσοφίας πέρι dictum ratione verbi διαβάλλεσθαι habita. Nam dici potuit etiam τὸ ὅλον τῆς φιλοσοφίας. vid. ad libr. II. p. 371. C. Praepositionis εἰς autem non alia ratio est quam in loquutionibus εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐλλόγιμον γενέσθαι Gorg. p. 526. B. εἰς τοὺς Ἕλληνας αὑτὸν σοφιστὴν παρέχειν. Protagor. p. 312. A. εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαφανῆ εἶναι τῇ ἀρετῇ Tim. p. 25. B. al. Videlicet διαβάλλειν τινὰ εἴς τινας proprie est malum rumorem spargere, ita ut ad alios perveniat et penetret.

D. καὶ μή, ὡς νῦν ὁ τ.]



ται ἐπ' αὐτό; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἀρκεῖ δὴ ἐπὶ
λόγων μεταλήψει μεῖναι ἐνδελεχῶς καὶ ξυντόνως μη-
δὲν ἄλλο πράττοντι, ἀλλ' ἀντιστρόφως γυμναζομένῳ
τοῖς περὶ τὸ σῶμα γυμνασίοις, ἔτη διπλάσια ἢ τότε;
Ἕξ, ἔφη, ἢ τέτταρα λέγεις; Ἀμέλει, εἶπον, πέντε E
θές. μετὰ γὰρ τοῦτο καταβιβαστέοι ἔσονταί σοι εἰς
τὸ σπήλαιον πάλιν ἐκεῖνο, καὶ ἀναγκαστέοι ἄρχειν
τά τε περὶ τὸν πόλεμον καὶ ὅσαι νέων ἀρχαί, ἵνα
μηδ' ἐμπειρίᾳ ὑστερῶσι τῶν ἄλλων. καὶ ἔτι καὶ ἐν
τούτοις βασανιστέοι, εἰ ἐμμενοῦσιν ἑλκόμενοι πανта-
χόσε ἤ τι καὶ παρακινήσουσι. Χρόνον δέ, ἦ δ' ὅς, 540
πόσον τοῦτον τίθης; Πεντεκαίδεκα ἔτη, ἦν δ' ἐγώ.
γενομένων δὲ πεντηκοντούτων τοὺς διασωθέντας καὶ
ἀριστεύσαντας πάντα πάντῃ ἐν ἔργοις τε καὶ ἐπιστή-
μαις πρὸς τέλος ἤδη ἀκτέον, καὶ ἀναγκαστέον ἀνα-
κλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς αὐγὴν εἰς αὐτὸ ἀποβλέψαι
τὸ πᾶσι φῶς παρέχον, καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτό,
παραδείγματι χρωμένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώ-

P. 540. τὴν τῆς ψυχῆς αὐγήν] Sic Par. ADK. Vat. Ven. ΞΙΙ. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. et sex Florentini nostri. Vulgo ἀκτῖνα.

Ast. non satis perspecta verborum constructione scribendum suspicatur: εἰ δὲ μή, ὡς νῦν, ὁ τυχὼν κ. τ. λ. Videlicet verba καὶ μή cum praegressis cohaerent τὸ τὰς φ. κ. εἶναι, ut idem significent quod καὶ τὸ μὴ τοιούτους εἶναι, ὡς νῦν κ. τ. λ. Quanquam paullo liberior est orationis conformatio. Dein οὐδὲν προςήκων vocatur qui ad philosophiae studium non est idoneus, ᾧ οὐδὲν προςήκει ἐπὶ τὴν διαλεκτικὴν ἰέναι. Rarior vocabuli usus. Nolim enim καὶ οὐδὲν προςῆκον, et quidem quum ei non conveniat, corrigere.

ἀλλ' ἀντιστρόφως—] sed vicissim corporis exercitationibus occupato annos duplo plures quam tum. Respicit ad p. 537. B: ἡνίκα — τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων μεθίενται· οὗτος γὰρ ὁ χρόνος, ἐάν τε δύο ἐάν τε τρία ἔτη γίγνηται, ἀδύνατός τι ἄλλο πρᾶξαι· κόποι γὰρ καὶ ὕπνοι μαθήμασι πολέμιοι.

E. εἰς τὸ σπήλαιον πάλιν ἐκεῖνο] Sic vocat civilium negotiorum communionem, respiciens ad illam antri comparationem, ubi inter alia dixerat eum, qui lucem solis semel intueri consuevisset, recusaturum rursus ad pristinos sodales descendere eosque de misero ipsorum statu et conditione edocere.

P. 540. ἤ τι παρακινήσουσιν] Verbum intransitive posi-

B τας καὶ ἑαυτοὺς κατακοσμεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐν
μέρει ἑκάστους, τὸ μὲν πολὺ πρὸς φιλοσοφίαν δια-
τρίβοντας, ὅταν δὲ τὸ μέρος ἥκῃ, πρὸς πολιτικοῖς
ἐπιταλαιπωροῦντας καὶ ἄρχοντας ἑκάστους τῆς πό-
λεως ἕνεκα, οὐχ ὡς καλόν τι, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον
πράττοντας, καὶ οὕτως ἄλλους ἀεὶ παιδεύσαντας
τοιούτους, ἀντικαταλιπόντας τῆς πόλεως φύλακας, εἰς
μακάρων νήσους ἀπιόντας οἰκεῖν· μνημεῖα δ' αὐτοῖς
C καὶ θυσίας τὴν πόλιν δημοσίᾳ ποιεῖν, ἐὰν καὶ ἡ
Πυθία ξυναναιρῇ, ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ μή, ὡς εὐδαι-
μοσί τε καὶ θείοις. Παγκάλους, ἔφη, τοὺς ἄρχον-
τας, ὦ Σώκρατες, ὥσπερ ἀνδριαντοποιὸς ἀπείργασαι.
Καὶ τὰς ἀρχούσας γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων. μη-
δὲν γάρ τι οἴου με περὶ ἀνδρῶν εἰρηκέναι μᾶλλον ἃ
εἴρηκα ἢ περὶ γυναικῶν, ὅσαι ἂν αὐτῶν ἱκαναὶ τὰς
φύσεις ἐγγίγνωνται. Ὀρθῶς, ἔφη, εἴπερ ἴσα γε πάντα
D τοῖς ἀνδράσι κοινωνήσουσιν, ὡς διήλθομεν. Τί οὖν;
ἔφην· ξυγχωρεῖτε περὶ τῆς πόλεώς τε καὶ πολιτείας
μὴ παντάπασιν ἡμᾶς εὐχὰς εἰρηκέναι, ἀλλὰ χαλεπὰ

ἑαυτοὺς κατακοσμεῖν] κοσμεῖν Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m.

C. ἡ Πυθία ξυναναιρῇ] Laudant Aristides Orat. de rhet. T. II. p. 11. et Thom. M. s. v. ἀνεῖλεν p. 67. ξυναιρῇ Par. A. Vat. m. ξυναίρῃ Vat. Θ. r. Ven. II.

D. ἄλλῃ ἢ εἴρηται] Vulgo οὐκ ἄλλῃ εἴρηται. Flor. a. c. γ. Par. A. Vind. Vat. m. et corr. Vat. Θ. οὐκ ἄλλῃ ἢ εἴρηται, quod suscepit Bekkerus Stobaeus Serm. XLI. p. 260. οὐκ ἄλλῃ πῃ εἴρηται. Bas. 2. οὐ κακῶς εἴρηται, ut Ven. Ξ. habet. Mon. et Flor. β. οὐκ ἄλλῃ ἢ ᾗ εἴρηται.

tum, ut Phaedr. p. 249. D. Aristophan. Ran. v. 658: ἰδού, σκόπει νυν ἤν παρακινήσαντ' ἴδῃς.

B. κατακοσμεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον —] Itaque senes sunt totius civitatis principes et moderatores. Hic quoque Platonem videas Lacedaemoniorum rempublicam ob oculos habuisse; quanquam is γέροντας suos perfectos philosophos esse voluit.

ὅταν δὲ τὸ μέρος ἥκῃ] Nos: wann die Reihe an sie kommt. — πρὸς φιλοσοφίαν διατρίβειν, in studio philosophiae versari.

ἄλλους ἀεὶ παιδεύσαντας τοιούτους] alios semper postquam institutione tales reddiderint.

C. ἐὰν καὶ ἡ Π. —, εἰ δὲ μή] En εἰ post ἐάν positum, de quo loquendi genere v. ad Phaedon. p. 93. B. Gorg. p. 470. A. Ἀναιρεῖν de oraculis verbum sollemne; v. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 166. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 493 sq. De proximis conf. Politic. p. 257. A: ἐπειδὰν τόν τε πολιτικὸν ἀπεργάσωνταί σοι καὶ τὸν φιλόσοφον.

ἴσα γε πάντα τοῖς ἀνδράσι κοινωνήσουσιν] siquidem omnia aequalia una cum viris habebunt.

D. εὐχὰς εἰρηκέναι] V. ad libr. V. p. 450. D.

καὶ οὐκ ἄλλῃ ἢ εἴρηται] neque alia quam qua dictum est ratione, quando videlicet veri philosophi ctr.

E. διασκευωρήσωνται τὴν ἑαυτῶν πόλιν] Non male Ficinus: suam ipsorum civitatem disponent. Loquitur enim philosophus de iis, quae instituenda sint, ut civitas antea descripta in ipsam hominum vitam introducatur. Schleiermacher. vertit: zur Einrichtung ihres Staates schreiten.



μέν, δυνατὰ δέ πῃ, καὶ οὐκ ἄλλῃ ἢ εἴρηται, ὅταν
οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι δυνάσται, ἢ πλείους ἢ εἷς,
ἐν πόλει γενόμενοι τῶν μὲν νῦν τιμῶν καταφρονή-
σωσιν, ἡγησάμενοι ἀνελευθέρους εἶναι καὶ οὐδενὸς
ἀξίας, τὸ δὲ ὀρθὸν περὶ πλείστου ποιησάμενοι καὶ
τὰς ἀπὸ τούτου τιμάς, μέγιστον δὲ καὶ ἀναγκαιότα- E
τον τὸ δίκαιον, καὶ τούτῳ δὴ ὑπηρετοῦντές τε καὶ
αὔξοντες αὐτὸ διασκευωρήσωνται τὴν ἑαυτῶν πόλιν;
Πῶς; ἔφη. Ὅσοι μὲν ἄν, ἦν δ' ἐγώ, πρεσβύτεροι
τυγχάνωσι δεκετῶν ἐν τῇ πόλει, πάντας ἐκπέμψωσιν
εἰς τοὺς ἀγρούς, τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν παραλαβόν- 541
τες ἐκτὸς τῶν νῦν ἠθῶν, ἃ καὶ οἱ γονῆς ἔχουσι,
θρέψωνται ἐν τοῖς σφετέροις τρόποις καὶ νόμοις, οὖ-
σιν οἵοις διεληλύθαμεν τότε· καὶ οὕτω τάχιστά τε
καὶ ῥᾷστα πόλιν τε καὶ πολιτείαν, ἣν ἐλέγομεν, κα-
ταστᾶσαν αὐτήν τε εὐδαιμονήσειν καὶ τὸ ἔθνος, ἐν
ᾧ ἂν ἐγγένηται, πλεῖστα ὀνήσειν. Πολύ γ', ἔφη·
καὶ ὡς ἂν γένοιτο, εἴπερ ποτὲ γίγνοιτο, δοκεῖς μοι, B
ὦ Σώκρατες, εὖ εἰρηκέναι. Οὐκοῦν ἅδην ἤδη, εἶπον

E. πάντας ἐκπέμψωσιν] Sic Stob. et codd. optimi Par. ADK. Ven. ΞII. Vat. Θ. Vind. Florr. al. pro vulg. ἐκπέμψουσιν et θρέψονται.

P. 541. οἱ γονῆς ἔχουσι] Sic Par. A. et pr. II. In Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. Stob. est οἱ γονεῖς. Vulgo legebatur: ἃ καὶ οἱ οἰκογονεῖς ἔχουσιν. Flor. β. Mon. οἰκογενῆ.

πολιτείαν, ἣν ἐλέγομεν] Mon. Flor. β. πολιτείαν εἶναι λέγομεν, quod legendum coniecit Benedictus. Idem deinde ἐφευρηκέναι pro εὖ εἰρηκέναι scribendum putavit ex Ficini interpretatione.

ἐγώ, ἔχουσιν ἡμῖν οἱ λόγοι περί τε τῆς πόλεως ταύτης καὶ τοῦ ὁμοίου ταύτῃ ἀνδρός; δῆλος γάρ που καὶ οὗτος, οἷον φήσομεν δεῖν αὐτὸν εἶναι. Δῆλος, ἔφη· καὶ ὅπερ ἐρωτᾷς δοκεῖ μοι τέλος ἔχειν.

tione: adinvenisse videris. Pro ἄδδην e libris melioribus ἅδην scripsimus cum Bekkero. De spiritu aspero v. Hesych. s. v. Eustath. in Dionys 1033.

# ARGUMENTUM

## LIBRI OCTAVI.

Expositis iis, quae ad tollendas colloquentium dubitationes necessaria esse videbantur, Socrates a Glaucone commonefactus revertitur ad quaestionem, quam libri quinti initio erat instituturus. Proposita enim optimae civitatis imagine, ex qua perfectissima cognosceretur hominis natura, voluerat etiam quattuor pravas reipublicae formas describere, atque docere plane easdem depravationis species etiam in singulorum hominum ingeniis ac moribus expressas exstare. Hoc igitur nunc ita facere instituit, ut uniuscuiusque civitatis origine, natura atque indole illustrata, semper deinde proponat hominis imaginem, in qua similia cernantur vitia, qualia in singulis notata sunt civitatibus. Nam quum civitas in homine, homo autem in civitate spectetur, ut alter alterius tanquam imago sit, civitatis ab optimo statu ad deteriorem defectio certe respondere debet etiam hominis optimi depravationi, quandoquidem civitas ita morata esse solet, ut ipsius cives morati sunt (p. 544. E. coll. 541. B.). Initium vero huius disputationis capit exinde, ut doceat, quomodo optima illa civitas, quam finxit, quamque optimo iure aristocratiam appellat, pedetentim in peius mutetur: unde deinde quattuor pravas oriri dicit reipublicae formas, timocratiam, oligarchiam, democratiam, et tyrannidem. Et aristocratia quidem illa, sive perfecta civitas, licet haud facile in statu suo perturbari

possit, tamen quoniam nihil, quod genitum sit, mutationis ac vicissitudinis expers habeatur, ei neutiquam perpetua et immutabilis fore videtur. Etenim fatali quadam lege eventurum arbitratur, ut exacto certo quodam annorum numero civitatis principes in iuvenibus et puellis ad sobolem procreandam deligendis peccent, unde deteriorem parentibus progeniem esse prodituram. Ita paullatim factum iri, ut neglectis pristinis reipublicae institutis ingenia ac mores civium depraventur atque avaritia et mala ambitione corrumpantur. Itaque aristocratiam primum mutari censet in timocratiam, qualis sit in Cretensium et Lacedaemoniorum republica. Huius deinde caussam, originem et naturam copiosius describit p. 545. B. — 548. D. Qua descriptione exhibita ei similem esse docet hominem ambitiosum, cuius educatio, ingenium et mores p. 548. D. — 550. B. elegantissime depinguntur. His explicatis timocratiam ostendit gliscente avaritia atque divitiarum cupiditate sensim degenerare in oligarchiam. Quocirca huius deinceps rationes accurate exponuntur, doceturque in tali civitate munera publica et magistratus pro census opumque magnitudine distribui, exclusis iis omnibus, qui in re tenuiore constituti sint: p. 550. C. — 553. A. Et huic quidem civitatis formae deinde comparat hominis avari ingenium, quod quibus opportunitatibus formetur et in quibus rebus maxime cernatur, eleganter persequitur p. 553. A. — 555. A. Ex oligarchia, in qua non virtuti, sed opibus ad honores via sit patefacta, oriri ostendit democratiam. Etenim plurimis civibus per paucorum avaritiam ad inopiam redactis fieri non posse, quin exoriantur qui furtis, latrociniis, sacrilegiis, aliis sceleribus operam navent: hos tandem fortunae suae pertaesos multitudine ad seditionem sollicitata dominos imperii vel necare vel in exsilium eiicere, atque rempublicam inter se ita partiri, ut nemini non ad magistratuum dignitatem pervenire liceat. Huiusmodi civitati illud maxime proprium esse ait, ut summa libertas ab omnibus expetatur, quaeque a petulantia, protervitate, scelerum denique impunitate, minime abhorreat. Quibus explicatis p. 555. B. – 558. C., democratiae prorsus respondere demonstrat hominis intemperantis ingenium, qui deposito honestatis amore quibuscunque libidinibus molliter indulgeat, p. 558. C. — 561. E. Denique absoluta democratiae atque hominis ei similis descriptione, prorsus egregia illa, progreditur ad tyrannidem considerandam, quam a perfectae civitatis virtute longissime abesse arbitratur. Cuius originem prudenter repetit a nimia libertate. Quemadmodum enim omne nimium in contrarium vertat, ita etiam nimiam libertatem ait summam gignere solere servitutem. Populus enim, inquit, ut coërceat eos, qui nimia freti libertate suis tantum commodis inserviunt, uni alicui solet rerum suarum defensionem atque curam committere eumque opibus atque dignitatibus maxime ornare. Qui, ubi animadvertit populi favorem, excogitata calumnia mox e medio tollit quos sibi metuendos esse suspicatur, et, quo ipse tutior sit, a populo corporis sui satellites petit. His impetratis callidissime se benignum et mansuetum ad tempus gerit, ut scilicet populi gratiam sibi colligat. Sed collecta ista gratia paullatim apertius tyranni partes agere sustinet. Etenim iam nefariis consiliis bella studet excitare, quo vel opera ipsius civibus necessaria fiat, vel nanciscatur occasionem hostibus obiiciendi atque perdendi eos, quos videt liberali praeditos esse ingenio, quosque imperium suum suspicatur detrectaturos. Nimirum hoc tyrannum vel maxime videre et curare oportet, ut ne quis bonus vir atque prudens, a cuius virtute ipsi metuendum sit, in civitate relinquatur. Alioquin enim eius dominatio admodum infirma ac brevis futura est. Aucto deinde satellitum suorum numero sacra profanaque spoliat omnique tributorum genere civium facultates exhaurit. Qui quidem miseram suam fortunam deplorantes nunc sero intelligunt, quam crudelem bestiam in sinu suo foverint; quam etiamsi abigere velint, tamen id non sine suo ipsorum damno facere poterunt. P. 562. A. usque ad fin.

Cap. I. *Εἶεν*· ταῦτα μὲν δὴ ὡμολόγηται, ὦ 543
Γλαύκων, τῇ μελλούσῃ ἄκρως οἰκεῖν πόλει κοινὰς μὲν γυναῖκας, κοινοὺς δὲ παῖδας εἶναι καὶ πᾶσαν παιδείαν, ὡςαύτως δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα κοινὰ ἐν πολέμῳ τε καὶ εἰρήνῃ, βασιλέας δὲ αὐτῶν εἶναι τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ τε καὶ πρὸς τὸν πόλεμον γεγονότας ἀρίστους. Ὡμολόγηται, ἔφη. Καὶ μὴν καὶ τάδε ξυνε- B
χωρήσαμεν, ὡς, ὅταν δὴ καταστῶσιν οἱ ἄρχοντες, ἄγοντες τοὺς στρατιώτας κατοικιοῦσιν εἰς οἰκήσεις, οἵας προείπομεν, ἴδιον μὲν οὐδὲν οὐδενὶ ἐχούσας, κοινὰς δὲ πᾶσι. πρὸς δὲ ταῖς τοιαύταις οἰκήσεσι καὶ τὰς κτήσεις, εἰ μνημονεύεις, διωμολογησάμεθά που οἷαι ἔσονται αὐτοῖς. Ἀλλὰ μνημονεύω, ἔφη, ὅτι γε οὐδὲν οὐδένα ᾠόμεθα δεῖν κεκτῆσθαι ὧν νῦν οἱ ἄλλοι, ὥςπερ δὲ ἀθλητάς τε πολέμου καὶ φύλακας, μι-

Cap. I. P. 543. *ταῦτα μὲν δὴ ὡμ.*] Laudat Stob. Serm. XLI. p. 264., unde pro vulg. lectione *κοινὰς μὲν δὴ γυναῖκας* recepimus *κοινὰς μὲν γ.* consentientibus libris Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Flor. β. x. Ang. Vat. r.

*βασιλέας δὲ αὐτ.*] V. *δή*, quod ex Par. A. repetitae lectionis Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Par. DK. Mon. Flor. a. c. α. x. correctum. Stobaeus habet *τε*.

B. *ὧν νῦν οἱ ἄλλοι*] V. *ὡς*, quod Bekk. ex Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m., nos ex Flor. a. c. x. α. mutavimus. Ficinus: nihil eorum, quae nunc possident alii.

Cap. I. P. 543. *ἄκρως οἰκεῖν*] optime s. perfecte administrari. Nam *οἰκεῖν* sensu intransitivo positum significat institutum esse, administrari: v. ad libr. V. p. 462. E. Mox p. 547. C: *μεταβᾶσα δὲ (ἡ πολιτεία) πῶς οἰκήσει;* P. 557. A: *τίνα — οὗτοι τρόπον οἰκοῦσι;*

B. *ἀθλητάς τε πολέμου*] V. III. 13. et 22.

C σθὸν τῆς φυλακῆς δεχομένους εἰς ἐνιαυτὸν τὴν εἰς ταῦτα τροφὴν παρὰ τῶν ἄλλων, αὐτῶν τε δεῖν καὶ τῆς ἄλλης πόλεως ἐπιμελεῖσθαι. Ὀρθῶς, ἔφην, λέγεις. Ἀλλ' ἄγε, ἐπειδὴ τοῦτ' ἀπετελέσαμεν, ἀναμνησθῶμεν, πόθεν δεῦρο ἐξετραπόμεθα, ἵνα πάλιν τὴν αὐτὴν ἴωμεν. Οὐ χαλεπόν, ἔφη· σχεδὸν γάρ, καθάπερ νῦν, ὡς διεληλυθὼς περὶ τῆς πόλεως τοὺς λόγους ἐποιοῦ, λέγων, ὡς ἀγαθὴν μὲν τὴν τοιαύτην, οἵαν τότε διῆλθες, τιθείης πόλιν, καὶ ἄνδρα
D τὸν ἐκείνῃ ὅμοιον, καὶ ταῦτα, ὡς ἔοικας, καλλίω ἔτι
544 ἔχων εἰπεῖν πόλιν τε καὶ ἄνδρα. ἀλλ' οὖν δὴ τὰς

C. Ἀλλ' ἄγε] Libri inter ἀλλά γε, ἀλλ' ἄγε et ἀλλάγε fluctuant. Vulgo Ἀλλά γε, quod cum Schneidero tuentur Turr. Sed recte Bekker. et Herm. Ἀλλ' ἄγε, quod bene convenit cum cohortativo ἀναμνησθῶμεν. Nec ἀλλά γε nulla voce interposita apud bonos auctores usquam videtur reperiri. conf. ann. ad I. p. 331. B. Dein Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. ταῦτ' pro vulg. τοῦτ'.

ὡς διεληλυθώς] ὡς add. Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ.

D. ὡς ἔοικας] V. ὡς ἔοικε, invitis Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ.

C. πόθεν δεῦρο ἐξετραπόμεθα] unde huc digressa sit oratio. v. ad Gorg. p. 497. C. coll. infra p. 568. D. Respicitur Libr. V. p. 415.

σχεδὸν γάρ, καθάπερ νῦν, ὡς διεληλυθώς —] propemodum enim, sicuti nunc, quasi disputatione de civitate absoluta verba faciebas, asseverans bonam te hanc talem civitatem, qualem tum informaveras, ponere atque hominem illi similem, *idque*, sicuti iam apparuit, habens adhuc praestantiorem informare tam civitatem quam hominem. Postrema quorsum spectent, valde dubitatum est. Videntur autem ii, qui ea ad Libr. III. p. 414. A. B. p. 416. B. retulerunt, plane a recto aberravisse. Imo spectare illa existimanda sunt ad ea, quae Socrates inde a loco Libri V. p. 449. A. ad quem nunc revertitur disputatio, ita exposuit, ut, licet illic civitatem bonam et bonum hominem satis descriptum videri professus esset, tamen haec ipsa ad speciem utriusque perficiendam plurimum valuisse appareruit. Nimirum cogitat Glauco de iis omnibus, quae reliqua parte libri quinti atque libro sexto et septimo sunt exposita, quae profecto eiusmodi sunt, ut Socratem evincant tum, quum ista diceret, etiam in pulcriorem civitatis et hominis speciem mente sua fuisse intuitum. Verum perspexit Schneiderus, qui tamen de uno libro sexto et septimo cogitari censuit.

P. 544. ἄξιον εἴη] Libr. IV. p. 445. C.

καὶ τοὺς ἐκείνους αὖ ὁμοίους] atque homines



ἄλλας ἡμαρτημένας ἔλεγες, εἰ αὕτη ὀρθή. τῶν δὲ λοιπῶν πολιτειῶν ἔφησθα, ὡς μνημονεύω, τέτταρα εἴδη εἶναι, ὧν καὶ πέρι λόγον ἄξιον εἴη ἔχειν καὶ ἰδεῖν αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα καὶ τοὺς ἐκείναις αὖ ὁμοίους, ἵνα πάντας αὐτοὺς ἰδόντες, καὶ ὁμολογησάμενοι τὸν ἄριστον καὶ τὸν κάκιστον ἄνδρα ἐπισκεψαίμεθα, εἰ ὁ ἄριστος εὐδαιμονέστατος καὶ ὁ κάκιστος ἀθλιώτατος, ἢ ἄλλως ἔχει. καὶ ἐμοῦ ἐρομένου, τίνας λέγοις τὰς τέτταρας πολιτείας, ἐν τούτῳ B
ὑπέλαβε Πολέμαρχός τε καὶ Ἀδείμαντος· καὶ οὕτω δὴ σὺ ἀναλαβὼν τὸν λόγον δεῦρ' ἀφῖξαι. Ὀρθό-

P. 544. αὖ ὁμοίους] V. ἀνομοίους, quod iam a Kleukero emendatum ex Par. AK. Ven. Ξ. Vind. Mon. Vat. m. et pr. Θ. Flor. a. c. α. β. γ. nuper mutatum est.

καὶ ὁμολογησάμενοι] Ang. Vat. r. ἀνομολογησάμενοι, quod sane usitatius est. Sed v. Dindorf. ad Xenoph. Sympos. p. 36.

ἢ ἄλλως ἔχει] Sic Vat. Θ. Ven. Ξ. Mon. Vat. r. Flor. a. c. α. β. Vulgo ἔχοι, quod Schn. Turr. Herm. servarunt.

τίνας λέγοις] Sic Par. A. Ven. II. Vind. Flor. γ., quod recepit Bekker. V. λέγεις.

civitatibus illis item similes. Pessime olim erat ἀνομοίους.

ὁμολογησάμενοι τὸν ἄριστον καὶ τὸν κάκιστον] quum inter nos invicem de optimo pessimoque viro convenisset. v. annot. crit. ad IV. p. 436. C. Vim verbi medii reciprocam dudum declaravit Budaeus Commentar. Ling. Gr. p. 956. Sic alia etiam verba usurpantur, veluti λοιδορεῖσθαι, apud Aristoph. Ran. v. 865. Dind., ubi est se invicem mutuis conviciis proscindere.

B. ἐν τούτῳ ὑπέλαβε Π.] h. e. nos interpellarunt. Quum enim Socrates libri quinti initio quattuor pravitatis formas, cum in singulis hominibus tum in civitate conspicuas, esset accuratius contemplaturus, a Polemarcho et Adimanto interpellabatur, quippe audire cupientibus, quomodo illud, quod ei ὡς ἐν παρόδῳ exciderat, de feminis quidem et liberis valere notissimum illud, amicorum esse omnia communia, intelligi vellet. v. libr. V. p. 449. coll. IV. p. 423. E. Itaque deinde ἀναλαμβάνειν non pervulgata illa significatione ponitur, qua est aliquid denuo in disputationem vocare, denuo tractare, quod putabat Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 72.; sed significat potius sermonem rursus suscipere. Etenim Socrates id, quod illi quaesierant, ita deinceps persequebatur, ut longam institueret disputationem de educationis et publicorum negotiorum rationibus, libr. V. p. 451. B. — 457. B., de coniugiorum et liberorum communione, p. 457. C. — 466. D., de philosophis magistratibus, p. 473. C sq. et libr.

τατα, εἶπον, ἐμνημόνευσας. Πάλιν τοίνυν, ὥςπερ παλαιστής, τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε, καὶ τὸ αὐτὸ ἐμοῦ ἐρομένου πειρῶ εἰπεῖν, ἅπερ τότε ἔμελλες λέγειν. Ἐάνπερ, ἦν δ' ἐγώ, δύνωμαι. Καὶ μήν, ἦ δ' ὅς, ἐπιθυμῶ καὶ αὐτὸς ἀκοῦσαι, τίνας ἔλεγες τὰς C τέτταρας πολιτείας. Οὐ χαλεπῶς, ἦν δ' ἐγώ, ἀκούσει. εἰσὶ γὰρ ἃς λέγω, αἵπερ καὶ ὀνόματα ἔχουσιν, ἥ τε ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπαινουμένη, ἡ Κρητική τε καὶ Λακωνικὴ αὕτη, καὶ δευτέρα καὶ δευτέρως ἐπαινουμένη, καλουμένη δ' ὀλιγαρχία, συχνῶν γέμουσα

B. τὰς τέτταρας πολ.] V. τέσσαρας, contra fidem meliorum librorum omnium.

C. καὶ πασῶν τούτων δ.] Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. α. γ. καὶ ἡ πασῶν, quod licet nuper quibusdam placuerit, tamen

VI., denique de disciplinis, quibus eorum animi erudiendi ac formandi essent, libr. VI. p. 502. C. sqq. et libr. VII.

τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε] Metaphora a luctantibus repetita. Phaedr. p. 236. C: εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθας. Legg. III. p. 682. E: ὁ λόγος ἡμῖν οἷον λαβὴν ἀποδίδωσιν. Phileb. p. 13. E: τάχ' ἀνιόντες εἰς τὰς ὁμοίας (sc. λαβὰς) ἴσως ἄν πως ἀλλήλοις ξυγχωρήσαιμεν, ubi Scholiastes: ἀπὸ μεταφορᾶς εἴρηται τῶν παλαιόντων. Idem ad h. l. ἔθος γάρ, inquit, τούτοις (τοῖς παλαισταῖς), ὅταν πέσωσιν ὁμοῦ, ὡς μηδένα ἐπιπεσεῖν τοῦ λοιποῦ, πάλιν ἐγερθέντες ἐφ' ὁμοίῳ συμπλεκῆναι σχήματι, ὅπερ τὴν αὐτὴν εἶπε λαβήν.

τίνας ἔλεγες τὰς τέτταρας πολιτείας] Non obscura est articuli vis. Nam verba hoc significant: τίνες εἰσὶν αἱ τέτταρες πολιτεῖαι (civitatis formae), ἃς ἔλεγες.

C. αἵπερ καὶ ὀνόματα ἔχουσιν] h. e. quae quidem etiam nomina habent, i. e. propriis nominibus insigniri possunt, ut Plato in proximis ipse fecit. conf. infra p. 545. B. Aliter Schleiermacher. p. 586. Platonis de republica Lacedaemoniorum et Cretensium iudicia admodum honorifica collegerunt Morgenstern. Commentatt. p. 306. De Geer. de Princip. Pol. Plat. p. 113 sq. cf. annot. ad Criton. p. 52. E.

καὶ δευτέρα καὶ δευτέρως ἐπ.] C. Fr. Hermann. de coniectura sua scripsit: καὶ δευτέρα ἡ δευτέρως ἐπ. Ac profecto aegre articulus abesse potest. Sed pari iure correxeris: καὶ ἡ δευτέρα καὶ δευτέρως ἐπ. ac secunda et secundo loco laudata ctr. Utut est, verba Platonis nunc mutare piaculum duximus.

ἥ τε ταύτῃ διάφορος —] et quae huic est adversaria. Sic enim dativus cum διάφορος iunctus interpretandus est, quem iniuria Astius in ταύτης mutavit. v. Matthiae Gr. §. 366. ann. 3.

πασῶν τούτων διαφέρουσα —] Mirum sane accidit, quod codd. fere omnes habent



κακῶν πολιτεία, ἥ τε ταύτῃ διάφορος καὶ ἐφεξῆς γιγνομένη δημοκρατία, καὶ ἡ γενναία δὴ τυραννὶς καὶ πασῶν τούτων διαφέρουσα, τέταρτόν τε καὶ ἔσχατον πόλεως νόσημα. ἢ τίνα ἄλλην ἔχεις ἰδέαν πολι- D τείας, ἥτις καὶ ἐν εἴδει διαφανεῖ τινι κεῖται; δυναστεῖαι γὰρ καὶ ὠνηταὶ βασιλεῖαι καὶ τοιαῦταί τινες πολιτεῖαι μεταξύ τι τούτων πού εἰσιν, εὕροι δ' ἂν τις αὐτὰς οὐκ ἐλάττους περὶ τοὺς βαρβάρους ἢ τοὺς Ἕλληνας. Πολλαὶ γοῦν καὶ ἄτοποι, ἔφη, λέγονται. Cap. II. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ ἀνθρώπων

propter loci sententiam ferri non potest. Itaque nuper etiam criticos Turr. pristini consilii sui poenituit. Flor. β. Mon. καὶ ἐκ π. Dein διαφεύγουσα. A Θ Π Φ D K. q. m. r. Flor. a. c. α. β. γ. quod pro vulg. διαφέρουσα Turr. ediderunt.

διαφεύγουσα. Sed caret haec lectio idonea interpretatione, etiamsi ex duobus codd. ἐκ πασῶν scripseris. Videtur igitur διαφεύγουσα nescio quo errore ortum, nisi forte in eo latet aliquid reconditius. Quod donec indagatum fuerit, iure vulgatam scripturam tuebimur.

ἢ τινα ἄλλην ἔχεις] an quam aliam civitatis formam habes, quae illustrem quandam habeat speciem? Bene correxit Astius ἤ τινα, quum vulgo ἢ τίνα legeretur. Significat enim Socrates nullam civitatis formam illustriorem praeter eas, quas modo commemoraverit, inventum iri.

Cap. II. ὅτι καὶ ἀνθρώπων —] Verba sic coniungenda sunt: ὅτι ἀνάγκη (ἐστὶν) εἶναι τοσαῦτα εἴδη τρόπων ἀνθρώπων, ὅσαπερ καὶ εἴδη ἐστὶ πολιτειῶν. Etenim cuique civitatis formae respondere arbitratur atque similem esse peculiarem aliquam hominis indolem. Nam timocratiae, qualis regnet in Cretensium et Lacedaemoniorum republica, comparat hominem ambitiosum, p. 548. D. — 550. B., oligarchiae apponit hominis avari ingenium, p. 553. A. — 555. A., cum democratia contendit hominem libidinibus deditum, p. 558. C. — 561. E., denique tyrannidi similem esse arbitratur eum, qui uni alicui cupiditati adeo inserviat, ut animus quasi eius imperio obstrictus teneatur. libr. IX. p. 571. A. sqq. Quae quum in proximis summa cum subtilitate disputentur atque illustrentur, ferri profecto non potest lectio vulgata ἀνάγκη τρόπον τινὰ εἶναι. Neque enim istud τρόπον τινά cum philosophi sententia congruit, qui inter singulorum hominum indolem variasque reipublicae formas maximam statuit intercedere similitudinem. Neque audiendus est Schleiermacherus, qui constructionis ratione deceptus contendit πολιτείας non posse εἴδη τρόπων appellari. Videlicet vir egregius verba ita coniunxit: ὅσαπερ καὶ εἴδη τρόπων πολιτειῶν, quum τρόπων in hac enuntiati parte non sit denuo apud animum repetendum.

εἴδη τοσαῦτα ἀνάγκη τρόπων εἶναι, ὅσαπερ καὶ πο-
λιτειῶν; ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πο-
λιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν
E ταῖς πόλεσιν, ἃ ἂν ὥςπερ ῥέψαντα τἆλλα ἐφελκύ-
σηται; Οὐδαμῶς ἔγωγ', ἔφη, ἄλλοθεν ἢ ἐντεῦθεν.
Οὐκοῦν εἰ τὰ τῶν πόλεων πέντε, καὶ αἱ τῶν ἰδιω-
τῶν κατασκευαὶ τῆς ψυχῆς πέντε ἂν εἶεν. Τί μήν;
Τὸν μὲν δὴ τῇ ἀριστοκρατίᾳ ὅμοιον διεληλύθαμεν

Cap. II. D. *ἀνάγκη τρόπων εἶναι*] Sic Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. Legebatur ante Bekkerum ἀνάγκη τρόπον τινὰ εἶναι.

E. *οἷ ἂν ὥςπερ ῥέψαντα*] Vulgatum ῥεύσαντα, quod abhorret ab Atticismo, ex Bas. 2. et Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II.

*ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν —*] Scholiastes: τὸ ἐν τῇ τ' τῆς Ὀδυσσείας (v. 163. coll. Hesiod. Theog. v. 35. ibique Wolf.) Ὁμήρῳ ὑπὸ Πηνελόπης ῥηθὲν Ὀδυσσεῖ ἀναγνωριζομένῳ αὐτῇ ἐνταῦθα ἐπὶ τῶν πολιτειῶν παρῳδεῖται. ἔστι δὲ τό· οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης. Socrates hoc dicit: an tu putas civitates oriri ex dura ilice et saxo aliquo, non ex hominum moribus? Etenim e saxis et quercubus nati antiquitus dicebantur, proverbio ab Homero Odyss. XIX. 163. petito et paullatim in latiorem usum educto, qui carerent humanis sensibus atque moribus, ut tanquam ex bruta inertique natura orti viderentur. Unde dictio imprimis ad eos est translata, qui essent ad sensus doloris, misericordiae, pietatis, et amoris obtusiores. v. Plat. Apolog. Socr. p. 34. D., ubi Socrates hoc dicit: Ego quoque humano sum ortu nec dura silice et ilice natus, ut etiam humanos sensus et affectus pietatis erga eos in pectore meo geram, quibuscum generis cognatione coniunctus sum. Nihilominus autem inde non repetam argumenta, quibus vos ad misericordiam erga me commoveamini. Eodem modo proverbium ad designandos humanos affectus ex cognatione oriundos adhibuit Plutarchus De Consol. ad uxor. T. II. p. 608. C. D: καίτοι οὐδὲ αὐτὸς ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης ἐγενόμην· οἶσθα δὲ καὶ αὐτὴ τοσούτων μοι τέκνων ἀνατροφῆς κοινωνοῦσα. Nec multo aliter Sopater ap. Stob. p. 314. 1. Hierocl. ibid. p. 478. Virgil. Aen. VI. 470. Nec magis incepto vultum sermone movetur, quam si dura silex aut stet Marpesia cautes. Tibull. I. 1, 64. — nec in tenero stat tibi corde silex: cuius modi alia exempla collegit Santen. ad Propert. IV. 11, 4. Alius generis est illud Plat. Phaedr. p. 275. B: δρυὸς καὶ πέτρης ἀκούειν, vel brutae et inertis naturae voces audire; quamquam ex eadem fere fluxit origine, cognatumque est cum Hom. Iliad. XXII. 126. ἀπὸ δρυὸς καὶ πέτρης ὀαρίζεσθαι. Usum loquendi omnem docte nuper persequutus est Greg.



ἤδη· ὃν ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον ὀρθῶς φαμεν εἶναι.
Διεληλύθαμεν. Ἆρ' οὖν τὸ μετὰ τοῦτο διιτέον τοὺς 545
χείρους, τὸν φιλόνεικόν τε καὶ τὸν φιλότιμον, κατὰ τὴν
Λακωνικὴν ἑστῶτα πολιτείαν, καὶ ὀλιγαρχικὸν αὖ καὶ
δημοκρατικὸν καὶ τὸν τυραννικόν, ἵνα τὸν ἀδικώτατον
ἰδόντες ἀντιθῶμεν τῷ δικαιοτάτῳ καὶ ἡμῖν τελέα ἡ
σκέψις ᾖ, πῶς ποτε ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν
τὴν ἄκρατον ἔχει εὐδαιμονίας τε πέρι τοῦ ἔχοντος καὶ

Ang. Vat. r. Flor. x. α. mutatum est. Pro vulg. οἷ ἂν Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ. ἃ ἄν, quod nunc cum Schn. Turr. et Herm. recepimus. Par. DK. Mon. Flor. β. ἐάν.

Guil. Nitschius in Ritschel. Museo Rhenan. Phil. Nov. Vol. XII. p. 406 sqq. Homericum usum loquendi tetigit etiam Ottfr. Müller. Litteraturgesch. der Gr. Vol. I. p. 143. ann. rem parum verisimiliter explicans. Allegorice locum Platonis explicat more suo Proclus Comment. in Remp. p. 412, 9. cuius verba rettulit Schneider. ad h. l.

E. *ἃ ἂν ὥςπερ ῥέψαντα τἆλλα ἐφελκύσηται*] Sententia haec est: nec potius putas ex moribus in urbibus regnantibus varias oriri civitatum formas, qui semper quasi momenmento suo reliqua omnia secum trahant? Lectionem ῥεύσαντα iure aspernatur Lobeckius ad Phrynich. p. 739. Voc. ὥςπερ sic in comparatione positum Aristoph. Nubb. v. 1276: τὸ ἐγκέφαλον ὥςπερ σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς. Thesmophor. v. 869: ὥςπερ αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμήν. Plat. Lys. p. 222. C.

P. 545. *τὸν φιλόνεικόν τε καὶ φιλότιμον*] In talibus fuerunt qui φιλόνικον scribendum iudicarent, veluti Car. Beierus ad Ciceron. Offic. T. I. Addend. ad p. 149. Cf. Ruhnkeni Opusc. T. I. p. 237. ed. Bergm. Et profecto huic rationi aliquam veri speciem conciliant tales loci, quales sunt libr. IX. p. 581. B., ubi πρὸς τὸ νικᾶν ὡρμῆσθαι dicitur φιλόνεικον καὶ φιλότιμον. P. 583. A: εἰ δὲ τιμῇ τε καὶ νίκῃ καὶ ἀνδρείᾳ, ἆρ' οὐχ ἃ ὁ φιλότιμός τε καὶ φιλόνεικος; P. 586. D: διὰ τὸ φιλοτιμίαν ἢ — διὰ φιλονεικίαν ἢ θυμῷ πλησμονὴν τιμῆς τε καὶ νίκης καὶ θυμοῦ διώκων, ubi E. additur: περὶ — τὸ φιλόνεικον ὅσαι αἱ ἐπιθυμίαι εἰσίν. At enim vero φιλονεικία quum significet etiam aemulationem et contentionem, non video, cur a librorum scriptura recedendum sit, praesertim quum propter soni similitudinem ipsiusque notionis rationem νίκης mentio iniici recte potuerit. conf. Alcib. I. p. 122. C. ibique ann. Ceterum cf. Maxim. Tyr. Diss. XII, 4. Themist. Orat. II. p. 35. B.

*ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη*] perfecta iustitia, et quasi sincera, cui nihil alieni admixtum est. v. libr. VI. p. 491. E. Iacobs. ad Philostr. p. 240. — *τοῦ ἔχοντος*, sc. αὐτήν. Lib. II. p. 357. B: μηδὲν ἄλλο — ἢ

ἀθλιότητος, ἵνα ἢ Θρασυμάχῳ πειθόμενοι διώκωμεν
B ἀδικίαν ἢ τῷ νῦν προφαινομένῳ λόγῳ δικαιοσύνην;
Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, οὕτω ποιητέον. Ἆρ' οὖν
ὥςπερ ἠρξάμεθα ἐν ταῖς πολιτείαις πρότερον σκοπεῖν
τὰ ἤθη ἢ ἐν τοῖς ἰδιώταις, ὡς ἐναργέστερον ὄν, καὶ
νῦν οὕτω πρῶτον μὲν τὴν φιλότιμον σκεπτέον πο-
λιτείαν — ὄνομα γὰρ οὐκ ἔχω λεγόμενον ἄλλο· ἢ
τιμοκρατίαν ἢ τιμαρχίαν αὐτὴν κλητέον —, πρὸς δὲ
ταύτην τὸν τοιοῦτον ἄνδρα σκεψόμεθα, ἔπειτα ὀλι-
C γαρχίαν καὶ ἄνδρα ὀλιγαρχικόν, αὖθις δὲ εἰς δημο-
κρατίαν ἀποβλέψαντες θεασόμεθα ἄνδρα δημοκρατι-
κόν, τὸ δὲ τέταρτον εἰς τυραννουμένην πόλιν ἐλ-
θόντες καὶ ἰδόντες, πάλιν εἰς τυραννικὴν ψυχὴν βλέ-
ποντες, πειρασόμεθα περὶ ὧν προὐθέμεθα ἱκανοὶ

P. 545. B. πρῶτον μὲν τὴν φιλότιμον] τὴν a Steph. neglectum omnes codd. tuentur cum Ald. et Bass.

χαίρειν ἔχοντα; sc. αὐτάς. Infra p. 549. B: ὃς μόνος — σωτὴρ ἀρετῆς τῷ ἔχοντι.

B. διώκωμεν ἀδικίαν] iniustitiam sequamur et colamus. Nam ita διώκειν etiam apud profanos scriptores, quos vocant, usurpatum reperitur. v. intpp. Epist. ad Rom. IX, 30.

ἢ τιμοκρατίαν —] Stephanus corrigebat: εἰ μὴ τιμοκρατίαν ἢ κ. τ. λ. Sed recte monuit Astius prius ἢ esse Latinorum aut s. alioquin.

Cap. III. D. ἢ τόδε μὲν ἁπλοῦν] simpliciter et sine ulla exceptione verum. v. ad Sympos. p. 183. D.

E. ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς] h. e. πρὸς ἡμᾶς ὡς πρὸς παῖδας. v. ad libr. VII. p. 520. E. — ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας, quasi scilicet serio loquerentur. Cum proximis: ὑψηλολ. λέγειν, connectas antegressum τραγικῶς, more tragicorum; quod Schleiermacherus minus recte cum φῶμεν coniunxit. Indicat autem his verbis philosophus se veluti μυθικῶς traditurum quae ad huius argumenti disputationem pertineant. Quod cur ita fecerit, certe non multum dubitabunt qui, qua ratione in mythis usurpandis versatus sit, bene meminerint; de qua re nuper exposuimus breviter in Prolegg. ad Phaedrum p. CXXXV sq. ed. 2. Quippe conditionem et statum, quo optima civitas aliquando in peius abitura esset, talem esse iudicavit, qui non posset certo cognosci et intelligi. Quamobrem imitatus Pythagoreos, qui talia ad numeros revocabant, etiam civitatis optimae adeoque totius rerum universitatis fortunam numeris definire conatus est, ut decreto suo atque placito, quo nihil, quod ortum esset, ideoque ne optimam quidem civitatem perpetuo manere sed certis quibusdam exactis temporum orbibus mutari sibi persuaserat, quandam verisimilitudinem ex ipsius



κριταὶ γενέσθαι; Κατὰ λόγον γέ τοι ἄν, ἔφη, οὕτω
γίγνοιτο ἥ τε θέα καὶ ἡ κρίσις.
Cap. III. Φέρε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πειρώμεθα
λέγειν, τίνα τρόπον τιμοκρατία γένοιτ' ἂν ἐξ ἀρι-
στοκρατίας. ἢ τόδε μὲν ἁπλοῦν, ὅτι πᾶσα πολιτεία D
μεταβάλλει ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔχοντος τὰς ἀρχάς, ὅταν
ἐν αὐτῷ τούτῳ στάσις ἐγγένηται; ὁμονοοῦντος δέ,
κἂν πάνυ ὀλίγον ᾖ, ἀδύνατον κινηθῆναι; Ἔστι γὰρ
οὕτω. Πῶς οὖν δή, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ἡ πόλις
ἡμῖν κινηθήσεται, καὶ πῇ στασιάσουσιν οἱ ἐπίκουροι
καὶ οἱ ἄρχοντες πρὸς ἀλλήλους τε καὶ πρὸς ἑαυτούς;
ἢ βούλει, ὥςπερ Ὅμηρος, εὐχώμεθα ταῖς Μούσαις
εἰπεῖν ἡμῖν, ὅπως δὴ πρῶτον στάσις ἔμπεσε, καὶ φῶ-
μεν αὐτὰς τραγικῶς, ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζού- E

Cap. III. D. στάσις ἔμπεσε] Bas. 2. ἐνέπεσε. sed v. Iliad. π, 112 sq.

naturae ductam variationibus conciliaret. Quemadmodum autem in mythis adornandis ita est versatus, ut non ad scientiam sed ad fidem quandam ac persuasionem ex verisimilitudine oriundam efficiendam comparati sint, ita hic quoque rem plane inextricabilem non ad scientiae perspicuitatem sed ad opinionis fidem atque speciem explicavit. In quo callidissime eam artem adhibuit, ut ipsae numerorum rationes mythi tanquam tenebras et caligines referrent, quas dispellere longe esset difficillimum. Quocirca omni memoria hic locus pro longe obscurissimo habitus est abiitque numerus Platonis ideo in proverbium, sicuti intelligitur e Ciceron. Epist. ad Attic. VII. 13. Nec vero quisquam ad hunc usque diem eum ita dilucidavit, ut quid rei sit, plane perspectum habeatur, quanquam non pauci exstiterunt, qui eum interpretationis luce perfundere conarentur. Nam quum eum ex veteribus scriptoribus praeter Aristot. Polit. V. extr., qui tanquam in transcursu eius mentionem fecit, Aristid. Quint. De music. III. p. 152. Nicomach. Arithmet. II. p. 73 sqq. Iamblich. ad Nicom. p. 216 sqq. tractaverint, tum recentiore aetate praeter eos, quos memoravit A. Boeckhius in Studiis a Creuzero et Daubio editis T. III. p. 44 sq. in eo explicando elaborarunt imprimis Matthias Lauterwald in Melanchthonis Declamatt. Vol. III. p. 172 sqq. ed. Wittenb. Franc. Barocius Commentar. in locum Plat. obscurissimum Reip. VIII. Bononiae 1566. 4. Schneiderus, Vratislaviensis, in Commentatt. De numero Platonis. Vratisl. 1821. 4. repetitis Vol. III. ed. Politiae a. 1833. Friesius, philosophus Ienensis, in libello: Platons Zahl, Rep. 8. p. 546. ed. Steph. Eine Vermuthung von I. Fr. Fries. Heidelberg. 1823. 4. et Hist. Phil. I. p. 375

σας καὶ ἐρεσχελοῦσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας, ὑψη-
546 λολογουμένας λέγειν; Πῶς; Ὧδέ πως. χαλεπὸν μὲν κινηθῆναι πόλιν οὕτω ξυστᾶσαν· ἀλλ' ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστιν, οὐδ' ἡ τοιαύτη ξύστασις τὸν ἅπαντα μενεῖ χρόνον, ἀλλὰ λυθήσεται. λύσις δὲ ἥδε. οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις

E. *ἐρεσχελούσας, ὡς δὴ σπ.*] Bekk. ex Par. A. et pr. Ven. II. *ἐρεσχηλούσας*, quod restituit etiam Phaedr. p. 236. B. Legg. X. p. 885. C. Sed Phileb. p. 53. E. Phaedr. p. 236. B. vulgarem formam retinuit. v. Pierson. ad Moer. p 159.

P. 546. *σωμάτων γίγνονται*] V. *γίγνεται*, quod ex Par. ADK. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. β. γ. mutatum.

sqq. Schleiermacherus Opp. Plat. T. III. P. I. p. 588 sqq. Friesii sententiam retulit etiam Göttlingius ad Aristotel. Politic. V. 10. p. 411 sqq., quem Stagiritae locum examinavit nuper Pinzgerus, De iis quae Aristoteles in Platonis Politia reprehendit, p. 67 sqq. dilucidavit postea etiam Lindavius in Interpret. Germ. Arist. Polit. p. 320 sqq. Praeterea idem argumentum tractarunt Chr. Iul. Branis De numero Plat. Uratisl. 1830. 8. C. Fr. Hermann. in Progr. Academ. Marburg. aest. a. 1839. 4. Georg. Ferd. Rettig. Prolegg. in Plat. Remp. 1845. 8. p. 315 sqq. Ioseph. Krüger. Centurio Caesar. Austr. in libello: Die Enträthselung der Platon. Zahl. Tirnau, 1847. 8. Hieron. Müller ann. ad Interpr. Germ. Reip. Plat. p. 695 sqq. coll. p. 237. Guil. Wiegand. in Zimmermann. Alterthumswiss. a. 1842. p. 577 sqq. et Interpret. vernac. Pol. Plat. p. 399 sqq. Franc. Susemihl in Genet. Expl. Philos. Platon. Vol. II. P. I. p. 217 sqq. G. H. Martin. in diario gall. Révue Archéologique Vol. XIII. P. I. Avril à Septembre 1856. De variis interpretum sententiis quia referre longum est, nova autem proponere periculosum, lectores rogamus, ut viros doctos, quos laudavimus, ipsi adire velint. Quod quidem eo confidentius facere audemus, quia nobis plane persuasum est verbis obscurissimis nihil contineri, quod ad disputationis summam magnopere pertineat. Etenim Musae *πρὸς παῖδας ἡμᾶς παίζουσι καὶ ἐρεσχελοῦσι λέγουσαι*. Quidquid enim de singulis verbis universaque eorum interpretatione statuas, sensum totius loci huc fere redire persuasum habemus, nihil, quod ortum sit, semper ac perpetuo manere, sed temporis quodam circuitu exacto mutationem subire, ita ut eo ipso tempore in maximum perducatur discrimen, quandoquidem tum summa opus sit cautionis prudentia, ne labatur ad deterius. Quocirca etiam optimam civitatem statuitur, exacto temporum orbe operibus humanis constituto, aliquando in tale discrimen deductum iri, ubi summa cautione opus sit, ne qua res suae detrimentum capiant, atque genus civium nascatur, unde prodeant magistratus et custodes, qui rationis imperio relicto vel alteri cum alteris vel etiam ipsi inter se dissideant,



ζώοις φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων γίγνονται, ὅταν περιτροπαὶ ἑκάστοις κύκλων περιφορὰς ξυνάπτωσι, βραχυβίοις μὲν βραχυπόρους, ἐναντίοις δὲ ἐναντίας. γένους δὲ ὑμετέρου εὐγονίας τε καὶ ἀφορίας, καίπερ ὄντες σοφοί, οὓς ἡγεμόνας πό- B
λεως ἐπαιδεύσασθε, οὐδὲν μᾶλλον λογισμῷ μετ' αἰ-

*περιτροπαὶ ἑκάστοις*] Sic Par. A. Ven. II. Vat. m. Flor. a. c. γ. et corr. Θ., ut coniecit Astius. Vulgo: *ἑκάστης — περιφορᾶς*. Pro *ξυνάπτωσιν* Ald. Bas. 1. Flor. β. Mon. Par. DK. *ξυμπίπτωσιν*.

B. *ἡγεμόνας πόλεως*] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. et pr. Ven. II. pro vulg. *πόλεων*.

ideoque perturbato trium illorum et hominis et civitatis ordinum *τοῦ λογιστικοῦ, τοῦ θυμοειδοῦς* et *τοῦ ἐπιθυμητικοῦ*, concentu civitatis depravationem accelerent. Quod quidem qua ratione efficiatur, accurate exponitur infra p. 550. D. E. p. 555. B. — E. p. 560. C. D. al. Nimirum quod philosophus Libr. X. p. 614. A. — 621. A. grandi fabula declaravit, animis exacto orbe suo, ubi novae vitae sint eligendae, longe maxime fatalem esse istam optionem, quandoquidem plerique in ea facillime a recto aberrent ac deterius sequantur ratiocinationis et sensuum fallaciis decepti, idem sine dubio statuit etiam de fatali illo civitatis optimae tempore, ubi ipsi orbe suo exacto novus rerum tanquam ordo exordiendus sit et novum vitae curriculum ingrediendum. Tum enim censuit magistratuum de civium generatione iudicium lubricum et incertum fore, indeque civitatis depravationem initium esse habituram. Etenim videtur philosophus, auctoritatem Pythagoreorum sequutus, ita statuisse, ut temporum quosdam orbes ingeniis et moribus humanis fatales esse existimaverit, quemadmodum illi etiam in singulorum hominum partu temporum vim quandam fatalem esse iudicaverunt, sicuti praeter alios ostendit Censorinus De die natali Cap. XI. p. 48 sqq. ed. Haverkamp. Sed haec quidem de loco obscurissimo in universum, quo saltem aliquatenus perspiciatur, quaenam ei subiecta sententia sit. De re ipsa similiter statuit etiam Cicero De Republ. II. c. 25. ad quem locum consulendi sunt Maius et Creuzerus.

P. 546. *ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις ζώοις φορὰ καὶ ἀφορία*] Respexit Proclus in Tim. A. p. 50. v. 22. et v. 11. a fin. B. p. 88. 19. al.

*ὅταν περιτροπαὶ ἑκάστοις —*] Verba sic iungo: *ὅταν περιτροπαὶ ξυνάπτωσιν ἑκάστοις κύκλων περιφοράς*, i. e. quando conversiones singulis iungunt orbium ambitus, et iis quidem, quorum breve est aevum, breviorem, aliis alium.

B. *οὐδὲν μᾶλλον — τεύξονται*] Illi vero, quos ad civitatis gubernationem educavistis, quamvis sapientes fuerint, tamen nihilo magis generis vestri fecunditatem et sterilitatem ratiocinatione cum sensu coniuncta assequentur, sed eos praeteribit generandi opportunitas, at-

σθήσεως τεύξονται, ἀλλὰ πάρεισιν αὐτοὺς καὶ γεννήσουσι παῖδάς ποτε, οὐ δέον. ἔστι δὲ θείῳ μὲν γεννητῷ περίοδος, ἣν ἀριθμὸς περιλαμβάνει τέλειος, ἀνθρωπείῳ δέ, ἐν ᾧ πρώτῳ αὐξήσεις δυνάμεναί τε καὶ δυναστευόμεναι τρεῖς ἀποστάσεις, τέτταρας δὲ

τρεῖς ἀποστάσεις] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ. Vulgo ἀποκαταστάσεις cum Flor. β. et Mon.

C. πεμπάδι συζυγείς] πεντάδι Par. D. Vat. r. πεμπτάδι Flor. x. πεμπάσι Flor. α. Loco vulg. παρέχηται, quod iam Astius mutavit, ex Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Par. K. Ang. Vat. m. r. Flor. α. x. παρέχεται restitutum.

ἑκατὸν τοσαυτάκις] ἕκαστον Ven. Π. Par. K. Mon. Ang. Flor. a. x. β. et pr. Vat. Θ. Dein Par. A. Ven. II. et a pr. Flor.

que aliquando liberos procreabunt, quum non oporteat. Significatur igitur, fatali illo tempore, quo nova quasi itinera flexusque rerum incidant, reipublicae principibus utique curandum esse, ut ne tum nova liberorum proles gignatur, eoque propter humanam inscitiam neglecto civitatis exoriri depravationem.

θείῳ μὲν γεννητῷ —] operi ab ipso deo generato, veluti mundo et animis, quales in Timaeo a summo deo procreantur. Cui opponitur τὸ ἀνθρώπινον γεννητόν. Etenim mundum quoque et animos divinitus ortos certis quibusdam temporum periodis mutationis vicissitudinem subire, in Timaeo p. 24. A. sqq. Politic. p. 272. E. sqq. Phaedr. p. 246. B. sqq. ita docetur, ut simul ostendatur nihil quidquam, quod semel genitum sit, rursus in nihilum recidere. Itaque hic quoque de eiusmodi orbe fatali cogitandum est, quo alius rerum ordo initium capiat, pristino rerum statu finito et ad ex'tum perducto. Propria vero θείῳ γεννητῷ periodus est, quam comprehendit ἀριθμὸς τέλειος. Qui qualis aut quisnam intelligendus sit, vix dubitaveris. Nam quum mathematicis ἀριθμὸς τέλειος omnino dicatur ὁ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἴσος ὤν, sicuti ait Euclides Elem. VII. defin. 22., quocum consentiunt etiam Theo Smyrn. Arithm. Plat. p. 72. ed. Gelder. Nicomach. Arithm. I. cap. 16. p. 89. Censorin. De die nat. 11. p. 49. ed. Haverc. Augustin. De civ. dei XI. c. 30. De trinit. Libr. IV. c. 4., tum Pythagorei atque Plato perfectum numerum eximie dixerunt denarium sive tetractyn arithmeticam, 1. 2. 3. 4. unde ultimas rerum caussas et origines repetierunt. v. nostra ad Platon. Tim. p. 35. B. C. p. 140. Boeckh. in Studior. a Car. Daub. et Frid. Creuzero editt. Vol. III. p. 52 sq. Meurs. Denar. Pythagor. Cap. XII. Addas etiam Vitruvium De architect. III. c. 1.

ἀνθρωπείῳ δὲ ἐν ᾧ —] H. e. ἀνθρωπείῳ δὲ γεννητῷ ἐστι περίοδος, ἣν περιλαμβάνει ἀριθμός, ἐν ᾧ πρώτῳ αὐξήσεις κ. τ. λ. breviloquentia insigniore. Deinde verba iungenda sunt sine dubio sic: ἐν ᾧ αὐξήσεις — ἀπέφηναν τρεῖς ἀποστάσεις, λαβοῦσαι δὲ τέτταρας ὅρους ὁμοιούντων — φθινόντων ἀπέφηναν πάντα προσήγορα καὶ ῥητὰ πρὸς ἄλληλα κ. τ. λ



ὅρους λαβοῦσαι ὁμοιούντων τε καὶ ἀνομοιούντων καὶ αὐξόντων καὶ φθινόντων πάντα προσήγορα καὶ ῥητὰ C
πρὸς ἄλληλα ἀπέφηναν· ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται τρὶς αὐξηθείς, τὴν μὲν ἴσην ἰσάκις, ἑκατὸν τοσαυτάκις, τὴν δὲ ἰσο-

α. x. προμήκη. Schneider. suffragantibus Turr. et Herm. verba sic interpunxit: ἰσομήκη μὲν τῇ, προμήκη δὲ κ. τ. λ. usu linguae invito. Malim isto pacto πῃ pro τῇ, quod Flor. α. exhibet. Pro πεμπάδος, quod praebuerunt Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. vulgo legebatur πεμπάδων. Pro δυεῖν, quod Bekkerus ex Par. A. Ven. II., nos ex Flor. c. restituimus, olim erat δυοῖν.

Itaque prave vulgo post φθινόντων comma ponitur.

C. ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν] Videtur nonnullis ἐπίτριτος πυθμήν esse radix $4 : 3 = 1\frac{1}{3}$ vel ratio sesquitertia. — ὧν referendum ad superiora: αὐξήσεις δυνάμεναι καὶ δυναστευόμεναι vel potius ad numeros per istas αὐξήσεις procreatos. — Tum δύο ἁρμονίας intelligas de duobus numerorum ordinibus multiplicatione effectis. De ἰσομήκης et προμήκης v. ann. ad Theaet. p. 147. D. — ἄῤῥητοι et ῥητοὶ ἀριθμοί sunt numeri rationales et irrationales; v. ad Hipp. mai. p. 303. B. C. Sed haec quidem significasse satis erit; de reliquis iuvabit consuluisse Schneiderum, qui de dictionis usu diligentissime exposuit. Totum locum autem *Schleiermacherus* scite et eleganter hoc modo interpretatus est Germanice: „Es hat aber das göttliche erzeugte einen Umlauf, welchen eine vollkommene Zahl umfasst; das menschliche aber eine Zahl, in welcher, als der ersten, Vermehrungen — hervorgebrachte und hervorbringende — nachdem sie drei Zwischenräume und vier Glieder von theils ähnlich und unähnlich, theils überschüssig und abgängig machenden Zahlen empfangen haben, alles gegen einander messbar und ausdrückbar darstellen; wovon dann die vierdrittige Wurzel mit der Fünf zusammengespannt dreimal vermehrt zwei Harmonien darstellt, die eine eine gleichvielmal gleiche, hundert eben so vielmal, die andere gleichlängig zwar der länglichten, aber von hundert Zahlen von den aussprechbaren Durchmessern der Fünf ieder um Eins verkürzt, unaussprechbaren aber zwei und von hundert Würfeln der Drei. Diese gesammte geometrische Zahl entscheidet hierüber, über bessere und schlechtere Zeugungen; und wenn aus Unkenntniss dieser eure Wächter den Iünglingen Bräute zugesellen zur Unzeit, so wird das Kindergeben, die weder wohlgeartet sind, noch wohlbeglückt.“ Verbum ἀνομοι-

μήκη μέν, τῇ προμήκει δέ, ἑκατὸν μὲν ἀριθμῶν
ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδος, δεομένων ἑνὸς ἑκά-
στων, ἀῤῥήτων δὲ δυεῖν, ἑκατὸν δὲ κύβων τριάδος.
ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς γεωμετρικός, τοιούτου κύ-
ριος, ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων, ἃς ὅταν
D ἀγνοήσαντες ὑμῖν οἱ φύλακες συνοικίζωσι νύμφας
νυμφίοις παρὰ καιρόν, οὐκ εὐφυεῖς οὐδ' εὐτυχεῖς παῖδες
ἔσονται. ὧν καταστήσονται μὲν τοὺς ἀρίστους οἱ πρό-
τεροι, ὅμως δὲ ὄντες ἀνάξιοι, εἰς τὰς τῶν πατέρων
αὖ δυνάμεις ἐλθόντες, ἡμῶν πρῶτον ἄρξονται ἀμε-
λεῖν φύλακες ὄντες, παρ' ἔλαττον τοῦ δέοντος ἡγη-
σάμενοι τὰ μουσικῆς, δεύτερον δὲ τὰ γυμναστικῆς.
ὅθεν ἀμουσότεροι γενήσονται ὑμῖν οἱ νέοι. ἐκ δὲ τού-
E των ἄρχοντες οὐ πάνυ φυλακικοὶ καταστήσονται πρὸς
τὸ δοκιμάζειν τὰ Ἡσιόδου τε καὶ τὰ παρ' ὑμῖν γένη,

ὧν καταστήσονται] Herm. καταστήσουσι ex Aug. Flor. x.
γενήσονται ὑμῖν οἱ νέοι] ἡμῖν Par. ΑΞΦ. Flor. α.
E. τὰ παρ' ὑμῖν γένη] Male vulgo ἡμῖν, quod ex pluri-
mis optimisque libris correctum.
P. 547. σιδηροῦ ἀργυρῷ] V. σιδήρου ἀργύρῳ. Correxi-
mus ex Par. A. repetitae lectionis.
ἀεὶ τίκτει] Sic Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon.
Ang. Vat. m. r. et sex Florentini. Vulgo ἀεὶ ἐντίκτει.
ταύτης τοι γενεᾶς] γενεᾶς ΑΘΠDK. m. r. Flor. β. x.
pro vulg. γενεῆς.

οὖν, praeter analogiae leges formatum propter oppositionis rationem, ut Parmenid. p. 156. B: ὁμοιοῦσθαί τε καὶ ἀνομοιοῦσθαι. Theaet. p. 159. A. 166. B. v. Lobeck. ad Phrynich. p. 563.

ὧν καταστήσονται —] ex quibus quidem suo loco optimos constituent s. sibi sufficient priores, meliori aetati adhuc propinqui necdum corrupti. Non igitur exputamus, cur Hermannus καταστήσουσι scribendum putaverit optimis plurimisque libris adversantibus. Mox καταστήσονται passive dictum.

D. παρ' ἔλαττον τοῦ δέοντος ἡγησάμενοι —] iusto minoris aestimantes res musicas. v. Matth. Gr. §. 588. C.

δεύτερον δὲ τὰ γυμναστικῆς] Hermannus haec verba pro suppositiciis habet, quia in ea, quae optimam civitatem proxime excipiat republica, Spartanae et Cretensi simili, gymnasticae vel maxime honos suus habeatur. Recte hoc quidem; sed non item alterum. Significat enim Plato, virtute etiam magis deficiente in civitatis generibus timocratia deterioribus gymnicas quoque exercitationes neglectum iri. Quod vere iudicatum esse, quis



χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν καὶ χαλκοῦν καὶ σιδηροῦν. 547
ὁμοῦ δὲ μιγέντος σιδηροῦ ἀργυρῷ καὶ χαλκοῦ χρυσῷ
ἀνομοιότης ἐγγενήσεται καὶ ἀνωμαλία ἀνάρμοστος, ἃ
γενόμενα, οὗ ἂν ἐγγένηται, ἀεὶ τίκτει πόλεμον καὶ
ἔχθραν. ταύτης τοι γενεᾶς χρὴ φάναι εἶναι στάσιν,
ὅπου ἂν γίγνηται ἀεί. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, αὐτὰς
ἀποκρίνεσθαι φήσομεν. Καὶ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, ἀνάγκη
Μούσας γε οὔσας. Τί οὖν, ἦ δ' ὅς, τὸ μετὰ τοῦτο
λέγουσιν αἱ Μοῦσαι; Στάσεως, ἦν δ' ἐγώ, γενομέ- B
νης εἱλκέτην ἄρα ἑκατέρω τὼ γένη, τὸ μὲν σιδηροῦν
καὶ χαλκοῦν ἐπὶ χρηματισμὸν καὶ γῆς κτῆσιν καὶ
οἰκίας χρυσίου τε καὶ ἀργύρου, τὸ δ' αὖ, τὸ χρυ-
σοῦν τε καὶ ἀργυροῦν, ἅτε οὐ πενομένω, ἀλλὰ φύ-
σει ὄντε πλουσίω, τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ
τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν ἠγέτην. βιαζομένων δὲ καὶ

αὐτὰς ἀποκρίνεσθαι φ.] V. ἀποκρίνασθαι. Praesens obtulerunt Par. A. Ven. Ξ. Vind. Mon. Ang. Vat. m. et sex Florentini. Par. A. φήσωμεν a manu sec.
B. ἑκατέρω τὼ γένη] Par. A. Ven. II. γένεε ex corr. Sed Par. A. γένει pr. Vind. Φ. Vat. m. γένε. De his formis acute disputat Buttmann. Gr. Ampl. I. p. 187.
τὸ δὲ αὖ, τὸ χρυσοῦν] Pro αὖ Par. A. Ven. II. Vind. Φ. Vat. m. Flor. a. c. γ. αὐτὸ unde Schneid. extudit τὼ δ' αὖ τὸ χρ. quod Hermannus non dubitavit recipere. Nos nihil nisi τὸ ante χρυσοῦν, quod vulgo aberat, adiiciendum putavimus. Ita recte subsequitur numerus dualis πενομένω κ. τ. λ.

est qui negare audeat? Alia chorda aberravit Steinhart. l. c. p. 697.

E. πρὸς τὸ δοκιμάζειν τὰ Ἡσιόδου — σιδηροῦν] Respicitur ad ea, quae exposita sunt libr. III. p. 415. A. sqq., et ad Hesiodi Opp. et DD. v. 108 sqq.

P. 547. καὶ ἀνωμαλία ἀνάρμοστος] „Respexit Plutarch. De frat. amor. p. 484. B.“ Astius.

ταύτης τοι γενεᾶς —] Conf. Hom. Iliad. XX. vers. 241.

B. εἱλκέτην ἄρα ἑκατ.] Ἄρα longius ab orationis principio remotum, ut Soph p. 224. E. 229. C. Protagor. p. 355. B., ubi v. annot. De verbis φύσει ὄντε πλουσίω conf. libr. III. p. 416. E. Deinde addidit ἡγέτην, quasi non praecessisset εἱλκέτην. Cuius structurae ratio in promptu est, ut nemini molesta futura sit. Mox ἀντιτείνειν ἀλλήλοις dicuntur cives factiosi, qui sibi invicem adversantur et reluctantur. Genitivus absolutus, ad quem αὐτῶν intelligas, recte poni potuit, licet deinde ad ὡμολόγησαν idem nomen cogitatione repetendum sit; v. Matth. Gr. §. 561. — εἰς μέσον ὁμολογεῖν idem fere est quod εἰς μέσον συμβῆναι, quod legitur Protagor. p. 337. E.

ἀντιτεινόντων ἀλλήλοις, εἰς μέσον ὡμολόγησαν γῆν μὲν καὶ οἰκίας κατανειμαμένους ἰδιώσασθαι, τοὺς δὲ πρὶν φυλαττομένους ὑπ' αὐτῶν ὡς ἐλευθέρους, φίλους τε καὶ τροφέας, δουλωσάμενοι τότε περιοίκους τε καὶ οἰκέτας ἔχοντες αὐτοὶ πολέμου τε καὶ φυλακῆς αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Δοκεῖ μοι, ἔφη, αὕτη ἡ μετάβασις ἐντεῦθεν γίγνεσθαι. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐν μέσῳ τις ἂν εἴη ἀριστοκρατίας τε καὶ ὀλιγαρχίας αὕτη ἡ πολιτεία; Πάνυ μὲν οὖν.

Cap. IV. Μεταβήσεται μὲν δὴ οὕτω· μεταβᾶσα
D δὲ πῶς οἰκήσει; ἢ φανερόν, ὅτι τὰ μὲν μιμήσεται

Cap. IV. D. *τῷ μὲν τιμᾶν τοὺς ἄρχοντας —*] Vind. *τοὺς ἄρχοντας καὶ προπολεμεῖν αὐτῆς καὶ γεωργιῶν ἀπέχεσθαι καὶ χειροτεχνιῶν κτλ.*

*ξυσσίτια δὲ κατεσκευάσθαι*] Sic Par. ADK. Vind. Ven. Ξ. Mon. Vat. m. et sex Florentini. Vulgo *κατασκευάσασθαι*, quod ineptum.

*Τῷ δέ γε φοβεῖσθαι*] Codd. plerique cum Par. A. *τῷ*. Vulgo *τὸ*.

C. *αὐτοὶ πολέμου — ἐπιμελεῖσθαι*] Mireris Astium in his verbis ita haerentem, ut *ἔχοντας — αὐτούς* scribendum iudicaverit. Nihil verius lectione vulgata, cuius haec est sententia: Orto autem tumultu atque seditione in medium convenient, ut agros atque domos distributos privatim suos quisque possideat: illis vero, qui antea ab iis servabantur tanquam liberi, amici et nutritores, in servitutem redactis et loco accolarum et ministrorum habitis ipsi belli atque custodiae illorum curam gerant. Philosophum Lacedaemoniorum rempublicam in animo habuisse vel *τῶν περιοίκων* mentio docet, de quibus v. Herodot. IX, 11. ibique Valcken. conf. C Fr. Hermann. Gesammelt. Abhandl. p. 141—157. et Histor. Phil. Plat. p. 541. sq. et 695. Ceterum observes usum aoristi in vaticinio positi. v. Rost. Gr. §. 116. ann. 4.

Cap. IV. D. *Οὐκοῦν τῷ μὲν τιμᾶν —*] Nonne eo, quod civitatis principes honore afficiet atque milites ab agricultura et artibus exercendis aliisque quaestus generibus abstinebunt, publica autem convivia habebit constituta et gymnasticae bellicorumque certaminum curam geret, his omnibus igitur nonne superiorem civitatem (i. e. *τὴν ἀριστοκρατίαν* sive optimam reipublicae formam) imitabitur? Loco aoristi *κατασκευάσασθαι* dubium non erit quin recte scripserimus cum Bekkero *κατεσκευάσθαι*, quia sermo est de re, quae non tantum aliquando in civitate instituta est, sed etiam tanquam publicum institutum servatur atque colitur.

*Τῷ δέ γε φοβεῖσθαι —*] Dativus ponitur propter eandem



ἢ τοῦ ἑτέρου ἀμελεῖν ἢ τοῦ ἑτέρου; Ἐπιεικῶς, ἔφη, δῆλον. Παραμελοῦντες δὴ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις καὶ ἐφιέντες ἀκολασταίνειν οὐκ ἀγεννεῖς ἐνίοτε ἀνθρώπους πένητας ἠνάγκασαν γενέσθαι. Μάλα γε. Κάθηνται δή, οἶμαι, οὗτοι ἐν τῇ πόλει κεκεντρωμένοι τε καὶ ἐξωπλισμένοι, οἱ μὲν ὀφείλοντες χρέα, οἱ δὲ ἄτιμοι γεγονότες, οἱ δὲ ἀμφότερα, μισοῦντές τε καὶ ἐπιβουλεύοντες τοῖς κτησαμένοις τὰ αὑτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις, νεωτερισμοῦ ἐρῶντες. Ἔστι ταῦτα. Οἱ δὲ δὴ χρηματισταὶ ἐγκύ- E
ψαντες, οὐδὲ δοκοῦντες τούτους ὁρᾶν, τῶν λοιπῶν

*τρόπον τινὰ τοιόνδε*] Steph. *τοιοῦτον*, invitis codicibus.

C. *Ἅτε, οἶμαι, ἄρχοντες*] Vett. editt. *Ἅτε δή, οἶμαι, κ. τ. λ.* invitis codd. omnibus praeter Ven. Ξ.

*καὶ εἰςδανείζοντες*] Par. A. *δανείζοντες*, post lituram.

*πλουσιώτεροί τε καὶ ἐντ.*] *τε* om. Par. A. repetitae lectionis, Ven. Ξ. Vind. Φ. Flor. α. Delevimus igitur voculam.

D. *οὐκ ἀγεννεῖς*] V. *ἀγενεῖς*, quod soli Flor. α. x. et fortasse Angel. habent. v. ad Protag. p. 319. D.

E. *ὁρᾶν, τῶν λοιπῶν τὸν ἀεὶ —*] Sic Par. ADK. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. β. γ. Legebatur

τὸν ἀεὶ ὑπείκοντα ἐνιέντες ἀργύριον τιτρώσκοντες,
καὶ τοῦ πατρὸς ἐκγόνους τόκους πολλαπλασίους κο-
556 μιζόμενοι, πολὺν τὸν κηφῆνα καὶ πτωχὸν ἐμποιοῦσι
τῇ πόλει. Πῶς γάρ, ἔφη, οὐ πολύν; Καὶ οὔτε γ'
ἐκείνῃ, ἦν δ' ἐγώ, τὸ τοιοῦτον κακὸν ἐκκαόμενον
ἐθέλουσιν ἀποσβεννύναι, εἴργοντες τὰ αὑτοῦ ὅπῃ τις
βούλεται τρέπειν, οὔτε τῇδε αὖ κατὰ ἕτερον νόμον
τὰ τοιαῦτα λύεται. Κατὰ δὴ τίνα; Ὃς μετ' ἐκεῖ-
νόν ἐστι δεύτερος, καὶ ἀναγκάζων ἀρετῆς ἐπιμελεῖ-
σθαι τοὺς πολίτας. ἐὰν γὰρ ἐπὶ τῷ αὑτοῦ κινδύνῳ
B τὰ πολλά τις τῶν ἑκουσίων ξυμβολαίων προστάττῃ

ante Bekkerum *τῶν δὲ λοιπῶν*. Ante *τιτρώσκοντες* vulgo *καί* interponunt, quod codd. omnes praeter unum Ven. Ξ. omittunt. Recte. Nam *τιτρώσκοντες ἀργύριον ἐνιέντες* est *τιτρώσκοντες τῷ ἀργύριον ἐνιέναι*, ut bene observavit Astius.

P. 556. *Καὶ οὔτε γ' ἐκείνῃ*] *Καὶ* om. Par. A. Vind. Φ. Flor. a. c. γ. et nuperi editt.

*ὅπῃ τις βούλεται τρέπειν*] Bekker. ex uno Par. K. *ὅποι* dedit. Non probo. v. ad Phileb. p. 128. Buttmann. ad Philoct. v. 481. 482. Reisig. Comment. Critt. ad Oed. Col. p. 176.; unde

incurvi nescio quam simulantes humilitatis et innocentiae speciem, quo alios fallant. Dum autem isti non videntur eos, quos bonis iam exuerunt, animadvertere, *τῶν λοιπῶν τὸν ἀεὶ ὑπείκοντα ἐνιέντες ἀργύριον τιτρώσκουσι*, quicunque ex ceteris iis locum concesserit opportunitatemque praebuerit, eum argento tanquam veneno aliquo immisso vulnerant. Deinde *πατήρ* vocatur **sors** s. *τὸ κεφάλαιον*, *τόκοι* autem sunt **usurae**. v. **Salmas.** de Foenor. Trap. p. 481. et **Spanhem.** ad **Aristoph.** Nubb. v. 1155.

P. 556. *Καὶ οὔτε γ' ἐκείνῃ* —] Respicit hoc *ἐκείνῃ* ad praecedentia, *οὐκ ἐθέλουσιν εἴργειν νόμῳ τῶν νέων ὅσοι ἂν ἀκόλαστοι γίγνωνται, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀναλίσκειν τε καὶ ἀπολλύναι τὰ αὑτῶν*: quorum verborum memoria ut in animis legentium resuscitetur, interpretationis caussa adduntur haec: *εἴργοντες τὰ αὑτοῦ ὅπῃ τις βούλεται τρέπειν*, i. e. impedientes, quominus quis sua in id convertat, in quod ipse velit. Participium adverbii notioni illustrandae ita additum, ut verbi finiti numero et personae accommodatum sit, iam ad Phaedon. p. 59. A. tetigimus. Phileb. p. 19. E: *παῦσαι δὴ τὸν τρόπον ἡμῖν ἀπαντῶν τοῦτον ἐπὶ τὰ νῦν λεγόμενα. ΣΩ. Τίνα λέγεις; ΠΡΩ. Εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλων καὶ ἀνερωτῶν κ. τ. λ.* Dein *ἢ* vulgo post *τῇδε* interiectum merito offendit **Astium.** Quod si verum sit, scribendum certe fuerit *οὔτε τῇδε αὖ, ἢ κ. τ. λ.* Nunc verba *κατὰ ἕτερον τρόπον* isti *τῇδε* illustrationis gratia adiecta sunt, nec quidquam est, quod habeat ullam offensionem.

*ἐπὶ τῷ αὑτοῦ κινδύνῳ*] **suo ipsius periculo, auf seine eigne Gefahr.** Vult igitur creditores suo ipsorum periculo cum debitoribus pacisci, ita ut hi lege publica non cogantur debitum persolvere. Talem legem ipse Plato sanxit Legg. V. p. 742. C. sanxerat etiam Charondas teste Stob. Serm. XLIV. 21. p. 204. *ἐὰν δέ τις πιστεύῃ, μὴ εἶναι δίκην.*

B. *σφᾶς δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς αὑτῶν, ἆρ' οὐ τρ.*] Mutat subito inchoatam orationis structuram. Quum enim dicere vellet eos tum semet ipsos perdere tum familiam suam, inde a verbis *ἆρ' οὐ τρ.* primum ea illustrat, quae ad depravandam corrumpendamque iuventutem pertinent; deinde autem quid ipsis rei publicae principibus damni inferatur per eiusmodi civitatis administrationem, inde a verbis *αὐτοὺς δὲ πλ. κ. τ. λ.* persequitur. Tales accusativos si qui sunt qui absolutos dicere velint, iis non multum repugnem; modo meminerint eos per anacoluthon quoddam esse explicandos. Ad *ἆρ' οὐ τρυφῶντας καὶ ἀπόνους* liquet ex antecedentibus *διατιθέασιν* aut, si mavis, *ποιοῦσιν* cogitatione repeti oportere.

*μαλακοὺς δὲ καρτερεῖν* —] h. e. imbecillos ad voluptates et dolores sustinendos. Poterat etiam dici *ὥστε καρτερεῖν*. v. Protagor. p. 314. B: *ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτον πρᾶγμα διελέσθαι.* In cuiusmodi locis cavendum est ne positivum pro comparativo cum *ἢ* positum existimes. Nam qui aliquem dicit imbecilliorem quam ut voluptates ferre possit, is plane negat eum huic rei parem esse: qui vero aliquem imbecillum vocat ad voluptates sustinendas, is, etsi fere idem dicit, tamen rem multo lenius si-



ξυμβάλλειν, χρηματίζοιντο μὲν ἂν ἧττον ἀναιδῶς ἐν
τῇ πόλει, ἐλάττω δ' ἐν αὐτῇ φύοιτο τῶν τοιούτων
κακῶν οἵων νῦν δὴ εἴπομεν. Καὶ πολύ γε, ἦν δ' ὅς.
Νῦν δέ γ', ἔφην ἐγώ, διὰ πάντα τὰ τοιαῦτα τοὺς
μὲν δὴ ἀρχομένους οὕτω διατιθέασιν ἐν τῇ πόλει οἱ
ἄρχοντες· σφᾶς δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς αὑτῶν, ἆρ' οὐ
τρυφῶντας μὲν τοὺς νέους καὶ ἀπόνους καὶ πρὸς τὰ
τοῦ σώματος καὶ πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς, μαλακοὺς δὲ
καρτερεῖν πρὸς ἡδονάς τε καὶ λύπας καὶ ἀργούς; C
Τί μήν; Αὐτοὺς δὲ πλὴν χρηματισμοῦ τῶν ἄλλων
ἠμεληκότας, καὶ οὐδὲν πλείω ἐπιμέλειαν πεποιημένους

apparebit *ὅπῃ* frequentari etiam ibi, ubi de motu in locum cogitari licet.

*οὔτε τῇδε αὖ κατὰ ἕτ.*] V. *οὔτε τῇδε ἢ αὖ κ. ἕτ.*, quod servarunt omnes editt. Recte coniecit Astius *ἢ* delendum esse, quod revera omittunt Flor. x. β. Par. D. Mon. Angel.

B. *χρηματίζοιντο μὲν ἂν*] V. *μέντ' ἄν*, praeter optimorum librorum fidem. Mox vett. editt. *φύοιντο*, errore, ut arbitror.

*τοὺς μὲν δὴ ἀρχομένους*] Soli Ven. Ξ. Flor. α. cum vett. editt. omittunt: ceteri exhibent.

ἀρετῆς ἢ τοὺς πένητας; Οὐ γὰρ οὖν. Οὕτω δὴ παρεσκευασμένοι ὅταν παραβάλλωσιν ἀλλήλοις οἵ τε ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἢ ἐν ὁδῶν πορείαις ἢ ἐν ἄλλαις τισὶ κοινωνίαις, ἢ κατὰ θεωρίας ἢ κατὰ στρατείας, ἢ ξύμπλοι γιγνόμενοι ἢ συστρατιῶται, ἢ καὶ
D ἐν αὐτοῖς τοῖς κινδύνοις ἀλλήλους θεώμενοι, μηδαμῇ ταύτῃ καταφρονῶνται οἱ πένητες ὑπὸ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ πολλάκις ἰσχνὸς ἀνὴρ πένης, ἡλιωμένος, παραταχθεὶς ἐν μάχῃ πλουσίῳ ἐσκιατροφηκότι, πολλὰς ἔχοντι σάρκας ἀλλοτρίας, ἴδῃ ἄσθματός τε καὶ ἀπορίας μεστόν, ἆρ' οἴει αὐτὸν οὐχ ἡγεῖσθαι κακίᾳ τῇ σφετέρᾳ πλουτεῖν τοὺς τοιούτους, καὶ ἄλλον ἄλλῳ

C. ὅταν παραβάλλωσιν] Solus Steph. παραβάλωσιν. Ceteri libri omnes praesens tuentur.

D. ἐσκιατροφηκότι] Sic Par. ADK. Vat. Θ. Flor. β. γ. Ven. II. Vulgo ἐσκιατραφηκότι. v. Brunck. ad Aristoph. Fragm. p. 285. Lobeck. ad Phryn. p. 578.

ἴδῃ ἄσθματος] ἤδη Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. K. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α., quod Steph. reponendum suspicabatur. Deinde loco vulg. μεστῷ Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Ang. et sex Florentt. praebuerunt μεστόν.

gnificat, quippe in universum illius notans in perferendis voluptatibus imbecillitatem. Ceterum confer Matth. Gr. §. 448.

C. Οὕτω δὴ παρεσκευασμένοι —] Apodosis orditur inde a verbis ἆρ' οἴει αὐτὸν οὐχ ἡγεῖσθαι κ. τ. λ., sed ita, ut Socrates principii orationis immemor eam conformet ad extrema illa ἀλλὰ πολλάκις — ἀνὴρ πένης — ἴδῃ ἄσθματός τε καὶ ἀπορίας μεστόν. Quod genus structurae apud Platonem haud infrequens est. Sed alia etiam anacoluthia in protasi inest. Recte enim Astius observavit accuratam rationem exigere hoc: ὅταν θεῶνται ἀλλήλους καὶ μηδαμῇ ταύτῃ καταφρονῶνται — ἀλλὰ πολλάκις ἰσχνὸς ἀνὴρ — ἴδῃ — μεστόν. Nimirum istud καταφρονῶνται οἱ πένητες ὑπὸ τῶν πλουσίων infertur perinde ac si genitivi absoluti antecesserint: ἢ (ὅταν) ξυμπλ. γιγνομένων καὶ ξυστρατιωτῶν ἢ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς κινδύνοις ἀλλήλους θεωμένων: vel dum una navigent vel militent vel etiam in ipsis periculis sese invicem spectent, ubi in his pauperes a divitibus non despiciuntur. Quod si tenueris, non opus videbitur cum Wyttenbachio ad Plutarch. Moral. T. I. p. 117. = p. 74. ed. Lips. pro ἴδῃ corrigere καὶ δή, qua mutatione omnino non video quid commodi lucremur. Explicata universi loci constructione videamus de singulis eius partibus. Itaque ὅταν παραβάλλωσιν — οἱ ἀρχόμενοι est: quoties congrediuntur invicem principes ac reliqui cives. Libr. VI. p. 499. B: πρὶν ἂν — ἀνάγκη τις ἐκ τύχης παραβάλῃ, i. e. accesserit. Aristot. Polit. VII.



παραγγέλλειν, ὅταν ἰδίᾳ ξυγγίγνωνται, ὅτι Ἄνδρες ἡμέτεροι εἰσὶν οὐδέν; Εὖ οἶδα μὲν οὖν, ἔφη, ἔγωγε, E
ὅτι οὕτω ποιοῦσιν. Οὐκοῦν ὥςπερ σῶμα νοσῶδες μικρᾶς ῥοπῆς ἔξωθεν δεῖται προςλαβέσθαι πρὸς τὸ κάμνειν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει αὐτὸ αὑτῷ, οὕτω δὴ καὶ ἡ κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῳ διακειμένη πόλις ἀπὸ σμικρᾶς προφάσεως, ἔξωθεν ἐπαγομένων ἢ τῶν ἑτέρων ἐξ ὀλιγαρχουμένης πόλεως ξυμμαχίαν ἢ τῶν ἑτέρων ἐκ δημοκρατουμένης, νοσεῖ τε καὶ αὐτὴ αὑτῇ μάχεται, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει; Καὶ σφόδρα γε. Δημοκρατία δή, οἶμαι, γίγνεται, 557
ὅταν οἱ πένητες νικήσαντες τοὺς μὲν ἀποκτείνωσι

Ἄνδρες ἡμέτεροι εἰσὶν οὐδέν] Vulgo erat: ἄνδρες οἱ ἡμέτεροι πλούσιοί εἰσιν οὐδέν, quod soli tenent Ang. Vat. r. et in marg. Ven. Ξ. Ceteri receptam tuentur scripturam, praeterquam quod Vind. ὑμέτεροι, et Flor. a. c. x. α. γ. Vat. m. εἰσὶ γὰρ οὐδέν scriptum exhibent. Par. A. repetitae lectionis item habet: ἡμέτεροι· εἰσὶ γὰρ οὐδέν, in quo Baiter. παρ' οὐδὲν latere coniecit.

E. δεῖται προςλαβέσθαι] Deest προςλαβέσθαι in Vat. Θ. Ven. Ξ. Male.

c. 14: καὶ μήτε βάναυσον μήτε γεωργὸν μήτ' ἄλλον τοιοῦτον μηδένα παραβάλλειν μὴ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. Mox macilentus atque pauper dicitur ἡλιώμενος, quia ἡλίωσις vel ἡλιοκαΐα, h. e. insolatio, erat in exercitationibus gymnasticis, quo corpori siccitas et robur quoddam compararetur. Cui opponitur τὸ σκιατροφεῖν, quod erat hominum molliorum et effeminatorum. v. Astius. ad Phaedr. p. 262 sq. Dein σάρκες ἀλλότριαι aut sunt hominis obesi carnes, quae ad corporis sanitatem nihil faciunt, sed tanquam alienae ac supervacuae succrevere, ideoque tantummodo corporis pinguedini augendae inserviunt, aut facete tribuuntur iis, qui alienis opibus atque bonis bene pasti exstiterunt (die sich von fremdem Fette gemästet haben), quae posterior interpretatio placuit C. Fr. Hermanno Gesammelt. Abhandl. p. 174. De proximis conf. p. 568. D: ὥςπερ ὑπ' ἄσθματος ἀδυνατοῦσα πορεύεσθαι. Lucian. Catapl. T. I. p. 623. πνευστιῶντα, μεστὸν ἄσθματος τὸ στόμα. Plutarch. Demetr. 23. de cursore: ἀσθενὴς καὶ μεστὸς ἄσθματος. Vox πολλάκις hic posita ut Xenoph. Cyrop. VI, 2, 2: οἱ δὲ οἷοίπερ ὑμεῖς ἄνδρες πολλάκις καὶ τὰ βουλευόμενα καταμανθάνουσιν.

Ἄνδρες ἡμέτεροι εἰσὶν οὐδέν] „mit unsern Männern ist's nichts!“ i. e. ii, quos maxime decebat se viros praestare, ignavi sunt atque imbelles. P. 562. D: προπηλακίζει ὡς ἐθελοδούλους τε καὶ οὐδὲν ὄντας, ubi v. annot.

E. μικρᾶς ῥοπῆς ἔξωθεν δεῖται —] Constructionis ge-

τῶν ἑτέρων, τοὺς δὲ ἐκβάλωσι, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐξ
ἴσου μεταδῶσι πολιτείας τε καὶ ἀρχῶν, καὶ ὡς τὸ
πολὺ ἀπὸ κλήρων αἱ ἀρχαὶ ἐν αὐτῇ γίγνωνται. Ἔστι
γάρ, ἔφη, αὕτη ἡ κατάστασις δημοκρατίας, ἐάν τε
καὶ δι᾽ ὅπλων γένηται, ἐάν τε καὶ διὰ φόβον ὑπεξ-
ελθόντων τῶν ἑτέρων.

Cap. XI. Τίνα δὴ οὖν, ἦν δ᾽ ἐγώ, οὗτοι τρό-
B πον οἰκοῦσι; καὶ ποία τις ἡ τοιαύτη αὖ πολιτεία;
δῆλον γάρ, ὅτι ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ δημοκρατικός τις
ἀναφανήσεται. Δῆλον, ἔφη. Οὐκοῦν πρῶτον μὲν
δὴ ἐλεύθεροι, καὶ ἐλευθερίας ἡ πόλις μεστὴ καὶ παῤ-
ῥησίας γίγνεται, καὶ ἐξουσία ἐν αὐτῇ ποιεῖν ὅ τί τις
βούλεται; Λέγεταί γε δή, ἔφη. Ὅπου δέ γε ἐξου-
σία, δῆλον, ὅτι ἰδίαν ἕκαστος ἂν κατασκευὴν τοῦ αὐ-
τοῦ βίου κατασκευάζοιτο ἐν αὐτῇ, ἥτις ἕκαστον ἀρέσκοι.
C Δῆλον. Παντοδαποὶ δὴ ἄν, οἶμαι, ἐν ταύτῃ τῇ
πολιτείᾳ μάλιστ᾽ ἐγγίγνοιντο ἄνθρωποι. Πῶς γὰρ

P. 557. *ἀπὸ κλήρων*] Sic Par. AK. Ven. Ξ. pro vulg. *ἀποκλήρων*. Deinde Par. ADK. Ven. ΞII. Vind. Vat. m. Flor. a. c. α. β. γ. *γίγνωνται*. Vulgo *γίγνονται*.

*διὰ φόβον*] *φόβων* Par. A. pr. m. Vat. Θ m r. Ven. II. Par. DK.

Cap. XI. C. *φαίνοιτο. Τί μήν; ἔφη. Καὶ ἴσως μὲν —*] Verba: *Τί μήν; ἔφη.* desunt in Par. A. Vat. Θ. Ven. IIΞ. Vind.

nus ad libr. I. p. 342. B. notavimus. Cf. Schaefer. ad Eurip. Med. v. 1396. ed. Pors. 3. Ad sententiam Demosth. Olynth. II. p. 24. ed. Reisk. *ὥςπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, τέως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ᾽ ἕκαστα σαθρῶν, ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ, οὕτω καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐστιν, ἐπειδὰν δὲ ὅμορος πόλεμος συμπλακῇ, πάντα ἐποίησεν ἔκδηλα.* Quae adeo cum hoc loco conveniunt, ut eum oratori ob oculos versatum esse suspiceris.

P. 557. *καὶ ὡς τὸ πολὺ — γίγνωνται*] et quando ut plurimum sortito in ea magistratus obtingunt. Verba Hermanno de glossemate suspecta sunt. Nimirum pertinent ea sane non ad originem sed ad formam democratiae describendam.

*ἐάν τε καὶ δι᾽ ὅπλων — ἐάν τε καί*] Libr. V. p. 471. D: *εἴτε καὶ ἐν τῇ αὐτῇ τάξει εἴτε καὶ ὄπισθεν ἐπιτεταγμένον.* Lysid. p. 212. C: *ἐάν τε καὶ ἀντιφιλῆται ἐάν τε καὶ μισῆται.* Men. p. 71. B. al.

Cap. XI. B. *ἕκαστον ἀρέσκοι.*] Platonica huius constru-



οὔ; Κινδυνεύει, ἦν δ᾽ ἐγώ, καλλίστη αὕτη τῶν
πολιτειῶν εἶναι· ὥςπερ ἱμάτιον ποικίλον πᾶσιν ἄν-
θεσι πεποικιλμένον, οὕτω καὶ αὕτη πᾶσιν ἤθεσι πε-
ποικιλμένη καλλίστη ἂν φαίνοιτο. [Τί μήν; ἔφη.]
καὶ ἴσως μέν, ἦν δ᾽ ἐγώ, καὶ ταύτην, ὥςπερ οἱ παῖ-
δές τε καὶ αἱ γυναῖκες τὰ ποικίλα θεώμενοι, καλλί-
στην ἂν πολλοὶ κρίνειαν. Καὶ μάλ᾽, ἔφη. Καὶ ἔστι
γε, ὦ μακάριε, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἐπιτήδειον ζητεῖν ἐν αὐτῇ D
πολιτείαν. Τί δή; Ὅτι πάντα γένη πολιτειῶν ἔχει
διὰ τὴν ἐξουσίαν, καὶ κινδυνεύει τῷ βουλομένῳ πό-
λιν κατασκευάζειν, ὃ νῦν δὴ ἡμεῖς ἐποιοῦμεν, ἀνα-
γκαῖον εἶναι εἰς δημοκρατουμένην ἐλθόντι πόλιν, ὃς
ἂν αὐτὸν ἀρέσκῃ τρόπος, τοῦτον ἐκλέξασθαι, ὥςπερ
εἰς παντοπώλιον ἀφικομένῳ πολιτειῶν, καὶ ἐκλεξα-
μένῳ οὕτω κατοικίζειν. Ἴσως γοῦν, ἔφη, οὐκ ἂν
ἀποροῖ παραδειγμάτων. Τὸ δὲ μηδεμίαν ἀνάγκην, E
εἶπον, εἶναι ἄρχειν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, μηδ᾽ ἂν ᾖς

Φ. Par. DK. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. β. γ. Abiecerunt illa nuperi editores; tuentur cum Aldo Steph. Bass. Bekk. Sed videntur utique mala correctione addita ab iis esse, qui repetitum *ἦν δ᾽ ἐγώ* moleste ferrent.

D. *ὃς ἂν αὐτὸν ἀρέσκῃ*] V. soloece *ἀρέσκοι*. Veram lectionem exhibuerunt Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Ang. Vat. m. Flor. x.

ctionis exempla larga manu dabit Heindorf. ad Cratyl. p. 29. §. 19. Mox D: *ὃς ἂν αὐτὸν ἀρέσκῃ τρόπος.*

C. *ὥςπερ ἱμάτιον — φαίνοιτο*] Comparatio haec, quia verbis praecedentibus illustrandis inservit, usu fere constanti superioribus additur *ἀσυνδέτως*. v. libr. III. p. 413. D. IV. p. 432. D. et annot. Gorg. p. 448. E. Phaedon. p. 61. A. Protagor. p. 327. E. Plura collegit Heindorf. ad Theaet. p. 386. ad Cratyl. p. 7. Eodem modo capienda sunt quae p. 557. D. leguntur, *τοῦτον ἐκλέξασθαι, ὥςπερ εἰς παντοπώλιον — οὕτω κατοικίζειν.* Ceterum animadvertas, quanta cum acerbitate philosophus populare imperium perstrinxerit, in quo describendo haud scio an civitatis Atheniensis praecipue rationem habuerit.

D. *Καὶ ἔστι γε — ἐπιτήδειον ζητεῖν*] Salsa haec dicuntur cum ironia. Atque est adeo perquam facile atque commodum (*bequem*) quaerere in ipsa rempublicam; complectitur enim genera civitatis maxime varia.

*οὐκ ἂν ἀποροῖ παραδειγμάτων*] non laboraret exemplorum inopia. Isocrat. de Pac. §. 17: *οὗτος ὁ λόγος ἀπορεῖν ἄν με ποιήσειεν ἀποκρίσεως.* v. Matth. Gr. §. 352.

*ἱκανὸς ἄρχειν, μηδὲ αὖ ἄρχεσθαι, ἐὰν μὴ βούλῃ, μηδὲ πολεμεῖν πολεμούντων, μηδὲ εἰρήνην ἄγειν τῶν ἄλλων ἀγόντων, ἐὰν μὴ ἐπιθυμῇς εἰρήνης; μηδ' αὖ, ἐάν τις ἄρχειν νόμος σε διακωλύῃ ἢ δικάζειν, μηδὲν ἧττον καὶ ἄρχειν καὶ δικάζειν, ἐὰν αὐτῷ σοι ἐπίῃ,*
558 *ἆρ' οὐ θεσπεσία καὶ ἡδεῖα ἡ τοιαύτη διαγωγὴ ἐν τῷ παραυτίκα; Ἴσως, ἔφη, ἔν γε τούτῳ. Τί δέ; ἡ πραότης ἐνίων τῶν δικασθέντων οὐ κομψή; ἢ οὔπω εἶδες ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἀνθρώπων καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς, οὐδὲν ἧττον αὐτῶν μενόντων τε καὶ ἀναστρεφομένων ἐν μέσῳ; καὶ ὡς οὔτε φροντίζοντος οὔτε ὁρῶντος οὐδενὸς περινοστεῖ ὥςπερ ἥρως;*

E. *ἐὰν μὴ ἐπιθυμῇς*] Par. ADK. Vat. Θ. Ven. Π. Vind. Vat. m. et alii nonnulli *ἐπιθυμῇ*. Vulgatum praefero propter sequens: *νόμος σε διακωλύῃ*. Dein *ἄρχῃς καὶ δικάζῃς* A Θ Π Φ. v. m. r. s.

P. 558. *ἡ τοιαύτη διαγ.*] *ἡ αὐτὴ* Par. A. Vind. Φ. Vat. m. *περινοστεῖ ὥςπερ ἥρως*] V. *περινοστεῖ ὁ καταψηφισθεὶς ὥςπερ ἥρως*, quod Angel. et Ven. Ξ. a rec. manu scriptum exhibent.

B. *Ἡ δὲ συγγνώμη —*] V. *συγγνώμη οὐ γενναία καὶ οὐδ' ὀπ.*, quod solus Ven. Ξ. habet; ceteri omnes omittunt.

E. *μηδὲ πολεμεῖν πολεμούντων*] sc. *τῶν ἄλλων*.

*ἐαν αὐτῷ σοι ἐπίῃ*] Germanice dicas: wenn es dir selbst einfällt. Verbi vim et constructionem illustrat Hemsterhus. ad Lucian. Somn. §. 2.

P. 558. *ἆρ' οὐ θεσπεσία — ἐν τῷ παραυτίκα;*] nonne divina est atque iucunda talis vita in praesenti? i. e. si quis praesens eius commodis statim fruatur? Nam *τὸ παραυτίκα* dicitur cuius in praesens est fructus citoque perit, ut bene explicat Heindorf. ad Protagor. p. 620. Pro *θεσπεσία καὶ ἡδεῖα*, in quo istud *ἡδεῖα* mirum quantum languet, scripserim: *θεσπεσία καὶ θεία*. Eurip. Androm. v. 297. *μουσικὴ θεσπεσία καὶ θεοῖς φίλη*. Hermann. de suo dedit *θεσπεσία ὡς ἡδεῖα*, quod non placet.

*ἡ πραότης ἐνίων τῶν δικασθέντων*] Non est quod *κατά* ante *ἐνίων* excidisse putes, quod Stephanus suspicabatur. Nam genitivus hic subiecti est: animi tranquillitas damnatorum, qua non moventur poena supplicii, adeoque damnati securi vivunt.

*καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς*] *καταψηφίζεσθαι*, ut Lat. damnari, cum genitivo poenae coniunctum notavit Matth. Gr. §. 370, 3. Dein *αὐτῶν μενόντων κ. τ. λ.* post *οὔπω εἶδες* illatum difficilem habet explicationem. Aut enim per anacoluthiam infertur propter praecedentes genitivos, veluti Latine dicas: an nondum vidisti, quum mane-



*Καὶ πολλούς γ', ἔφη. Ἡ δὲ συγγνώμη καὶ οὐδ'* B
*ὁπωςτιοῦν σμικρολογία αὐτῆς, ἀλλὰ καταφρόνησις ὧν ἡμεῖς ἐλέγομεν σεμνύνοντες, ὅτε τὴν πόλιν ᾠκίζομεν, ὡς εἰ μή τις ὑπερβεβλημένην φύσιν ἔχοι, οὔποτ' ἂν γένοιτο ἀνὴρ ἀγαθός, εἰ μὴ παῖς ὢν εὐθὺς παίζοι ἐν καλοῖς καὶ ἐπιτηδεύοι τὰ τοιαῦτα πάντα, — ὡς μεγαλοπρεπῶς καταπατήσασ' ἅπαντα ταῦτα οὐδὲν φροντίζει, ἐξ ὁποίων ἄν τις ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ τὰ πολιτικὰ ἰὼν πράττῃ, ἀλλὰ τιμᾷ, ἐὰν φῇ μόνον εὔνους εἶναι τῷ πλήθει. Πάνυ γ', ἔφη,* C
*γενναία. Ταῦτά τε δή, ἔφην, ἔχοι ἂν καὶ τούτων ἄλλα ἀδελφὰ δημοκρατία, καὶ εἴη ἄν, ὡς ἔοικεν,*

*καταπατήσασ' ἅπαντα τ.*] V. *καταπατήσας*. Correxit Astius, suffragante libro Mon. In Par. A. est *αὐτὰ ἅπαντα*. Quod nuperi editt. non debebant tam avide arripere. Habet enim codex ille, ut nuper compertum est, potius *ἅπαντ' αὐτά*, quod ex *ἅπαντα ταῦτα* ortum esse non temere suspiceris. Deinde pro vulg. *οὐδὲ φροντίζει* codd. meliores, uno Par. A. excepto, *οὐδὲν φρ.*

C. *Ταῦτά τε δή, ἔφην, ἔχοι —*] Sic Par. ADK. Vat. Θ. Ang. Vat. r. Flor. β. α. *ταῦτά τε δή*. Aberat *τε* ante Bekker. Mox Par. A. Vind. Φ. *καὶ εἴη, ὡς ἔοικ.* omisso *ἄν*. Voculam abiecerunt Turr.

rent et in medio versarentur; quam rationem probarunt Astius et A. Matth. Gr. §. 349, 3., aut constructio verborum sic instituenda: *ἢ οὔπω εἶδες ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ* (sc. *ἐκείνην τὴν πραότητα*) *ἀνθρώπων καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς, οὐδὲν ἧττον αὐτῶν μενόντων τε καὶ ἀναστρεφομένων ἐν μέσῳ*; ut postrema rei explanandae causa subiuncta sint: quod placuit C. Reisigio Enarrat. Sophocl. Oed. Col. v. 243. Dein quasi antecesserit: *ὡς μένουσί τε καὶ ἀναστρέφονται*, subiungitur: *καὶ ὡς περινοστεῖ*, ut simul transeatur a plurali numero ad singularem *περινοστεῖ* sc. *ὁ καταψηφισθείς*. v. ad libr. III. p. 389. D. Quam loquendi consuetudinem non tenentes librarii illud ipsum *ὁ καταψηφισθείς* in ordinem verborum invexerunt. Ad *Καὶ πολλούς γε* intell. *εἶδον*, ex quo robur quoddam accedere puto virorum doctorum sententiae, qui *αὐτῶν μενόντων κ. τ. λ.* per quandam anacoluthiam loco accusativi positum iudicarunt.

B. *Ἡ δὲ συγγνώμη — εἶναι τῷ πλήθει*] En aliud anacoluthon. Nam post *τὰ τοιαῦτα πάντα* quum secundum legitimam constructionem addere debuisset fere haec: *ἆρ' οὐ μεγαλοπρεπὴς καὶ γενναία*; relicta structura, quam inchoaverat, subiunxit: *ὡς μεγαλοπρεπῶς κ. τ. λ.*, quibus verbis posterior sententiae pars eleganter explicatur atque fusius illustratur. Germanice totum locum sic interpretamur: „Die Nachsicht desselben (dieses Staates) aber und die in keiner Beziehung vor-

ἡδεῖα πολιτεία καὶ ἄναρχος καὶ ποικίλη, ἰσότητά
τινα ὁμοίως ἴσοις τε καὶ ἀνίσοις διανέμουσα. Καὶ
μάλ', ἔφη, γνώριμα λέγεις.
Cap. XII. Ἄθρει δή, ἦν δ' ἐγώ, τίς ὁ τοιοῦ-
τος ἰδίᾳ. ἢ πρῶτον σκεπτέον, ὥςπερ τὴν πολιτείαν
ἐσκεψάμεθα, τίνα τρόπον γίγνεται; Ναί, ἔφη. Ἆρ'
οὖν οὐχ ὧδε; τοῦ φειδωλοῦ ἐκείνου καὶ ὀλιγαρχικοῦ
D γένοιτ' ἄν, οἶμαι, υἱὸς ὑπὸ τῷ πατρὶ τεθραμμένος
ἐν τοῖς ἐκείνου ἤθεσι. Τί γὰρ οὔ; Βίᾳ δὴ καὶ
οὗτος ἄρχων τῶν ἐν αὑτῷ ἡδονῶν, ὅσαι ἀναλωτικαὶ
μέν, χρηματιστικαὶ δὲ μή· αἳ δὴ οὐκ ἀναγκαῖαι κέ-

Cap. XII. D. *τάς τε ἀναγκαίους*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. Π. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. γ. et ex corr. Ven. Ξ. Vulgo ἀναγκαίας, quod peperit praegressum ἀναγκαῖαι. Tali formarum varietate tantum abest ut Attici abstinuerint, ut etiam delectati esse videantur. Formam ἀναγκαίους notavimus ad p. 559. A. extr., ubi eadem est scripturae varietas. cf. Buttmann. Gr. Ampl. T. I. p. 247.

handene Kleinigkeitskrämerei, sondern das Uebersehen alles dessen, was wir, als wir unsern Staat gründeten, so ernsthaft behaupteten, dass nämlich einer, er müsste denn eine überschwengliche Natur haben, nie ein guter Mann werden würde, wenn er nicht gleich von Iugend an spielend sich mit dem Schönen beschäftigte und alles dergleichen übte, — wie erhaben schreitet er über alles diess hinweg und bekümmert sich gar nicht darum, von welchen Beschäftigungen auch einer zu den Staatsgeschäften hinzutritt, sondern er ehrt ihn, wenn er nur versichert der Menge gewogen zu sein." — *φύσις ὑπερβεβλημένη* est natura prorsus excellens s. plane egregia. Legg. p. 719. D. οὔσης ταφῆς τῆς μὲν ὑπερβεβλημένης, τῆς δὲ ἐλλειπούσης. Eurip. Alcest. v. 155: τί χρὴ γενέσθαι τὴν ὑπερβεβλημένην γυναῖκα; Duplex εἰ neminem morabitur, qui contulerit Theaet. p. 147. A. Men. p. 74. B. Gorg. p. 453. C. al. — *Καταπατεῖν* nunc fastum ac contemptum indicat, de qua re vix est quod moneamus. Satis erit contulisse Anacreont. Odar. XXVI, 5: κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι, πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ. Neque etiam narrare attinet, quibus modis interpretes locum utique paullo impeditiorem vel interpretando vel corrigendo sollicitaverint.

C. *ἰσότητά τινα ὁμοίως — διανέμουσα*] aequalitatem quandam aequalibus iuxta atque inaequalibus tribuens. Acerba cum irrisione haec dicta sunt.

Cap. XII. *ὥςπερ τὴν πολιτείαν ἐσκεψάμεθα*] sc. πρῶτον, τίνα τρόπον ἐγίγνετο.



κληνται. Δῆλον, ἔφη. Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἵνα
μὴ σκοτεινῶς διαλεγώμεθα, πρῶτον ὁρισώμεθα τάς
τε ἀναγκαίους ἐπιθυμίας καὶ τὰς μή; Βούλομαι,
ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν ἅς τε οὐκ [ἂν] οἷοί τ' εἶμεν ἀπο-
τρέψαι, δικαίως * ἂν * ἀναγκαῖαι καλοῖντο, καὶ ὅσαι E
ἀποτελούμεναι ὠφελοῦσιν ἡμᾶς; τούτων γὰρ ἀμφο-
τέρων ἐφίεσθαι ἡμῶν τῇ φύσει ἀνάγκη. ἢ οὔ; Καὶ
μάλα. Δικαίως δὴ τοῦτο ἐπ' αὐταῖς ἐροῦμεν, τὸ 559
ἀναγκαῖον. Δικαίως. Τί δέ; ἃς γέ τις ἀπαλλάξειεν
ἄν, εἰ μελετῴη ἐκ νέου, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀγαθὸν
ἐνοῦσαι δρῶσιν, αἱ δὲ καὶ τοὐναντίον, πάσας ταύ-

*οἷοι τ' εἶμεν ἀποτρέψαι*] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. cum ed. Bas. 2. Legitur alias ἀποστρέψαι quod servavit etiam Bekker. Dein δικαίως ἂν ἀναγκ. Vind.

P. 559. *εἰ μελετῴη*] μελετῷ Par. A. Ang. Vat. m. Quod ortum ex antiqua scriptura, qua iota apponebatur.

*πάσας ταύτας εἰ μὴ ἀν.*] Sic codd. omnes cum ed. Bas. 2. Prave vulgo πᾶσαι πάντας. Dein Par. A. Mon. Flor. α. β. ἀναγκαίας, ut vel praestantissimus liber sibi parum constet.

D. *ὑπὸ τῷ πατρὶ τεθραμμένος*] V. ad III. p. 391. C. coll. IX. p. 572. C.

*οὐκ ἂν οἷοί τ' εἶμεν ἀποτρέψαι*] quos non possimus depellere vel propulsare. Sed suspicamur ἂν hic prave interpositum esse, quod post δικαίως erat inserendum, ubi unus Vindob. liber positum habet. De ἀποτελούμεναι cf. libr. IX. p. 580. E. ibique annot.

E. *τοῦτο ἐπ' αὐταῖς ἐροῦμεν, τὸ ἀναγκαῖον*] Dictum ut ὀνομάζειν τι ἐπί τινι, καλεῖν τι ἐπί τινι, et similia, de quibus scripsimus ad p. 470. B. libr. V. — Τὸ ἀναγκαῖον per appositionem pronomini adiectum, hoc sensu: Recte igitur iis tribuemus nomen cupiditatum necessariarum.

P. 559. *καὶ πρὸς οὐδὲν ἀγαθὸν — δρῶσιν*] Schleiermacherus: „und zu nichts Gutem mitwirken." Vereor ut recte. Nec placet quod Astius suasit πρὸς οὐδέν', ut δρᾶν cum πρός accusativo personae addito constructum putetur, sicuti πράττειν Phaedon. p. 113. E. et ποιεῖν Xenoph. Mem. IV, 2, 16. Cyrop. I, 6, 31. Neque enim ἀγαθὸν πρός τινα δρᾶν recte dici posse videtur. Nisi fallor, καὶ πρός idem est quod καὶ προςέτι, ac praeterea, atque insuper. Libr. I. p. 328. A: καὶ πρός γε παννυχίδα ποιήσουσιν. V. p. 466. E: καὶ πρός γε — ἄξουσιν εἰς πόλεμον. Euthyd. p. 294. A: καὶ σύ γε πρός. Men. p. 90. E: καὶ ἀμαθία γε πρός. Sophist. p. 234. A: καὶ πρός γε θαλάττης. Omisso γε Legg. III. p. 702. C: ἀλλὰ καὶ πρὸς οἰωνόν τινα ποιοῦμαι, quae verba male intellecta sunt. Euthyd. p. 298. D: καὶ πρὸς ἄρα σοι πατήρ ἐστιν. Aristoph. Lysistr. v. 626: δεινὰ γάρ τοι — λαλεῖν γυναῖκας οὔσας ἀσπίδος χαλκῆς πέρι καὶ διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς.

*τας εἰ μὴ ἀναγκαίους φαῖμεν εἶναι, ἆρ' οὐ καλῶς ἂν λέγοιμεν; Καλῶς μὲν οὖν. Προελώμεθα δή τι παράδειγμα ἑκατέρων, αἵ εἰσιν, ἵνα τύπῳ λάβωμεν αὐτάς; Οὐκοῦν χρή. Ἆρ' οὖν οὐχ ἡ τοῦ φαγεῖν μέχρι ὑγιείας τε καὶ εὐεξίας καὶ αὐτοῦ σίτου τε καὶ*
B *ὄψου ἀναγκαῖος ἂν εἴη; Οἶμαι. Ἡ μέν γέ που τοῦ σίτου κατ' ἀμφότερα ἀναγκαία, ᾗ τε ὠφέλιμός ᾗ τε παῦσαι ζῶντα δυνατή. Ναί. Ἡ δὲ ὄψου, εἴ πῄ τινα ὠφέλειαν πρὸς εὐεξίαν παρέχεται. Πάνυ*

B. *ἀναγκαῖος ἂν εἴη*] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. et corr. Vat. Θ. Vulgo *ἀναγκαίως* Mon. Flor. β. *ἀναγκαία.*

*ᾗ τε παῦσαι ζῶντα δ.*] Mon. Flor. β. *μὴ παῦσαι.* Pro *ζῶντα* Athenaeus XII. p. 401. ed. Schw. *πεινῶντα*, quod in marg.

Plut. v. 1002: *καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν κ. τ. λ.* Eurip. Phoeniss. v. 884: *καὶ πρὸς ἠτιμασμένος.* Post *καί* pervulgato more pronomen relativum nominativo casu iterandum: nam plene dicendum fuit: *καὶ αἳ προςέτι οὐδὲν ἀγαθὸν ἐνοῦσαι δρῶσιν.*

*ἑκατέρων, αἵ εἰσιν*] In his Astius et A. Matthiae Gr. Ampl. p. 907. *αἵ* pro *τίνες* dictum arbitrantur. Non assentior. Nam *ὅς* semper finitum est referturque ad certam aliquam rem vel personam: *τίς* quaerit de eo, quod est infinitum atque incertum. Ex quo patet alterum cum altero non potuisse permutari. Quocirca hunc locum sic interpretari malim: Sumamus igitur exemplum aliquod cupiditatum utriusque generis, quae s. quales revera sunt. Poterat igitur etiam sic dicere: *προελώμεθα δή τι παράδειγμα τῶν οὐσῶν ἑκατέρου γένους ἐπιθυμιῶν.* Aliorum locorum, quos huc revocarunt, etsi paullo alia ratio est, tamen non maior est vis ad usum illum relativi demonstrandum. cf. libr. IV. p. 444. A. VI. p. 504. A. Menon. p. 80. D. — Sententiam verborum *ὡς τύπῳ λάβωμεν* cognosces ex annot. ad libr. III. c. 20.

*μέχρι ὑγιείας τε καὶ εὐεξίας*] quatenus exigit corporis valetudo et bonus habitus. Dein vulgo erat *ἀναγκαίως ἂν εἴη*, quod tuetur Astius, nec ego prorsus aspernarer, si meliorum librorum auctoritate muniretur. Solet enim *εἶναι*, ut Lat. esse, interdum cum adverbiis copulari, si non simplicem verbi substantivi habet potestatem, sed simul comprehendit praedicati notionem, ut vel se habere vel reperiri s. extare (vorhanden sein) significet. v. ad Euthyphr. p. 10 sq. Quocirca haec utique liceat sic intelligere: „Wäre nun nicht die Begierde zum Essen — nothwendiger Weise vorhanden?" Verum enim vero quum libri meliores *ἀναγκαῖος* scriptum exhibeant, eaque lectio ipsi sententiae magis accommodata videatur, alteram scripturam inde natam esse existimo, quod terminatio generis feminini in ος subsequente statim *ἀναγκαία* librarios offenderet. De huius terminationis varietate cf. IV. p. 425. D. VIII.



*μὲν οὖν. Τί δέ; ἡ πέρα τούτων καὶ ἀλλοίων ἐδεσμάτων ἢ τοιούτων ἐπιθυμία, δυνατὴ δὲ κολαζομένη ἐκ νέων καὶ παιδευομένη ἐκ τῶν πολλῶν ἀπαλλάττεσθαι, καὶ βλαβερὰ μὲν σώματι, βλαβερὰ δὲ ψυχῇ πρός τε φρόνησιν καὶ τὸ σωφρονεῖν, ἆρά γε ὀρθῶς* C
*οὐκ ἀναγκαία ἂν καλοῖτο; Ὀρθότατα μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ ἀναλωτικὰς φῶμεν εἶναι ταύτας, ἐκείνας δὲ χρηματιστικὰς διὰ τὸ χρησίμους πρὸς τὰ ἔργα εἶναι; Τί μήν; Οὕτω δὴ καὶ περὶ ἀφροδισίων καὶ τῶν*

Vat. Θ. his verbis notatum: „Athenaeus *πεινῶντα* legit, quod placet." Placuit etiam Astio. Sed v. annotatt. C. Fr. Hermann. Mus. Rhen. a. 1845. IV. 3. coni. *ἀδυνάτη*, quod verbo tetigisse satis est. Nec vero probandum quod postea in edit. Teubn. evulgavit *ζῶντα οὐ δυνατή.* v. explicatt.

p. 554. A. p. 558. D. p. 561. A. al. — *αὐτοῦ σίτου*, cibi per se spectati, quod opponitur sequenti, *ἡ πέρα τούτων καὶ ἀλλοίων ἐδεσμάτων — ἐπιθυμία.* Nec vero opus est scribere *αὐτοῦ τοῦ σίτου*, ut nonnemo nuper voluit.

B. *ᾗ τε παῦσαι ζῶντα δυνατή*] sc. si non expleatur. Hoc igitur significat ciborum cupiditatem non modo utilem esse, sed etiam plane necessariam, quippe sine qua vita conservari plane non possit. In qua sententia quid molestum aut ineptum sit, equidem non perspicio. Itaque lectionem libri Veneti apud Athenaeum XII. p. 41. Vol. IV. ed. Schweigh. *παῦσαι πεινῶντα*, quam Coraius et Astius amplectendam censuerunt, natam arbitror ex male sedula grammatici alicuius correctione, qui non vidisset istuc *παῦσαι ζῶντα* per chiasmum referendum esse ad antegressum *ὑγιείας*, et *ὠφέλιμος* spectare ad *εὐεξίαν.* Dein Coraius in Animadv. Schweighäuseri ad Athen. T. VI. p. 314. *ᾗ που* vel *ᾗ πῃ* pro *εἴ πῃ* scribendum coniecit. Quod vereor ut cuiquam placeat. Ad *Ἡ δὲ ὄψου* intelligas *ἀναγκαία ἐστίν*, ut sensus hic sit: opsoniorum autem cupiditas ita tantum necessaria est, si qua ratione prodest ad bonum corporis habitum.

*ἡ πέρα τούτων — ἐπιθυμία*] h. e. *ἡ ἐπιθυμία ἡ πέρα τούτων καὶ ἡ ἀλλοίων ἐδεσμάτων ἐπιθυμία ἢ τοιούτων*, ea cupiditas, quae utilitatis et necessitatis fines transgreditur atque alius generis cibos appetit quam quales modo diximus, hoc est, delicatiores.

*δυνατὴ δὲ — ἐκ τῶν πολλῶν ἀπαλλάττεσθαι*] Ficinus: quae per temperantiam a iuventute coërceri potest, obest autem corpori ctr. Non expressit verba *καὶ παιδευομένη ἐκ τῶν πολλῶν*, quae desunt etiam apud Athenaeum. Neque tamen assentior Astio ea recte omissa esse iudicanti. Quod enim Socrates istam cupediorum cupiditatem matura castigatione ac disciplinae severitate ex plerisque vel potius plurimis expelli posse arbitratur, id verissime dictum est, si quidem apud multos ea est vis cupiditatis at-

ἄλλων φήσομεν; Οὕτως. Ἆρ' οὖν καὶ ὃν νῦν δὴ
κηφῆνα ὠνομάζομεν, τοῦτον ἐλέγομεν τὸν τῶν τοιού-
των ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν γέμοντα καὶ ἀρχόμενον
ὑπὸ τῶν μὴ ἀναγκαίων, τὸν δὲ ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων
D φειδωλόν τε καὶ ὀλιγαρχικόν; Ἀλλὰ τί μήν;
Cap. XIII. Πάλιν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, λέγωμεν,
ὡς ἐξ ὀλιγαρχικοῦ δημοκρατικὸς γίγνεται. φαίνεται δὲ
μοι τά γε πολλὰ ὧδε γίγνεσθαι. Πῶς; Ὅταν νέος
τεθραμμένος, ὡς νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀπαιδεύτως τε καὶ
φειδωλῶς γεύσηται κηφήνων μέλιτος, καὶ ξυγγένηται
αἴθωσι θηρσὶ καὶ δεινοῖς, παντοδαπὰς ἡδονὰς καὶ
ποικίλας καὶ παντοίως ἐχούσας δυναμένοις σκευάζειν,
E ἐνταῦθά που οἴου εἶναι ἀρχὴν αὐτῷ μεταβολῆς ὀλι-
γαρχικῆς τῆς ἐν ἑαυτῷ εἰς δημοκρατικήν. Πολλὴ
ἀνάγκη, ἔφη. Ἆρ' οὖν, ὥσπερ ἡ πόλις μετέβαλλε
βοηθησάσης τῷ ἑτέρῳ μέρει ξυμμαχίας ἔξωθεν, ὁμοίας
ὁμοίῳ, οὕτω καὶ ὁ νεανίας μεταβάλλει βοηθοῦντος
αὖ εἴδους ἐπιθυμιῶν ἔξωθεν τῷ ἑτέρῳ τῶν παρ'
ἐκείνῳ, ξυγγενοῦς τε καὶ ὁμοίου; Παντάπασι μὲν

C. ὃν νῦν δὴ κηφῆνα ὠνομάζομεν —] V. ὃν δὴ νῦν, quod ex codd. optimis et longe plurimis mutatum. Vocem κηφῆνα, quam Bekkerus narrat in editione sua operarum errore excidisse, Florentini libri omnes omittunt, ut haud sciam, an eandem etiam nonnulli codd. Bekkeri neglexerint. Quanquam dubitari non potest, quin retinenda fuerit. Pro τὸν τῶν τοιούτων, quod exhibent Par. A. Ang. Flor. γ., vulgo legebatur τῶν τοιούτων. Verba τὸν δὲ ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων, quae in ed. Bekkerian. errore omissa sunt, desiderantur in Vat. Θ. et Ang.

que lubidinis, ut nullo modo extingui posse videatur. De constructione v. ad libr. V. p. 471. O.

C. Ἆρ' οὖν καὶ ὃν νῦν δὴ — ὀλιγαρχικόν] Astius signo interrogandi post ὠνομάζομεν posito post Ἆρ' οὖν καὶ intelligendum censet οὕτω φήσομεν περὶ τούτου, ὃν νῦν δὴ κηφῆνα ὠνομάζομεν; ut sequentia τοῦτον — ὀλιγαρχικόν explicationis causa subiuncta sint.

Ego locum malim sic interpretari: Nonne etiam quem modo (c. 7. et 8.) fucum nominabamus, hunc dicebamus eum, qui talibus voluptatibus et cupiditatibus esset repletus ab iisque minime necessariis regeretur, eum autem, qui necessariis tantum indulgeret, parcum et principatus paucorum studiosum?

Cap. XIII. D. αἴθωσι θηρ-



οὖν. Καὶ ἐὰν μέν, οἶμαι, ἀντιβοηθήσῃ τις τῷ ἐν
ἑαυτῷ ὀλιγαρχικῷ ξυμμαχία, ἤ ποθεν παρὰ τοῦ πα-
τρὸς ἢ καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων, νουθετούντων τε 560
καὶ κακιζόντων, στάσις δὴ καὶ ἀντίστασις καὶ μάχη
ἐν αὐτῷ πρὸς αὐτὸν τότε γίγνεται. Τί μήν; Καὶ
ποτὲ μέν, οἶμαι, τὸ δημοκρατικὸν ὑπεχώρησε τῷ ὀλι-
γαρχικῷ, καί τινες τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν διεφθά-
ρησαν, αἱ δὲ καὶ ἐξέπεσον, αἰδοῦς τινος ἐγγενομένης
ἐν τῇ τοῦ νέου ψυχῇ, καὶ κατεκοσμήθη πάλιν. Γί-
γνεται γὰρ ἐνίοτε, ἔφη. Αὖθις δέ, οἶμαι, τῶν ἐκ-
πεσουσῶν ἐπιθυμιῶν ἄλλαι ὑποτρεφόμεναι ξυγγενεῖς
δι' ἀνεπιστημοσύνην τροφῆς πατρὸς πολλαί τε καὶ B
ἰσχυραὶ ἐγένοντο. Φιλεῖ γοῦν, ἔφη, οὕτω γίγνεσθαι.
Οὐκοῦν εἵλκυσάν τε πρὸς τὰς αὐτὰς ὁμιλίας, καὶ
λάθρᾳ ξυγγιγνόμεναι πλῆθος ἐνέτεκον. Τί μήν;
Τελευτῶσαι δή, οἶμαι, κατέλαβον τὴν τοῦ νέου τῆς
ψυχῆς ἀκρόπολιν, αἰσθόμεναι κενὴν μαθημάτων τε
καὶ ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ λόγων ἀληθῶν, οἳ δὴ

Cap. XIII. E. πόλις μετέβαλλε] Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Ang. Vat. m. Flor. a. c. γ. μετέβαλε, quod recepit Bekker.

Καὶ ἐὰν μέν, οἶμαι] Vulgo γε post μέν additur, quod om. Par. A. Vind. Φ. Vat. m. Dein coni. αὐτῷ Steph.

P. 560. ὑποτρεφόμεναι ξυγγ.] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ., quod firmat etiam scriptura librorum Vat. Θ. Ven. II. Vat. r. ὑποστρεφόμεναι. Sed editt. omnes praeter Bas. 2. habent ἐπιτρεφόμεναι.

B. Τελευτῶσαι δή, οἶμαι] Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. II. Vind. Angel. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ. δή. Vulgo δέ.

σί] Schol. in Hom. Iliad. ο'. 690. τὸν αἴθωνα interpretantur τὸν κατὰ ψυχὴν ἔμπυρον, ὀξύν, σφοδρόν. Sophocl. Aiac. v. 1077: αἴθων ὑβριστής, ubi v. Lobeck. — θῆρες, Ungethüme, nunc intelliguntur homines feroces et audaces. Sic Sophist. p. 235. A: νῦν ἡμέτερον ἔργον ἤδη τὸν θῆρα (Sophistam) μηκέτ' ἀνεῖναι. Ceterum pulcherrima est quae sequitur allegoria, de quo verbo monuisse satis est.

P. 560. ἄλλαι ὑποτρεφόμεναι] quae veluti succrescunt nondum animadversae. Lectio elegans nescio cur in ἐπιτρεφόμεναι mutata fuerit.

B. πρὸς τὰς αὐτάς ὁμιλίας] ad eandem consuetudinem, qua paullo ante erat usus. Non opus est, ut de Astii coniectura legamus πρὸς τὰς αὐταῖς ὁμιλίας.

C ἄριστοι φρουροί τε καὶ φύλακες ἐν ἀνδρῶν θεοφιλῶν εἰσι διανοίαις. Καὶ πολύ γ', ἔφη. Ψευδεῖς δὴ καὶ ἀλαζόνες, οἶμαι, λόγοι τε καὶ δόξαι ἀντ' ἐκείνων ἀναδραμόντες κατέσχον τὸν αὐτὸν τόπον τοῦ τοιούτου. Σφόδρα γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πάλιν τε εἰς ἐκείνους τοὺς Λωτοφάγους ἐλθὼν φανερῶς κατοικεῖ; καὶ ἐὰν παρ' οἰκείων τις βοήθεια τῷ φειδωλῷ αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἀφικνῆται, κλήσαντες οἱ ἀλαζόνες λόγοι ἐκεῖνοι τὰς τοῦ βασιλικοῦ τείχους ἐν
D αὐτῷ πύλας οὔτε αὐτὴν τὴν ξυμμαχίαν παριᾶσιν, οὔτε πρέσβεις πρεσβυτέρων λόγους ἰδιωτῶν εἰςδέχον-

ἀνδρῶν θεοφιλῶν] θεοφιλῶν deest in Par. DK. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Ang. Vat. r. Flor. β.

C. Ψευδεῖς δὴ καὶ ἀλαζόνες] Phaedon p. 92. C: λόγοις σύνοιδα οὖσιν ἀλαζόσι — καὶ ἐξαπατῶσι, ubi plura collegit Wyttenbachius.

εἰς ἐκείνους τους Λωτοφάγους] Odyss. IX. v. 81 sqq. Intelliguntur illi, qui descripti sunt supra p. 559. D. E. Qui quidem mellis sui dulcedine adolescentem non minus capere ac delenire significantur, quam Lotophagi herbae suae suavitate Ulyxis socios detinuerint. Illi enim gustata loti herba redire ad navim noluerunt obliti reditus, ut etiam verberibus eo adigendi fuerint.

D. οὔτε πρέσβεις πρεσβυτέρων λ. ἰδ.] Pulcherrima amphibolia. Nam πρέσβεις intelliguntur legati, s. oratores. Sententia haec est: neque sermones hominum privatorum, aetate provectiorum, qui tanquam oratores mittuntur, admittunt. Cobetus Varr. Lectt. p. 219. pro ἰδιωτῶν scribendum censet δι' ὤτων. Qua mutatione facile caremus. Nempe παρ' οἰκείων venit hoc auxilium, unde πρεςβυτέρων λόγοι ἰδιωτῶν memorantur ratione habita τοῦ βασιλικοῦ τείχους. De collocatione verborum v. ad Menex. p. 239. C. Tim. p. 33. A.

ωθοῦσιν ἔξω — φυγάδα] h. e. ὥςτε φυγάδα γενέσθαι. Eurip. Phoeniss. v. 74: φυγάδα δ' ἀπωθεῖ τῆςδε Πολυνείκην χθονός. Sophocl. Oed. T. v. 1518: πέμψεις ἄποικον. Eurip. Hecub. v. 769: ἐκβάλλει θαλασσόπλαγκτον. Virgil. Aen. I. v. 70: sed diversos age. Sed frequentissimus hic usus prolepseos apud poetas; rarior apud pedestris orationis scriptores. v. Seidler ad Eurip. Electr. p. 61. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 299. Wunderlich. ad Tibull. p. 105. Erfurdt. ad Sophocl. T. IV. p. 323. Schaefer. ad Theocrit. p. 215. Hermann. ad Viger. p. 897.

μετὰ πολλῶν καὶ ἀνωφελῶν ἐπιθυμιῶν] adiuvantibus multis ac perniciosis cupiditatibus. Xenoph. Cyrop. IV, 6, 7: ἐλπίδα τινὰ λάβοιμι τῷ φίλῳ παιδὶ τιμωρίας ἄν τινος μετὰ σοῦ τυχεῖν, i. e. te auxilium ferente. Infra libr. IX. p. 571.



ται, αὐτοί τε κρατοῦσι μαχόμενοι, καὶ τὴν μὲν αἰδῶ ἠλιθιότητα ὀνομάζοντες ὠθοῦσιν ἔξω ἀτίμως φυγάδα, σωφροσύνην δὲ ἀνανδρίαν καλοῦντές τε καὶ προπηλακίζοντες ἐκβάλλουσι, μετριότητα δὲ καὶ κοσμίαν δαπάνην ὡς ἀγροικίαν καὶ ἀνελευθερίαν οὖσαν πείθοντες ὑπερορίζουσι μετὰ πολλῶν καὶ ἀνωφελῶν ἐπιθυμιῶν; Σφόδρα γε. Τούτων δέ γέ που κενώσαντες καὶ καθήραντες τὴν τοῦ κατεχομένου τε E
ὑπ' αὐτῶν καὶ τελουμένου ψυχὴν μεγάλοισι τέλεσι, τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη ὕβριν καὶ ἀναρχίαν καὶ ἀσωτίαν καὶ ἀναίδειαν λαμπρὰς μετὰ πολλοῦ χοροῦ κατάγου-

C. κλήσαντες οἱ ἀλαζ.] Sic ex Par. A. Bekker. Vulgo κλείσαντες. v. Buttmann. Gr. Ampl. II. p. 169., qui receptam scripturam pro antiquiore habendam censuit.

B: ὑπό τε τῶν νόμων καὶ των βελτιόνων ἐπιθυμιῶν μετὰ λόγου — ἀπαλλάττεσθαι. Voc. ἀνωφελής per μείωσιν positum est: noxius, damnosus, ut Protag. p. 334. A. Xen. Mem. II. 6, 4. Hellen. I. 7, 28. Sic ἀκέρδεια pro βλαβή Pindar. Olymp. I. 84. al. In clausula posita sunt haec verba propterea, quod et gravitate sua eminent, et non ad solum ὑπερορίζουσι referuntur, sed etiam ad antegressa verba ὠθοῦσιν et ἐκβάλλουσιν. Itaque non exputo, cur Astius, audaci transpositione facta, locum sic scribendum iudicaverit: κρατοῦσι μαχόμενοι μετὰ πολλῶν καὶ ἀνωφελῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ — ὑπερορίζουσιν. De nominum inhonestorum cum honestis permutatione turbulentis temporibus fieri solita conf. Thucyd. III. 82. et Sallust. Catil. c. 52. iam pridem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia fortitudo vocatur.

καθήραντες τὴν τοῦ κατεχομένου —] Comparatio ducta a mysteriis. De qua re Astius ita scribit: „In sacris Eleusiniis post lustrationes privataque sacrificia primum minora mysteria (μικρὰ τέλη) tradebantur mystis, et post sex menses maiora (τὰ μεγάλα) contemplanda praebebantur epoptis. v. Bulliald. ad Theon. Mathem. p. 215. 222 sq."

E. μετὰ πολλοῦ χοροῦ κατάγουσιν] Κατέρχεσθαι, κατάγειν, καταδέχεσθαι sunt verba propria de exsulibus, qui in patriam redeunt, honorifice restituuntur atque recipiuntur. Mox: ἐὰν — μέρη — καταδέξηται τῶν ἐκπεσόντων. Sic καταδέχεσθαι, exsulem in patriam recipere, legitur apud Xenoph. Agesil. II, 21. De κατάγειν et κατέρχεσθαι nota sunt, quae disputavit Porson. ad Eurip. Med. v. 1011. — ὑποκοριζόμενοι nunc est res turpes honesto nomine ornantes, ut ne vera earum ratio et conditio animadvertatur. Nam κορίζεσθαι vel ὑποκορίζεσθαι significat 1) infantium instar balbutire, vel cum infantibus ut infantem loqui ac iocari; 2)

σιν ἐστεφανωμένας, ἐγκωμιάζοντες καὶ ὑποκοριζόμενοι, ὕβριν μὲν εὐπαιδευσίαν καλοῦντες, ἀναρχίαν δὲ ἐλευθερίαν, ἀσωτίαν δὲ μεγαλοπρέπειαν, ἀναίδειαν
561 δὲ ἀνδρείαν. ἆρ' οὐχ οὕτω πως, ἦν δ' ἐγώ, νέος ὢν μεταβάλλει ἐκ τοῦ ἐν ἀναγκαίοις ἐπιθυμίαις τρεφομένου εἰς τὴν τῶν μὴ ἀναγκαίων καὶ ἀνωφελῶν ἡδονῶν ἐλευθέρωσίν τε καὶ ἄνεσιν; Καὶ μάλα γ', ἦ δ' ὅς, ἐναργῶς. Ζῇ δή, οἶμαι, μετὰ ταῦτα ὁ τοιοῦτος οὐδὲν μᾶλλον εἰς ἀναγκαίους ἢ μὴ ἀναγκαίους ἡδονὰς ἀναλίσκων καὶ χρήματα καὶ πόνους καὶ διατριβάς· ἀλλ' ἐὰν εὐτυχὴς ᾖ καὶ μὴ πέρα ἐκβακχευθῇ, ἀλλά τι καὶ πρεσβύτερος γενόμενος τοῦ
B πολλοῦ θορύβου παρελθόντος μέρη τε καταδέξηται τῶν ἐκπεσόντων καὶ τοῖς ἐπειςελθοῦσι μὴ ὅλον ἑαυτὸν ἐνδῷ, εἰς ἴσον δή τι καταστήσας τὰς ἡδονὰς

E. *εὐπαιδευσίαν καλοῦντες*] Sic cum Bekkero nunc edidi, postquam vidi eam esse Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. scripturam, quam firmat etiam lectio librorum Vat. Θ. Ven. II. Vat. r. *ἀπαιδευσίαν* exhibentium. Vulgo *παίδευσιν*. Mox editt. praeter Bekk. *ἀνδρίαν*. Sed etiam Par. A. repetitae lectionis habet *ἀνδρείαν*, ut nunc ubique in eo scriptum esse constat. Igitur rem semel iterumve memorare satis duximus.

P. 561. *ἐκ τοῦ ἐν ἀναγκαίοις ἐπ. τρεφ. εἰς τὴν τῶν*] Addidi olim *ἐν* vulgo neglectum ex Flor. a. c. β. γ. Par. DK. Ven. II. Mon. Angel. Ac bonum factum quod nunc etiam cod.

magnitudinem alicuius rei blandiendi causa minuere, blandiri, adulari; 3) magnitudinem rei et veram eius conditionem deminuendo celare, aliamque ei affingere, unde oritur notio simulandi et fingendi; 4) magnitudinem alicuius rei contemptionis causa deminuere, aut quod revera contemnis, aut ut videaris contemnere, ex quo nascitur superbiendi, contemnendi et irridendi significatio. Verbi usum copiose persequutus est Fr. A. G. Spohn. Commentat. de extrema Odysseae parte p. 109 sq.

P. 561. *ἐκ τοῦ ἐν ἀναγκαίοις ἐπ. τρεφομένου*] P. 558. D: *τεθραμμένος ἐν τοῖς ἐκείνου ἤθεσιν*. Deinde quod Bekkerus *εἰς* ante *τὴν τῶν μὴ ἀναγκαίων* extrusit, id vix probaveris collatis hisce locis. P. 555. B: *μεταβάλλει μὲν τρόπον τινὰ τοιόνδε ἐξ ὀλιγαρχίας εἰς δημοκρατίαν*. P. 553. A: *ὧδε μάλιστα εἰς ὀλιγαρχικὸν ἐκ τοῦ τιμοκρατικοῦ ἐκεῖνον μεταβάλλει*. P. 550. C: *ὡς μεταβαίνει πρῶτον ἐκ τῆς τιμαρχίας εἰς τὴν ὀλιγαρχίαν, ῥητέον*. P. 565. D: *τίς οὖν ἀρχὴ μεταβολῆς ἐκ προστάτου ἐπὶ τύραννον;* al. Quae Platonem satis constanter hac constructione in eadem re usum esse evincunt.

*οὐδὲν μᾶλλον εἰς ἀναγ-*



διάγει, τῇ παραπιπτούσῃ ἀεὶ ὥςπερ λαχούσῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχὴν παραδιδούς, ἕως ἂν πληρωθῇ, καὶ αὖθις ἄλλῃ, οὐδεμίαν ἀτιμάζων, ἀλλ' ἐξ ἴσου τρέφων. Πάνυ μὲν οὖν. Καὶ λόγον γ', ἦν δ' ἐγώ, ἀληθῆ οὐ προςδεχόμενος οὐδὲ παριεὶς εἰς τὸ φρούριον, ἐάν τις λέγῃ, ὡς αἱ μέν εἰσι τῶν καλῶν τε καὶ C
ἀγαθῶν ἐπιθυμιῶν ἡδοναί, αἱ δὲ τῶν πονηρῶν, καὶ τὰς μὲν χρὴ ἐπιτηδεύειν καὶ τιμᾶν, τὰς δὲ κολάζειν τε καὶ δουλοῦσθαι· ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις ἀνανεύει τε καὶ ὁμοίας φησὶν ἁπάσας εἶναι καὶ τιμητέας ἐξ ἴσου. Σφόδρα γάρ, ἔφη, οὕτω διακείμενος τοῦτο δρᾷ. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ διαζῇ τὸ καθ' ἡμέραν οὕτω χαριζόμενος τῇ προςπιπτούσῃ ἐπιθυμίᾳ, τοτὲ μὲν μεθύων καὶ καταυλούμενος, αὖθις δὲ ὑδροποτῶν καὶ κατισχναινόμενος, τοτὲ δ' αὖ γυμναζόμενος, D

Par. A. repetitae lectionis rationem nostram confirmavit, quam fastuose erant aspernati Schn. et Turr. Dein *εἰς* delevit Bekkerus, sequutus Paris. A. Vind. Vat. m. Omittunt etiam Flor. a. c. γ. Et sequuti sunt Schn. Turr. Herm. Sed v. annotat.

*Καὶ μάλα γ'*] Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. α. γ. *μάλα*. Vulgo *Καὶ μάλιστά γ'*.

B. *ὅλον ἑαυτὸν ἐνδῷ*] Steph. cum uno Ven. Ξ. *ἐκδῷ*. Sed conf. Ruhnken. ad Tim. p. 101., qui hunc verbi usum exemplis illustravit.

*τοτὲ μὲν μεθ.*] *τὸ* Par. A.

*καίους ἢ μὴ ἀν.*] h. e. aeque cupiditatibus non necessariis atque necessariis sumptus impendens atque labores et otium. — *μὴ πέρα ἐκβακχευθῇ*, si non ulterius debacchetur, et magis etiam cupiditatibus indulgeat. — *τοῦ πολλοῦ θορύβου παρελθόντος*, si, postquam plurima voluptatum turba praeteriit, et partem expulsorum recipit, neque iis, qui introgressi erant, se totum dedit. Nam *ἐνδοῦναι ἑαυτόν τινι* est se dedere alicui, ut Phaedr. p. 241. C. cf. Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 101.

B. *ἀλλ' ἐξ ἴσου τρέφων*] sc. *πάσας*, quod ex praecedenti *οὐδεμίαν* intelligas, ut ad libr. II. p. 366. D. monuimus. Hinc etiam explicanda illa Theaet. p. 157. B: *οὐδὲν εἶναι ἓν καθ' ἑαυτό, ἀλλά τινι ἀεὶ γίγνεσθαι*.

*Καὶ λόγον γε — οὐ προςδεχόμενος*] Int. *διάγει*.

C. *τῇ προςπιπτούσῃ ἐπιθυμίᾳ*] Paullo ante dicebatur *τῇ παραπιπτούσῃ*. Dein observes hoc, *τοτὲ μέν — αὖθις δέ — τοτὲ δ' αὖ — ἔστι δ' ὅτε — τοτὲ δέ*, in quo ne offendat dicendi varietas, vide quae notarunt interpretes ad Vigerum p. 701. — *καὶ καταυλούμενος*, et dum tibiarum cantu demulcetur, ut inter epulas et compotationes.

ἔστι δ' ὅτε ἀργῶν καὶ πάντων ἀμελῶν, τοτὲ δ' ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίβων. πολλάκις δὲ πολιτεύεται, καὶ ἀναπηδῶν ὅ τι ἂν τύχῃ λέγει τε καὶ πράττει. κἄν ποτέ τινας πολεμικοὺς ζηλώσῃ, ταύτῃ φέρεται· ἢ χρηματιστικούς, ἐπὶ τοῦτ' αὖ. καὶ οὔτε τις τάξις οὔτε ἀνάγκη ἔπεστιν αὐτοῦ τῷ βίῳ, ἀλλ' ἡδύν τε δὴ καὶ ἐλευθέριον καὶ μακάριον καλῶν τὸν βίον τοῦ-
E τον χρῆται αὐτῷ διὰ παντός. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, διελήλυθας βίον ἰσονομικοῦ τινος ἀνδρός. Οἶμαι δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ παντοδαπόν τε καὶ πλείστων ἠθῶν μεστόν, καὶ τὸν καλόν τε καὶ ποικίλον, ὥςπερ ἐκείνην τὴν πόλιν, τοῦτον τὸν ἄνδρα εἶναι· ὃν πολλοὶ ἂν καὶ πολλαὶ ζηλώσειαν τοῦ βίου, παραδείγματα πολιτειῶν τε καὶ τρόπων πλεῖστα ἐν αὐτῷ ἔχοντα.

E. καὶ τὸν καλόν τε καὶ ποικίλον] Articulum τὸν vulgo omissum omnes codd. uno consensu exhibuerunt. Solus Vind. scribendi errore τῶν καλῶν.

Cap. XIV. P. 562. B. τοῦτο δ' ἦν ὑπέρπλουτος] Steph. cum Ven. Ξ. τοῦτο δ' ἦν γίγνεσθαι ὑπέρπλουτος. Sed ita esse

D. ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίβων] Praemisit ὡς, quia talem hominem vult indicare revera non versari in philosophiae studio. — ἀναπηδῶν eleganter indicat repentinum hominis impetum, quo ad publica negotia tractanda accingitur et prosilit, scilicet quidvis coram populo dicturus atque facturus. Ad ὅ τι ἂν τύχῃ ex sequentibus intelligere licet λέγων τε καὶ πράττων.

ταύτῃ φέρεται] hac via, i. e. ad hoc, fertur; v. Heindorf. ad Sophist. p. 351. Dein τάξις est ordo, quem quis ipse sibi praescripsit; ἀνάγκη autem norma et lex ab aliis constituta. Καί ante οὔτε τις τάξις nunc est denique, postremo, ut paucis complectar, ut saepe.

E. ὥςπερ ἐκείνην τὴν πόλιν] Respicit ad p. 557. C. D. Quo loco quum de sola civitate dictum sit neque etiam de varietate morum in singulis hominibus conspicuorum; fortasse ferri non posse videatur quod primus ex codicibus evulgavit I. Bekkerus: καὶ τὸν καλόν τε καὶ ποικίλον κ. τ. λ. Addito enim articulo hic oritur sensus: Et hunc virum arbitror esse pulcrum illum atque varium, cuius antea mentionem iniiciebamus. At enim vero intelligi potest varius ille vir atque pulcher, qui ista civitatis forma iam significatus est.

P. 562. ὀρθῶς ἂν προςαγορευόμενος] Vid. ad libr. V. p. 478. E.

Cap. XIV. τίς τρόπος τυραννίδος γίγνεται;] Acute Schleiermach. haec verba labem aliquam suscepisse coniecit. Neque enim iam agitur de



Οὕτω γάρ, ἔφη, ἔστι. Τί οὖν; τετάχθω ἡμῖν κατὰ δημοκρατίαν ὁ τοιοῦτος ἀνήρ, ὡς δημοκρατικὸς ὀρ- 562
θῶς ἂν προςαγορευόμενος; Τετάχθω, ἔφη.

Cap. XIV. Ἡ καλλίστη δή, ἦν δ' ἐγώ, πολιτεία τε καὶ ὁ κάλλιστος ἀνὴρ λοιπὰ ἂν ἡμῖν εἴη διελθεῖν, τυραννίς τε καὶ τύραννος. Κομιδῇ γ', ἔφη. Φέρε δή, τίς τρόπος τυραννίδος, ὦ φίλε ἑταῖρε, γίγνεται; ὅτι μὲν γὰρ ἐκ δημοκρατίας μεταβάλλει, σχεδὸν δῆλον. Δῆλον. Ἆρ' οὖν τρόπον τινὰ τὸν αὐτὸν ἔκ τε ὀλιγαρχίας δημοκρατία γίγνεται καὶ ἐκ δη-
μοκρατίας τυραννίς; Πῶς; Ὃ προὔθετο, ἦν δ' B
ἐγώ, ἀγαθόν, καὶ δι' οὗ ἡ ὀλιγαρχία καθίστατο — τοῦτο δ' ἦν ὑπέρπλουτος· ἦ γάρ; Ναί. Ἡ πλού-
του τοίνυν ἀπληστία καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἀμέλεια διὰ D

ὑπέρπλουτον debebat. In Ang. scriptum exstat: δ' ἦν ἐπὶ πλοῦτος. Schneider. πλοῦτος cum suo Vindob. F. Paullo ante προὔθεντο Par. A. Vind. Φ. Ang. Vat. m. quod Schneid. Herm. Turr. amplexati sunt. Sed subiectum est ἡ ὀλιγαρχία, unde caussa depravationis intelligitur. Mox ἀπώλλυ Par. ADK. Vind. Ven. II. Flor. a. c. β. γ. alii. Vulgo ἀπόλλυσιν.

τρόπῳ τῆς τυραννίδος, sed de eius ortu ac progressu. In mentem nobis venit corrigere, τίνα τρόπον τυραννίς — γίγνεται; nisi praestat etiam, τίς τρόπος τυραννίδος, ᾧ, ὦ φίλε ἑταῖρε, γίγνεται. Quanquam in posteriore correctione displicet verborum collocatio. Schneiderus Socratem censet, quemadmodum supra p. 558. C. in viro democratico, priusquam de ortu diceret, statim indole arrepta hanc quaestionem proposuisse, tum praetermissae originis recordatum primum eam quasi in transcursu ut satis notam attigisse, deinde autem, sicut par fuerit, plene et copiose explicuisse.

B γε, νὴ Δία, ἦ δ' ὅς, τότ' ἤδη ὁ δῆμος οἷος οἷον θρέμμα γεννῶν ἠσπάζετό τε καὶ ηὖξε, καὶ ὅτι ἀσθενέστερος ὢν ἰσχυροτέρους ἐξελαύνει. Πῶς, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις; τολμήσει τὸν πατέρα βιάζεσθαι, κἂν μὴ πείθηται, τύπτειν, ὁ τύραννος; Ναί, ἔφη, ἀφελόμενός γε τὰ ὅπλα. Πατραλοίαν, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις τύραννον καὶ χαλεπὸν γηροτρόφον, καί, ὡς ἔοικε, τοῦτο δὴ ὁμολογουμένη ἂν ἤδη τυραννὶς εἴη, καὶ τὸ λεγόμενον, ὁ δῆμος φεύγων ἂν καπνὸν δουλείας ἐλευθέ-
C ρων εἰς πῦρ δούλων δεσποτείας ἂν ἐμπεπτωκὼς εἴη, ἀντὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης καὶ ἀκαίρου ἐλευθερίας τὴν χαλεπωτάτην τε καὶ πικροτάτην δούλων δουλείαν μεταμπισχόμενος. Καὶ μάλα, ἔφη, ταῦτα οὕτω γίγνεται. Τί οὖν; εἶπον· οὐκ ἐμμελῶς ἡμῖν εἰρήσεται, ἐὰν φῶμεν ἱκανῶς διεληλυθέναι, ὡς μεταβαίνει τυραννὶς ἐκ δημοκρατίας, γενομένη τε οἵα ἐστί; Πάνυ μὲν οὖν ἱκανῶς, ἔφη.

Mon. Flor. β. γ. mutatum. Quanquam nuperi editores praeter Bekkerum et Hermannum veterem lectionem servarunt.

C. εἰς πῦρ δούλων δεσπ.] Vulgatum δοῦλον, iam ab Astio emendatum, correximus ex Par. A. Ven. Ξ. Vind. Mon. Aug. Vat. m. Genitivus δούλων respondet voci ἐλευθέρων.

*Γνώσεταί γε, νὴ Δία*] h. e. cum dolore suo intelliget s. experietur. Sic futurum hoc saepius positum. Libr. II. p. 362. A: *καὶ γνώσεται, ὅτι οὐκ εἶναι δίκαιον, ἀλλὰ δοκεῖν δεῖ ἐθέλειν.* Theocrit. Idyll. XXVI. v. 19: *Αὐτονόα δὲ τάδ' εἶπε· τάχα γνώσῃ, πρὶν ἀκούσῃ.* Lucian. Timon. c. 33: *οὗτος δὲ τάχα εἴσεται, οἵαν με οὖσαν ἀπολείψει.*

B *οἷος οἷον θρέμμα*] Sympos. p. 195. A: *οἷος οἵων αἴτιος ὢν τυγχάνει,* ubi v. annot.

*τοῦτο δὴ ὁμολογουμένη ἂν ἤδη τυραννὶς εἴη*] haec igitur communi iudicio iam erit tyrannis. *Ἤδη* post *δὴ* illatum illustravit Hermann. ad Sophocl. Electr. v. 1059. Viger. p. 829.

*φεύγων ἂν καπνὸν δουλείας — εἴη*] Opponitur species servitutis (*καπνὸς δουλείας*) tyrannidis veritati (*πῦρ δεσποτείας*). Praeterea *δούλων* et *ἐλευθέρων* sibi invicem opposita sunt. Proverbium fuit: *τὸν καπνὸν φεύγοντα εἰς τὸ πῦρ ἐκπίπτειν.* Liban. Epist. 554. p. 269. ab Astio comparatus: *τί ἂν τις αἰτιῷτο φεύγοντα πῦρ; πυρὸς γὰρ οὐδὲν ἢ τῶν ἐνταῦθα διαφέρει φιλονεικία.* Theodoret. Therap. III. p. 773: *καὶ τὸν καπνὸν κατὰ τὴν παροιμίαν, ὡς ἔοικε, φυγόντες εἰς αὐτὸ δὴ τὸ πῦρ ἐμπεπτώκαμεν.*

# ARGUMENTUM

## LIBRI NONI.

Disputaverat Socrates extremo libro octavo de tyrannide eiusque origine et natura. Itaque nunc illi similem esse ostendit eum hominem, qui una aliqua cupiditate vehementiore atque animi perturbatione ita regatur, ut eius imperio tanquam saevae dominationi subiectus sit. Quaerit igitur, quomodo vir iste tyrannicus ex democratico oriatur; quibus virtutibus praeditus sit; et qualem degat vitam, miseram an beatam. De quibus rebus operae pretium est ipsius Socratis orationem paullo explanatius enarrare. Disserit autem de hoc argumento fere haec. Quo rectius, inquit, de his rebus iudicare possimus, addendum est aliquid de cupiditatum et voluptatum natura, quem locum in superioribus praetermisimus. Etenim in numero cupiditatum et voluptatum non necessariarum sunt etiam multae turpes atque illicitae. Quae si mature castigentur et per meliores cupiditates ope rationis regantur; aut radicitus exstirpari possunt aut certe minui atque infringi: sin minus, in dies auctae mox tantam nanciscuntur vim et potentiam, ut iis resisti non amplius queat: quorsum pertinent turpis libido et intemperantia. Quae tenentes de viri tyrannici ingenio et natura rectius iudicabimus. Videamus autem ante omnia de eius o r i g i n e. Natus igitur aliquis atque educatus a patre ad rem familiarem admodum attento, qui praeter divitias om-

nia parvi aestimabat atque res ad vitae cultum pertinentes nihili faciebat, ubi postea incidit in consuetudinem eorum, qui liberius educati sunt neque illicitis abstinent voluptatibus, adeo capitur liberioris istius vitae amore, ut patris avaritiam summopere detestetur. Veruntamen bonae educationis, qua usus est, adhuc ea est vis, ut se omnibus omnino voluptatibus dedere dubitet. Quo fit, ut petulantem dissolutamque sodalium vitam aeque fugiat atque patris avaritiam sordidamque parsimoniam. Atque talis vir vere est democraticus, hoc est is, in quo mores conspiciantur democratiae similes. Iam vero huic aetate provecto item filium esse ponamus, qui prorsus ad patris exemplum educatus formatusque sit. Qui quidem adolescens factus rursus deveniat in dissolutorum hominum consortium, qui eum ad quaslibet voluptates pelliciant. Quid huic fiet? Nimirum irritae erunt parentis preces, irritae amicorum admonitiones, quibus eum a pravorum sodalium societate avocare studeant. Etenim turpissimi isti voluptatum satellites, si nihil aliud possint, id certe iam efficere studebunt, ut turpis alicujus cupiditatis, veluti amoris, flammam in eius pectore suscitent. Qua accensa mox etiam aliae libidines, quibus amantes indulgent, animum eius invadent, atque ita fiet, ut propter insanum amorem omnes nobiliores sensus exuat seque totum saevae eius dominationi dedat. Eadem est aliorum vitiorum, veluti vinolentiae, protervitatis, petulantiae, ratio; quibus si ita occupatur animus, ut sui impotens fiat, vera oritur in homine ipso tyrannis, qua ad explendam turpem libidinem veluti abripitur. Atque haec est h o m i n i s t y r a n n i c i o r i g o. Videamus iam, qualis sit v i t a, quam istiusmodi homo acturus sit. Est vero minime obscurum eum plane deditum fore omnibus voluptatibus, quae ad explendam libidinem conducant. Quocirca cum sodalibus suis dies festos aget; splendidas epulas concelebrabit; meretrices sectabitur; denique a nulla alienus erit quamvis turpissima voluptate. Quae omnia quum sumptus requirant haud exiguos; brevi consumet patrimonium. Bonis dilapidatis aes alienum contrahet. Sed fide labefactata nemo iam erit, qui ei concredere pecuniam velit. Tum vero stimulis cupiditatum agitatus ad scelera perpetranda adigetur, ut saltem ali-



quo modo ea sibi comparet, quibus libidinis desiderium possit lenire aut extinguere. Quocirca omni pudore abiecto aliis vim inferet, ne parentibus quidem suis parcens; parietes fur perrumpet; latrocinia committet; templa spoliabit; denique nullum scelus non committere sustinebit. Quodsi magnus fuerit in aliqua civitate istiusmodi hominum numerus, hi tyrannidem, ad quam natura plane sunt comparati, non solum in illam invehent, sed etiam severissime exercebunt. Etenim tali ingenio qui praeditus est, is quemadmodum cum nullo poterit colere amicitiam, ita ne libertatem quidem civium amabit aut tuebitur: quippe nec fidem ille servare didicit, nec iustitiam colit, nec ullum improbitatis genus aversatur. Haec autem quum talis hominis vivendi ratio sit, facile existimari potest, quid d e e i u s f e l i c i t a t e iudicari oporteat. Nam quo saevius agitatur cupiditatum tempestatibus, eo maior sit necesse est eius infelicitas, ut clarissime appareat hominem tyrannicum esse omnium miserrimum. Id quod facilius etiam intelligetur instituta comparatione variarum reipublicae formarum, quas in superioribus proposuimus. Etenim vir tyrannicus tyrannidi, democraticus democratiae, oligarchicus oligarchiae, denique quini illi viri in suo quisque genere singulis civitatibus omni ex parte simillimi sunt. Quum vero perfecta illa civitas sive aristocratia procul dubio pro beatissima habenda sit, illa autem, quae a tyranno vexatur, miserrima; sponte consequitur, ut homo tyrannicae civitati similis, in quo saeva cupiditatum vis dominatur, longe sit miserrimus, ille contra, qui rationi obsequutus iustitiam colit ac virtutem, omnium beatissimus. P. 571 — 577. B. extr. — Sed age, rem diligentius etiam persequamur et per partes eundo dispiciamus. Ac primo quidem in tyrannica civitate d e s i d e r a t u r l i b e r t a s: eadem igitur etiam homini deest ad illius similitudinem comparato, quippe cuius animus cupiditatibus subiectus sit ideoque perturbationibus atque poenitentia et angore repletus. Porro civitas tyranno obediens i n o p s a t q u e e g e n a est: idem valet de homine insatiabili voluptatum cupiditate perpetuo cruciato. Praeterea civitas tyrannica p l e n a e s t m i s e r i a e, nec usquam tam multae lacrimae

funduntur; tam acerbae lamentationes audiuntur; tam multi dolores et aegritudines sentiuntur. Idem igitur etiam de homine iudicandum est, quem illi comparavimus: cuius animus quum perpetuo cupiditatum ac perturbationum vi agitetur ac saepe usque ad insaniam compellatur, quietus ac tranquillus nunquam esse potest. Atque idem si praeterea non privatus vivit sed revera in aliqua civitate tyrannus exstitit, tum vero, quia metu, suspicione, mala conscientia, denique cupiditatum vehementia et furore adeo torquetur, ut nemini fidem habens domi tanquam in carcere inclusus vitam transigat, in summam miseriam devenit et tristissimam tolerat servitutem. Accedit, quod his malis nulla per tempus affertur medicina, sed in dies augetur suspicio, morositas, iniustitia, denique turpitudo. Quae si vere disputata sunt, ut quisque longius abest a similitudine cum optima illa ac perfecta civitate, ita infelicior et miserior iudicandus erit. Quocirca beatissimus est regalis ille vir, qui praeest aristocratiae: hunc ordine deinceps sequuntur timocraticus, oligarchicus, ac democraticus: extremum vero locum occupabit vir tyrannicus, quippe qui, sive lateat deos, sive non lateat, haud dubie futurus sit omnium longe miserrimus. P. 577. C. — 580. C. extr.

Quanquam autem hac ratione satis demonstratum videtur, quod Socrates ostendere voluerat, tyrannum maxima laborare miseria; tamen idem argumentum alio etiam modo illustrandum censct. De qua re sic fere disserit vir sapientissimus. Quemadmodum in civitate, inquit, distinximus tres civium ordines, ita etiam animi humani tria *εἴδη* esse vidimus, videlicet *τὸ λογιστικόν*, *τὸ θυμικόν*, et *τὸ ἐπιθυμητικόν*. Ex quibus quidem modo hoc, modo illud in animo quasi principatum obtinet; unde etiam tria discernere licet hominum genera, primum philosophum, in quo *τὸ λογιστικόν* sive ratio dominatur atque ceteris partibus imperat; alterum ambitiosum vel contentiosum, in quo regnat *τὸ θυμικόν*; tertium avarum, quod lucri potissimum ducitur cupiditate, ut in quo plurimum valeat *τὸ ἐπιθυμητικόν*. Tria igitur etiam voluptatum genera sunt pro ista hominum diversitate. Iam si illos homines, tam variis ingeniis praeditos, interroges, quamnam vitam omnium beatissimam arbitrentur, suam quisque unice praedicabit vitae rationem. Avarus enim laudabit divitiarum possessionem; ambitiosus gloriae et laudis magnitudinem celebrabit; denique philosophus rebus omnibus anteponendam iudicabit veritatis cognitionem atque sapientiam. Quam quidem litem nemo est quin videat non alio modo dirimi posse, nisi sic, ut rerum experientia, prudentia atque ratio adhibeatur, sine quibus fieri nullo modo potest, ut quis de ulla re rectum faciat iudicium. Itaque ex tribus illis viris is verissime iudicabit, qui et usum rerum habeat idoneum, et prudentia atque ratione maxime utatur. Iam vero philosophus primum melius avaro voluptatem novit, quippe qui non solum vulgares voluptates naturae necessitate coactus inde a pueritia perceperit, sed etiam limpidissimam voluptatem, ex veri cognitione ac scientia manantem, si quis alius, gustaverit; quum avarus unas tantum vulgares sequutus sit delectationes, generosiorem illam prorsus ignoret. Itaque dubitari non potest, quin philosophi iudicium verius sit atque rectius quam avari. Idem vero etiam acutius ambitioso cernere potuerit. Etenim gloriae ac laudis possessio atque fructus quantum voluptatis animo afferat, philosophus non minus ambitioso experiri solet. Sed voluptas illa quae ex veri contemplatione redundat, uni philosopho propria est. Ex quo apparet hunc experientia et rerum usu ceteros omnes antecellere. Eum vero etiam prudentia atque ratione optime uti didicisse eoque in genere homines avaros et ambitiosos longissime superare, quis est qui negare audeat? Quum igitur de unaquaque re experientiae, prudentiae et rationis ope iudicari ac decerni oporteat; sponte consequitur, ut philosophum de vitae felicitate omnium optime iudicaturum esse merito statuamus. Quae si vera sunt, ex tribus illis generibus voluptatis hoc erit longe praestantissimum, quod ex veri cognitione ac scientia percipitur, pertinetque ad eam nostri partem, qua rerum veritatem contemplari solemus. Itaque etiam vita sapientis, in quo *τὸ λογιστικόν* principatum tenet, omnium erit beatissima ac praestantissima. P. 580. D. — 583. A. extr.

Sed non haec tantum vera sunt; illud etiam argumentis probari potest, neminem praeter sa-

pientem veram atque puram percipere voluptatem. De qua re sic est existimandum. Voluptati contrarius dolor est: inter hunc autem atque illam media interiacet conditio eorum, qui nec dolorem nec voluptatem sentiunt. Quae quidem conditio sicuti post dolorem nobis iucunda solet accidere, ita praecedente voluptatis sensu iniucunda est. Ex quo intelligitur doloris vacuitatem per se nec iucundam esse nec iniucundam, sed videri tantum cum dolore aut voluptate esse coniunctam, prouti status, qui eam antecesserit, aut tristis fuerit aut iucundus. Falsa est igitur eorum opinio, qui voluptatem putant esse finem doloris, dolorem contra finem voluptatis; id quod etiam inde intelligitur, quod suavissimi odores fere nullo praegresso dolore percipiuntur neque ullum post se dolorem relinquunt. Quocirca ne voluptas quidem ulla est in vacuitate doloris, mirificeque falluntur qui, quum sunt liberi a doloribus, continuo sibi videntur frui voluptate. Sed est nimirum hic error simillimus illi, quo multi, ubi ab inferiore aliquo loco ad summum eius cacumen contendunt, postquam pervenerunt ad mediam partem, se iam ad suprema pervenisse arbitrantur eaque fraude delusi rursus descendunt ad inferiora. Quum igitur vera voluptas non cernatur in doloris vacuitate, pleraeque autem corporis voluptates antegresso demum aliquo dolore nascantur, veluti quum iniucundus famis aut sitis sensus cibo et potu depellitur; illi, qui talibus voluptatibus fruuntur atque delectantur, haudquaquam veras purasque voluptates percipiunt, sed umbras earum amplectuntur: a quo errore vir sapiens liber est atque immunis. P. 583. B. — 585. A.

Praeterea etiam haec perpendamus. Inter corporis enim atque animi voluptatem hoc interest, quod illa corporis amovet atque tollit molestias, veluti sitim, famem, alia; haec satisfacit veritatis desiderio, quo optimi cuiusque animus maxime tenetur. Iam nemo erit quin facile largiatur veram opinionem, scientiam, intelligentiam, denique virtutem plus in se continere veritatis quam cibum, potum, aliasque res sub sensus cadentes: sunt enim hae illis multo similiores et cognatiores. Quid quod etiam ipse animus rectius dici potest vere esse quam corpus, quod nihil est aliud nisi simulacrum quoddam eius, quod vere est. Quo veriora autem illa sunt, quae percipiuntur, et quo verius est illud ipsum, quod aliquid percipit; eo veriores sint etiam voluptates necesse est. Itaque dubitari non potest, quin vita philosophi ceteris omnibus habita felicitatis ratione longissime anteponenda sit. Cuius praestantiam qui vulgaribus indulgent voluptatibus ne cogitando quidem possunt attingere. Sunt enim vel insania vel cupiditate et ira maxime occaecati. Enimvero quo longius vita ab ordine, lege, ratione, recedit, eo est deterior et infelicior. Cum quibus omnibus quia tyranni vita minimam habet coniunctionem, vita regalis viri, quia hic rationem sequitur ducem, summam necessitudinem; dici non potest, quantum alter ab altero non solum felicitate, sed etiam honestate, decore ac virtute superetur. P. 585. A. — 588. A. extr.



His explicatis consideremus ea, quae in superiore sermone alicubi dicebantur. Contendebat enim nescio quis — Libr. I. c. 16. — et II. p. 360. E. — 362. A. 364. — 367. E. — eum, qui perfecte iniustus esset et tamen viri iusti speciem prae se ferret, omnium esse felicissimum, quippe qui plurimum commodi et utilitatis ex iniustitia esset percepturus. Quae sententia quo magis appareat num recte possit comprobari; age rei illustrandae gratia imagine aliqua utamur. Fingamus igitur animo monstrum multigenae figurae, undique capitibus belluarum et mansuetarum et ferarum instructum, quae quidem capita pro suo ipsius arbitrio ex semet ipso possit producere et cum aliis atque aliis permutare. Hoc monstrum ingenti magnitudine iam concretum cogitemus cum leone atque homine. Tria autem haec animalia deinde obducamus humana figura, ita ut, si quis eorum speciem intueatur, ingentis hominis figuram cernere sibi videatur. Vides monstrum illud multiforme comparari cum *τῷ ἐπιθυμητικῷ*; leonem similem fingi *τῷ θυμικῷ*; hominem indicare *τὸ λογιστικόν*. Iam qui iniustitiam prodesse, iustitiam utilitate carere arbitratur, is profecto nihil aliud dicit nisi hoc, immane illud monstrum atque leonem esse alendum, curandum, fovendum; hominem autem debilitari atque fame enecari oportere, ut sese facile duci patiatur quocunque sive monstrum sive leo cupiverit; expedire enim at-

que conducere, si bestiae immanes lubidini suae indulgeant, inter se pugnent, denique hominem mordeant, lacerent ac devorent. Qui contra iustitiam colendam esse censet in eaque veram vitae utilitatem positam arbitratur; is longe aliter iudicabit. Etenim hic illud putabit agendum esse, ut homo intus in humana figura una cum bellua et leone inclusus ceterorum animalium principatum obtineat, ut auxiliante leone feram bestiam domet, ut capita eius mansueta alat ac ferocia reprimat, denique ut saevis belluarum cupiditatibus deletis concordiam, pacem et tranquillitatem efficiat ac tueatur. Haec igitur imago si ita est comparata, ut rei ipsi videatur convenire; profecto manifestum est iustitiae laudatorem verissime iudicare, iniustitiae praeconem multum a recta ratione aberrare. Nam sive utilitatem et gloriam spectemus, sive felicitatis ducamus rationem, hic falsa et absurda, ille vera et rationi consentanea afferre videatur necesse est. Enimvero honestatis nomen inde ortum est, quod ea pravas cupiditates meliori ac diviniori hominis parti subiicit; turpitudo contra exinde nomen accepit, quod mansuetam nostri partem in servitutem ferocis illius redigit. Quemadmodum autem nemo voluerit aurum accipere, ut filium suum aut filiam in tristem servitutis conditionem abiiciat; ita nemini expediat diviniorem animi particulam, accepto iniuste auro aut alio scelere admisso, illi in servitutem tradere, quae est vilissima ac scelestissima. Nec vero aliam ob causam intemperantia, petulantia, superbia, mollities, luxuria, adulatio, denique humilis et abiecta sentiendi ratio, reprehenduntur, quam quod divinam nostri partem, cuius solius summum in nobis esse debet imperium, tristi premunt servitio. Quippe sicuti sapientis et boni domini imperio uti quam imprudentis melius est; ita nobis ab eo, quod in nobis est optimum, leges accipere maxime conducit. Tantum igitur abest, ut iniustitia ullo modo afferat utilitatem, etiamsi vel maxime homines lateat legumque vindictam eludat; ut quorum maleficia non animadvertuntur, ii propter hoc ipsum, quod nulla poena castigantur, etiam deteriores evadant citiusque in perniciem ruant. Quae quum explorata habeat vir sapiens, per totam vitam id unice studebit, ut ea sibi comparet, quae ad temperantiam, iustitiam, prudentiam valeant: corporis autem curam eo tantum consilio geret, ut per concentum singularum eius partium sustentet et augeat harmoniam illam pulcherrimam, quae in optimi cuiusque animo inesse debet. Nam ita tantum v e r i m u s i c i nomine dignus erit, adeoque etiam viri c i v i l i s e t p o l i t i c i, quippe qui in civitate, quae intus inclusa est in ipsius pectore, omnia sapienter regat ac moderetur. P. 588. B. — 592. B.

Cap. I. *Αὐτὸς δὴ λοιπός, ἦν δ' ἐγώ, ὁ τυ-* 571
*ραννικὸς ἀνὴρ σκέψασθαι, πῶς τε μεθίσταται ἐκ δη-*
*μοκρατικοῦ, γενόμενός τε ποῖός τίς ἐστι καὶ τίνα τρό-*
*πον ζῇ, ἄθλιον ἢ μακάριον. Λοιπὸς γὰρ οὖν ἔτι*
*οὗτος, ἔφη. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃ ποθῶ ἔτι; Τὸ*
*ποῖον; Τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, οἷαί τε καὶ ὅσαι εἰσίν,*
*οὔ μοι δοκοῦμεν ἱκανῶς διῃρῆσθαι. τούτου δὴ ἐν-*
*δεῶς ἔχοντος, ἀσαφεστέρα ἔσται ἡ ζήτησις οὗ ζητοῦ-* B
*μεν. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, ἔτ' ἐν καλῷ; Πάνυ μὲν οὖν·*
*καὶ σκόπει γ' ὃ ἐν αὐταῖς βούλομαι ἰδεῖν. ἔστι δὲ*
*τόδε. τῶν μὴ ἀναγκαίων ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν*

Cap. I. P. 571. *τούτου δὴ ἐνδεῶς*] V. *δέ.* Sed *δὴ* Par. A. Vat. *Θ.* m. Ven. *Ξ*II. Vind. *Φ.* Ang. Flor. a. c. x. *γ.* conf. VI. p. 485. C.

B. *ἔτ' ἐν καλῷ*] Marg. Flor. x. *ἐν καιρῷ*, ex interpretatione. Vulgo *ἔτι ἐν κ.* Elisionem ex Par. A. repetitae lectionis restituimus, quem librum ubique in talibus sequuti sumus etiam taciti.

*τῶν μὴ ἀναγκαίων* —] Laudat Stob. Sermon. V. p. 75. usque ad *ἔνδηλον.*

Cap. I. P. 571. *ὃ ποθῶ ἔτι;*] Protagor. p. 329. D: *τοῦτ' ἔστιν ὃ ἔτι ἐπιποθῶ.* Phaedr. p. 234. C: *εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς — ἐρώτα*; ubi non erat cur viri docti *ἐπιποθεῖς* legendum iudicarent: longe facilius correxeris *δ' ἔτι τι σὺ ποθεῖς.* Tim. p. 19. A: *ἢ ποθοῦμεν ἔτι τι τῶν ῥηθέντων.* Verbum *διαιρεῖσθαι* disceptandi explicandique significatione positum, ut saepe. Ceterum respicitur ad libr. VIII. p. 558. E. sqq.

*τούτου δὴ ἐνδεῶς* —] *iam vero* hoc si parum exploratum habetur ctr. Ita si *δὴ* acceperis, vulgato *δὲ* facile carebimus.

B. *ἔτ' ἐν καλῷ* —] h. e. adhuc opportunum est. Exempla loquutionis dabit Schaefer. ad Lambert. Bos. Ellips. p. 484 sqq.

δοκοῦσι τινές μοι εἶναι παράνομοι, αἳ κινδυνεύουσι μὲν ἐγγίγνεσθαι παντί, κολαζόμεναι δὲ ὑπό τε τῶν νόμων καὶ τῶν βελτιόνων ἐπιθυμιῶν μετὰ λόγου ἐνίων μὲν ἀνθρώπων ἢ παντάπασιν ἀπαλλάττεσθαι ἢ ὀλίγαι λείπεσθαι καὶ ἀσθενεῖς, τῶν δὲ ἰσχυρότε-
C ραι καὶ πλείους. *Λέγεις δὲ καὶ τίνας, ἔφη, ταύτας;* Τὰς περὶ τὸν ὕπνον, ἦν δ' ἐγώ, ἐγειρομένας, ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ, ὅσον λογιστικὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον ἐκείνου, τὸ δὲ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον, ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθέν, σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητῇ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὑτοῦ ἤθη· οἶσθ' ὅτι πάντα ἐν τῷ τοιούτῳ τολμᾷ ποιεῖν, ὡς ἀπὸ πάσης λελυμένον τε καὶ ἀπηλλαγμέ-

C. *Λέγεις δὲ καὶ τίνας;*] Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. *λέγεις δὲ καὶ τίνας;* Vulgo *καὶ* aberat.
*ὡς ἀπὸ πάσης λελυμ.*] Bas. 2. *ὡς ἀπάσης λ.*, ut est in Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ.
E. *μήτε ἐνδείᾳ δούς*] Vat. r. *ἐνδούς*.
P. 572. *ἀλλ' ἐᾷ αὐτὸ —*] V. *ἐῶν*, quod mutavimus prae-

DE REPUBLICA LIB. IX. P. 571. 572. St. 291

νον αἰσχύνης καὶ φρονήσεως. μητρί τε γὰρ ἐπιχει-
ρεῖν μίγνυσθαι, ὡς οἴεται, οὐδὲν ὀκνεῖ, ἄλλῳ τε D
ὁτῳοῦν ἀνθρώπων καὶ θεῶν καὶ θηρίων, μιαιφονεῖν τε ὁτιοῦν, βρώματός τε ἀπέχεσθαι μηδενός· καὶ ἑνὶ λόγῳ οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει, οὔτ' ἀναισχυντίας. *Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις.* Ὅταν δέ γε, οἶμαι, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὑτοῦ καὶ σωφρόνως, καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ τὸ λογιστικὸν μὲν ἐγείρας ἑαυτοῦ καὶ ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων, εἰς σύννοιαν
αὐτὸς αὑτῷ ἀφικόμενος, τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε E
ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῇ, ὅπως ἂν κοιμηθῇ καὶ
μὴ παρέχῃ θόρυβον τῷ βελτίστῳ χαῖρον ἢ λυπούμε- 572
νον, ἀλλ' ἐᾷ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον καθαρὸν σκο-

eunte Bekkero ex Par. A. Vind. Mon. Angel. Vat. m. et sex Florentinis nostris. Ven. II. Par. D. *ἐάν*. Par. K. Vat. r. *ἐᾶν*, ex quo apparet vulgatae lectionis orgo. Mox Par. A. a m. sec. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. *ὀρέγεσθαί του καὶ αἰσθάνεσθαι ὃ μὴ οἶδεν*, quod parum recte nuper in locum vulgatae lect. *ὀρέγεσθαι τοῦ αἰσθαν.* substituerunt.

*μετὰ λόγου*] auxiliante ratione, ut ad libr. VIII. p. 560. D. interpretati sumus. Mox ad verba: *τῶν δὲ ἰσχυρότεραι καὶ πλείους* int. *λείπεσθαι* s. *εἶναι*.

C. *Λέγεις δὲ καὶ τίνας;*] Quasnam *tandem* istas dicis? Diximus de hoc *καί* ad Alcibiad. I. p. 106. C. Crat. p. 407. E. Politic. p. 291. A. Sententia haec est: quando videlicet reliqua pars animi, quae rationis est particeps ac mansueta obtinetque principatum, obdormivit; illa autem, quae immanis est ac fera, vel cibo vel vino repleta, trepidat abactoque somno longius procedere studet suoque ingenio satisfacere: tum vero *in hoc tali statu et conditione* (*ἐν τῷ τοιούτῳ*, de quo v. ad Menex. p. 238. B. p. 244. B.) haec, ut ipse nosti, omnia sustinet ctr. Nam ad *τολμᾷ* liquet *τὸ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον* intelligendum esse. De *οἶσθ' ὅτι* v. ad Gorg. p. 486. A. Ceterum haec Platonis verba expressit Cicero de Divinat. I. c. 29. respexit Plutarch. de sent. prof. in virt. p. 83. A. de virt. et vit. p. 101. A., ubi conf. Wyttenbach. Animadvv. T. I. p. 595.

D. *μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖν —*] Sophocl. Oed. T. v. 981: *πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀν ὀνείρασι βροτῶν μητρὶ ξυνευνάσθησαν.* De formula *ἑνὶ λόγῳ*, ut verbo dicam, denique, compares libr. V. p. 474. E. Phaedon. p. 65. D. Gorg. p. 524. D. coll. Pierson. Verisimil. p. 181. — *οὐδὲν ἐλλείπει*, nihil reliqua facit. Liberius Cicero l. c. multaque facere impure atque taetre cum temeritate et impudentia.

*Ὅταν δέ γε, οἶμαι, ὑγιεινῶς τις ἔχῃ —*] *Cicero*: At qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, quae mentis et consilii est, agitata et erecta, saturataque bonarum cogitationum epulis; eaque parte animi, quae voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti, quorum utrumque praestringere aciem mentis solet, sive deest naturae quidpiam, sive abundat atque affluit; illa etiam tertia parte animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata atque restincta: tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compressis, ut tertia pars rationis et mentis eluceat et se vegetam ad somniandum acremque praebeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. Verba *αὐτὸς αὑτοῦ* sic explicanda sunt, ut *αὑτοῦ* ex *ὑγιεινῶς ἔχειν* pendere existimandum sit, de quo constructionis genere consulas Matthiae Gr. §. 337. et quos laudavit. Metaphoram verborum *ἑστιάσας λόγων καλῶν* ad libr. I. p. 354. A. tetigimus: illustravit etiam P. Victorius Varr. Lectt. II. c. 14. et Valcken. ad Adoniaz. p. 323. C.

E. *μήτε ἐνδείᾳ δοὺς —*] Dictionem ad Phaedrum p. 254. E. illustravimus.

P. 572. *ἀλλ' ἐᾷ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον καθαρὸν σκοπεῖν —*] sed sinat illud (sc. *τὸ βέλτιστον*) per se solum ac purum contemplari et eius, quod ignoret, perceptionem appetere. Phaedon. p. 65. C: *λογίζεται δέ γέ που (ἡ ψυχὴ) τότε κάλλιστα, ὅταν μηδὲν τούτων αὐτὴν παραλυπῇ,*

πεῖν καὶ ὀρέγεσθαι τοῦ αἰσθάνεσθαι ὃ μὴ οἶδεν, ἤ
τι τῶν γεγονότων ἢ ὄντων ἢ καὶ μελλόντων, ὡσαύ-
τως δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς πραΰνας καὶ μή τισιν εἰς
ὀργὰς ἐλθὼν κεκινημένῳ τῷ θυμῷ καθεύδῃ, ἀλλ᾽
ἡσυχάσας μὲν τὼ δύο εἴδη, τὸ τρίτον δὲ κινήσας,
ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίγνεται, οὕτως ἀναπαύηται, οἶσθ᾽
ὅτι τῆς τ᾽ ἀληθείας ἐν τῷ τοιούτῳ μάλιστα ἅπτε-
B ται καὶ ἥκιστα παράνομοι τότε αἱ ὄψεις φαντάζον-
ται τῶν ἐνυπνίων. Παντελῶς μὲν οὖν, ἔφη, οἶμαι
οὕτως. Ταῦτα μὲν τοίνυν ἐπὶ πλέον ἐξήχθημεν εἰ-
πεῖν· ὃ δὲ βουλόμεθα γνῶναι, τόδ᾽ ἐστίν, ὡς ἄρα
δεινόν τι καὶ ἄγριον καὶ ἄνομον ἐπιθυμιῶν εἶδος
ἑκάστῳ ἔνεστι, καὶ πάνυ δοκοῦσιν ἡμῶν ἐνίοις με-
τρίοις εἶναι. τοῦτο δὲ ἄρα ἐν τοῖς ὕπνοις γίγνεται
ἔνδηλον. εἰ οὖν τι δοκῶ λέγειν καὶ ξυγχωρεῖς, ἄθρει.

Cap. II. C. ἦν δέ που γεγονὼς ἐκ νέου] Astius legendum censet: γεγονὼς καὶ ἐκ ν. vel γεγονώς τε καὶ ἐκ ν., cuius lectionis nullum in codicibus exstat vestigium. Stephanus τέθραμμένου corrigi volebat. Ficinus: Erat autem is, qui ab ineunte aetate sub parco nutritus est patre.

τὰς χρηματιστικὰς ἐπιθ.] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. cum Bas. 2. Male vulgo χρηματικάς. Dein Bas. 1. 2. Par. K. ἀναγκαίας.

μήτε ἀκοὴ μήτε ὄψις μήτε ἀλγηδὼν μήτε τις ἡδονή, ἀλλ᾽ ὅ τι μάλιστα αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν γίγνηται ἐῶσα χαίρειν τὸ σῶμα, καὶ καθ᾽ ὅσον δύναται μὴ κοινωνοῦσα αὐτῷ μηδ᾽ ἁπτομένη ὀρέγηται τοῦ ὄντος. Ibid. p. 79. C: ὅταν μὲν τῷ σώματι προςχρῆται εἰς τὸ σκοπεῖν τι — τότε μὲν ἕλκεται ὑπὸ τοῦ σώματος εἰς τὰ οὐδέποτε κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα κ. τ. λ. Ibid. p. 83. A. — E. — τισὶν εἰς ὀργὰς ἐλθών dictum ut Protagor. p. 335. A: ἐγὼ πολλοῖς ἤδη εἰς ἀγῶνα λόγων ἀφικόμην ἀνθρώποις, et alibi εἰς μάχην τινὶ ἐλθεῖν, εἰς λόγους τινὶ ἐλθεῖν, al.

B. Ταῦτα μὲν τοίνυν ἐπὶ πλ. ἐξήχθ.] et in his quidem exponendis longius sumus digressi s. evagati. Verba sic iungas: ἐξήχθημεν ἐπὶ πλέον, εἰπεῖν ταῦτα. De ἐπὶ πλέον v. ad Phaedon. p. 93. B. et Gorg. p. 453. A.

καὶ πάνυ δοκοῦσιν — μετρίοις εἶναι —] etiam in nonnullis, qui admodum videantur moderati esse. Verba cum vi in clausula collocata sunt, ut Demosthen. Philipp. I. p. 42. ed. Reisk.: ἀλλὰ καὶ μισεῖ τις ἐκεῖνον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ δέδιεν καὶ φθονεῖ, καὶ τῶν πάνυ νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν αὐτῷ. Dein in dictione λέγειν τι pronomen usitata cum emphasi dictum ut in formula Lat. aliquid dicere. Quod ita invaluit, ut in talibus τι pronomen, quamvis pondere suo emineat, tamen non videatur enclisi privatum



Ἀλλὰ ξυγχωρῶ. Cap. II. Τὸν τοίνυν δημοτικὸν ἀνα-
μνήσθητι οἷον ἔφαμεν εἶναι. ἦν δέ που γεγονὼς ἐκ C
νέου ὑπὸ φειδωλῷ πατρὶ τεθραμμένος, τὰς χρηματι-
στικὰς ἐπιθυμίας τιμῶντι μόνας, τὰς δὲ μὴ ἀναγ-
καίους, ἀλλὰ παιδιᾶς τε καὶ καλλωπισμοῦ ἕνεκα γι-
γνομένας, ἀτιμάζοντι· ἢ γάρ; Ναί. Συγγενόμενος
δὲ κομψοτέροις ἀνδράσι καὶ μεστοῖς ὧν ἄρτι διήλ-
θομεν ἐπιθυμιῶν, ὁρμήσας εἰς ὕβριν τε πᾶσαν καὶ
τὸ ἐκείνων εἶδος μίσει τῆς τοῦ πατρὸς φειδωλίας,
φύσιν δὲ τῶν διαφθειρόντων βελτίω ἔχων, ἀγόμενος
ἀμφοτέρωσε κατέστη εἰς μέσον ἀμφοῖν τοῖν τρόποιν, D
καὶ μετρίως δή, ὡς ᾤετο, ἑκάστων ἀπολαύων οὔτε
ἀνελεύθερον οὔτε παράνομον βίον ζῇ, δημοτικὸς ἐξ
ὀλιγαρχικοῦ γεγονώς. Ἦν γάρ, ἔφη, καὶ ἔστιν αὕτη
ἡ δόξα περὶ τὸν τοιοῦτον. Θὲς τοίνυν, ἦν δ᾽ ἐγώ,

D. ἑκάστων ἀπολ.] ἕκαστον Par. A. Vind. Φ. Vat. m.

παράνομον βίον ζῇ] Astius ἔζη coniecit. Quod vellem codd. firmavissent.

E. τοὺς δ᾽ αὖ παραβοηθοῦντας, ὅταν ἐλπίσωσιν] V. τ. δ. αὖ παραβοηθοῦντας· ὅταν δ᾽ ἐλπίζωσιν κ. τ. λ., quod recte retinuit Bekker. Flor. a. c. x. α. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. r. δ᾽ post ὅταν omittunt, quod delendum Astius censuit.

esse.

Cap. II. Τὸν τοίνυν δημοτικόν —] Germ. den Volksmann. Respicitur ad p. 558. D. sqq. Dein nolim post γεγονώς copulam interponi voluisset vir egregius, qua interiecta sententia pervertitur. Nunc sensus hic est: Erat autem, opinor, ut natus erat, statim a pueritia sub parco patre educatus.

C. τὰς χρηματιστικὰς ἐπιθυμ. —] Ἐπιθυμίαι χρηματιστικαί sunt quae ad lucri studium referuntur. Quibus opponuntur αἱ μὴ ἀναγκαῖοι, ἀλλὰ παιδιᾶς τε καὶ καλλωπισμοῦ ἕνεκα γιγνόμεναι, h. e. quae ad vitam exhilarandam ornandamque pertinent. Nam καλλωπισμός et καλλωπίζεσθαι ponitur de exquisito corporis ornatu ac munditie affluenti, ut Phaedon. c. IX., ubi de hoc usu monuit Fischerus.

κομψοτέροις ἀνδράσιν] h. e. venustioribus, mollibus ac delicatulis; v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 161 sqq. — καὶ τὸ ἐκείνων εἶδος. Ne quis ἦθος scribendum opinetur, intelligitur genus cupiditatum, quibus illi dediti sunt. Ficinus tamen nescio an ἦθος legerit, qui haec sic expresserit: declinare coepit ad petulantiam omnem eorumque mores, paternae parsimoniae odio.

ἀγόμενος ἀμφοτέρωσε] tum ad patris severitatem ac diligentiam, tum ad sodalium mores solutiores.

D. Θὲς τοίνυν —] Dein:

πάλιν τοῦ τοιούτου ἤδη πρεσβυτέρου γεγονότος νέον
υἱὸν ἐν τοῖς τούτου αὖ ἤθεσι τεθραμμένον. Τίθημι.
Τίθει τοίνυν καὶ τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν γιγνό-
μενα, ἅπερ καὶ περὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἀγόμενόν
E τε εἰς πᾶσαν παρανομίαν, ὀνομαζομένην δ' ὑπὸ τῶν
ἀγόντων ἐλευθερίαν ἅπασαν, βοηθοῦντά τε ταῖς ἐν
μέσῳ ταύταις ἐπιθυμίαις πατέρα τε καὶ τοὺς ἄλλους
οἰκείους, τοὺς δ' αὖ παραβοηθοῦντας· ὅταν δ' ἐλ-
πίσωσιν οἱ δεινοὶ μάγοι τε καὶ τυραννοποιοὶ οὗτοι
μὴ ἄλλως τὸν νέον καθέξειν, ἔρωτά τινα αὐτῷ μη-
χανωμένους ἐμποιῆσαι προστάτην τῶν ἀργῶν καὶ τὰ
573 ἕτοιμα διανεμομένων ἐπιθυμιῶν, ὑπόπτερον καὶ μέγαν
κηφῆνά τινα. ἢ τί ἄλλο οἴει εἶναι τὸν τῶν τοιούτων
ἔρωτα; Οὐδὲν ἔγωγε, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' ἢ τοῦτο. Οὐ-

P. 573. *τὸν τῶν τοιούτων ἔρωτα*] *τὸν τοιοῦτον ἔρωτα* Mon. Flor. *β*. Par. K.

*ὅταν περὶ αὐτόν*] *δή* vulgo post *ὅταν* interpositum om. Par. A. Vind. Vat. m. Quamquam nihil offensionis habet voculae iteratio. Dein *καί* om. Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. *γ*. x. In Vat. *Θ*. Ven. II. Par. DK. Mon. Flor. *α*. *β*. *αἱ* deest. Nec legit *αἱ* Ficinus, qui Latine vertit sic: Quando vero circa ipsum susurrantes cupiditates *aliae* ctr. Et ego quoque malim abesse. Nuperi editt. *καὶ* abiecerunt, quod minus placet. Mox *τε* post *θυμιαμάτων* om. Ven. *Ξ*. Vind. Par. K. Ang. Vat.

*Τίθει τοίνυν* ctr. Optime A. Matthiae Gr. §. 501. discrimen imperativi aoristi ac praesentis illustravit. Non aliter iudicandum de illis Eurip. Hippolyt. v. 473. ed. Matth.: *ἀλλ', ὦ φίλε παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν, λῆξον δ' ὑβρίζουσ'· οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις τάδ' ἐστί*. Ad proxima *τοὺς δ' αὖ παραβοηθοῦντας* bene scholiastes: *ἀπὸ κοινοῦ τὸ τίθει· τίθει μηχανωμένους αὐτῷ ἔρωτα, ὅταν ἐλπίσωσι μὴ ἄλλως τὸν νέον — καθέξειν*. Dicuntur autem voluptatum satellites primum quidem *παραβοηθεῖν* sc. contrariis cupiditatibus quam quae a patre et cognatis adiuvantur; deinde autem, ubi sese putant iuvenem non aliter posse retinere, etiam id machinari, ut eius animum vehementi lubidine incendant. Verbo *κατέχειν* eleganter usus est, quum *δεινούς μάγους* memoraverit.

E. *προστάτην τῶν ἀργῶν —*] ducem inertium et prodigarum cupiditatum. Non ceperunt interpretes vim verbi medii *διανεμομένων*, quorum alii interpretantur subministrantium, alii dissipantium, alii aliter. Nimirum dicuntur cupiditates paratas opes tanquam arbitrio suo inter se dispertiri eoque consumere.

P. 573. *εἶναι τὸν τῶν τοιούτων ἔρωτα*] i. e. istiusmodi hominum. Nam *τῶν*



κοῦν ὅταν περὶ αὐτὸν βομβοῦσαι καὶ αἱ ἄλλαι ἐπι-
θυμίαι, θυμιαμάτων τε γέμουσαι καὶ μύρων καὶ στε-
φάνων καὶ οἴνων καὶ τῶν ἐν ταῖς τοιαύταις συνου-
σίαις ἡδονῶν ἀνειμένων, ἐπὶ τὸ ἔσχατον αὔξουσαί
τε καὶ τρέφουσαι πόθου κέντρον ἐμποιήσωσι τῷ κη-
φῆνι, τότε δὴ δορυφορεῖταί τε ὑπὸ μανίας καὶ οἰ-
στρᾷ οὗτος ὁ προστάτης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐάν τινας B
ἐν αὐτῷ δόξας ἢ ἐπιθυμίας λάβῃ ποιουμένας χρη-
στὰς καὶ ἔτι ἐπαισχυνομένας, ἀποκτείνει τε καὶ ἔξω
ὠθεῖ παρ' αὑτοῦ, ἕως ἂν καθήρῃ σωφροσύνης, μα-
νίας δὲ πληρώσῃ ἐπακτοῦ. Παντελῶς, ἔφη, τυραν-
νικοῦ ἀνδρὸς λέγεις γένεσιν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ,
καὶ τὸ πάλαι διὰ τὸ τοιοῦτον τύραννος ὁ Ἔρως λέ-
γεται; Κινδυνεύει, ἔφη. Οὐκοῦν, ὦ φίλε, εἶπον,

m. Flor. a. c. x. *α*. *γ*.

*τρέφουσαι πόθου κέντρον*] Elegans est Astii coniectura, scribendum iudicantis: *πόθον, κέντρον*. Ficinus: coaugent prorsus aluntque desiderium illud, atque ita fuco aculeum addunt. Nec tamen haec ratio plane necessaria.

B. *ἔτι ἐπαισχυνομένας*] Par. A. tertium collatus: *ἐπαισχυνόμενος*.

*μανίας δὲ πληρ.*] *καὶ μανίας δὲ πλ.* Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. *γ*. quod ediderunt Turr. Sed *καὶ — δὲ* ab h. l. alienum, quum gradatio nulla sit.

*τοιούτων* masculino genere, non neutro, accipiendum fuit.

*καὶ τῶν — ἡδονῶν ἀνειμένων*] *Ἀνειμέναι ἡδοναί* dicuntur omni lege et modo solutae ac plane effusae. Noli vero mirari istam verborum collocationem. Nam *ἐπιθυμίαι γέμουσαι τῶν ἡδονῶν ἀνειμένων* sic explicandum: *γέμουσαι τῶν ἡδονῶν, ὥστε αὐτῶν ἀνειμένων εἶναι*. Articulus nunc ne potuit quidem commode iterari. Quo repetito indicaretur de compluribus voluptatum generibus vel antea memoratis vel mente cogitandis, nunc *τὰς ἀνειμένας* discerni atque segregari. In proximis ubi ad *αὔξουσαι καὶ τρέφουσαι* accusativum *πόθου κέντρον*, qui etiam ad *ἐμποιήσωσι* pertinet, intellexeris, haud scio an nulla opus sit mutatione. Nimirum *πόθου κέντρον* est explendae libidinis desiderium, ut Phaedr. p. 253. E: *καὶ πόθου κέντρων ὑποπλησθῇ*. Choricius ap. Fabric. Bibl. Gr. VIII. p. 841: *κέντρον ἐμβαλόντες ἐρωτικόν*. — *οἰστρᾶν*, furere, *οἶστρος*, et similia de amore et quavis furiosa cupiditate usurpata illustravit Ast. ad Phaedr. p. 265. Lennep. ad Phalar. p. 43. ed. Lips.

B. *ποιουμένας χρηστάς*] Astius *ποιουμένας* interpretatur: quae ponuntur s. putantur frugales. Sed passivum verbum *ποιεῖσθαι* non ita solere a Graecis usurpari, nobis quidem plane persuasum est,

C καὶ μεθυσθεὶς ἀνὴρ τυραννικόν τι φρόνημα ἴσχει; Ἴσχει γάρ. Καὶ μὴν ὅ γε μαινόμενος καὶ ὑποκεκινηκὼς οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεῶν, ἐπιχειρεῖ τε καὶ ἐλπίζει δυνατὸς εἶναι ἄρχειν. Καὶ μάλ', ἔφη. Τυραννικὸς δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὦ δαιμόνιε, ἀνὴρ ἀκριβῶς γίγνεται, ὅταν ἢ φύσει ἢ ἐπιτηδεύμασιν ἢ ἀμφοτέροις μεθυστικός τε καὶ ἐρωτικὸς καὶ μελαγχολικὸς γένηται. Παντελῶς μὲν οὖν.

Cap. III. Γίγνεται μέν, ὡς ἔοικεν, οὕτω καὶ τοιοῦτος ἀνήρ. ζῇ δὲ δὴ πῶς; Τὸ τῶν παιζόντων,
D ἔφη, τοῦτο σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς. Λέγω δή, ἔφην. οἶμαι γάρ, τὸ μετὰ τοῦτο ἑορταὶ γίγνονται παρ' αὐτοῖς καὶ κῶμοι καὶ θαλίαι καὶ ἑταῖραι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ὧν ἂν Ἔρως τύραννος ἔνδον οἰκῶν διακυβερνᾷ τὰ τῆς ψυχῆς ἅπαντα. Ἀνάγκη, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πολλαὶ καὶ δειναὶ παραβλαστάνουσιν ἐπιθυμίαι ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἑκάστης, πολλῶν δεόμεναι; Πολλαὶ μέντοι. Ταχὺ ἄρα ἀναλίσκονται, ἐάν τινες ὦσι πρόσοδοι. Πῶς δ' οὔ; Καὶ μετὰ
E τοῦτο δὴ δανεισμοὶ καὶ τῆς οὐσίας παραιρέσεις. Τί μήν; Ὅταν δὲ δὴ πάντ' ἐπιλίπῃ, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη μὲν τὰς ἐπιθυμίας βοᾶν πυκνάς τε καὶ σφοδρὰς ἐν-

C. *καὶ ὑποκεκινηκώς*] *νενικηκώς* Vat. Θ. r.

Cap. III. *οὕτω καὶ τοιοῦτος ἀνήρ*] Sic Par. ADK. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. et sex Florentini nostri. Vulgo *οὕτως ὁ τοιοῦτος ἀνήρ*.

D. *τοῦτο σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς*] *καί* om. Vat. Θ. Ven. Ξ.

*καὶ θαλίαι*] Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. *θάλειαι*. Lectio vulgata unice vera. Eustathius ad Iliad. p. 742. 36. *θαλία παροξυτόνως ἡ εὐωχία, παρὰ το θάλλειν· θάλεια δὲ προπαροξυτόνως δαιτὸς ἐπίθετον καὶ Μούσης ὄνομα.* Idem p. 1908. 58. *θάλεια ἑορτὴ ἐπιθετικῶς.*

*διακυβερνᾷ τὰ τῆς ψ.*] Sic liquido scriptum in Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. Θ. a pr. m. Flor. a. c. x. α. γ., ut iam habet edit. Bas. 2. Pessime vulgo *διακυβερνῴη*.

E. *πάντ' ἐπιλίπῃ*] *ἐπιλείπῃ* Par. A. fortasse correctus. Ang. Flor. x. quod edidit Herm. Sed hic quidem Parisini A. auctoritas dubia, ceterorum autem librorum leve est testimonium. Perpetua vero est utriusque formae in codd. permutatio.

*ἀνάγκη μὲν τὰς ἐπ.*] Mon. Flor. β. *ἀν. τὰς μὲν ἐπιθ.* Deinde iidem libri *τὸν δὲ ὥσπερ ὑπὸ κ. ἐλαυνόμενον.*

quandoquidem perperam huc referuntur loci Reip. VI. p. 498. A. VII. p. 538. C. IX. p. 574. D. Itaque explicamus verba sic: dum frugales exsistunt. — Mox ad *καθήρῃ* et *πληρώσῃ* int. *ἑαυτόν*, quod praegresso *παρ' ἑαυτοῦ* facile intelligitur.

C. *καὶ ὑποκεκινηκώς* —] Ὑποκινεῖν nunc intransitive dictum de demente vel vesano, cuius mens veluti loco et statu suo aliquantum amota est. Sic dicitur etiam *παρακινεῖν*, de quo v. Schäfer. ad Sophocl. Aiac. p. 227. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 311. Hermann. ad Lucian. de Histor. Conscrib. p. 278. §. 45. De sententia Ast. laudat Bacchyl. XI, 9. in Anthol. Gr. T. I. p. 84. ed. Iac.

Cap. III. D. *τοῦτο σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς*] Schol. *παροιμία, ἡνίκα τις ἐρωτηθείς τι ὑπὸ γιγνώσκοντος τὸ ἐρωτηθέν, αὐτὸς ἀγνοῶν, οὕτως ἀποκρίνηται „σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς."*

*καὶ θαλίαι καὶ ἑταῖραι*] Scripserunt nuper inde a Bekkero ex codd. *θάλειαι*, quod Schneiderus ita tuetur, ut *θάλεια* contendat a prosae orationis scriptoribus etiam substantive dici consuevisse. Quod non adducimur ut credamus. Nam etiamsi Graeci non modo *θάλειαν ἑορτὴν* sed etiam *θάλειαν ἄγειν* dixerint, de quo v. Valcken. ad Herodot. VIII. 99., tamen posterius facile apparet elliptice usurpatum esse nomine *ἑορτή, δαίς*, vel simili intellecto. Quod profecto in hunc locum minime convenit, quum *ἑορταὶ* et *κῶμοι* antea memorata sint. Requiritur ergo *θαλίαι*. Aristoph. Pac. v. 780: *ἀνδρῶν τε δαῖτας καὶ θαλίας μακάρων.* Nubb. v. 328: *θεῶν θυσίαι θαλίαι τε.* Avv. v. 734: *γέλωτα, χορούς, θαλίας, γάλα τ' ὀρνίθων.* Archiloch. Fragm. 11. ed. Schneidew. *κῶμοι καὶ θαλίαι.* Nobiscum faciunt etiam Ellendt. Lex. Sophocl. I, p. 779. et Schaefer. ad Plutarch. Vol. V. p. 431. Faciunt item codices nec numero nec auctoritate contemtibiles. Sed quum *θαλίαι* istae nonnihil negotii facessiverint, tum plus etiam afferunt molestiae quae ordine deinceps memorantur *ἑταῖραι*. Nullus enim locus scortis est inter *ἑορτὰς* atque *κώμους καὶ θαλίας*, quae omnia notiones rerum communes significant. Dicam igitur quod sentio: refingendum est sine dubio cum Nitschio Mus. Rhen. Noviss. Vol. XI. p. 472. *ἑταιρίαι*, vel *ἑταιρεῖαι*. Nimirum inusitatius hoc positum est pro *ἑταιρήσεις*, lupanaria, impudicae sodalitates, meretricii conventus, quales ab eo celebrari consentaneum videtur, cuius animo *προστάτης* factus est *ἔρως*. conf. p. 574. B. C. Andocid. De myster. §. 100. p. 112. ed. Bekker. *εἶτα σὺ περὶ ἑταιρείας ἐμοὶ μνείαν ποιῇ καὶ κακῶς τινὰς λέγεις.* Diodor. Sic. II. 18: *πολλὰ δὲ καὶ ἄῤῥητα κατ' αὐτῆς εἰς ἑταιρείαν βλασφημήσας.*

*διακυρβερνᾷ τὰ τῆς ψυχῆς ἅπαντα*] Lucian. Abdic. §. 1. *τὰ μὲν τῆς μανίας αὐτῷ τέλεον πέπαυται, τὰ δὲ τῆς ὀργῆς μᾶλλον ἐπιτείνεται.*

E. *τῆς οὐσίας παραιρέσεις*] patrimonii deminutiones, bonorum ademptiones, ob aes alienum; v. Ruhnken. Opuscul. T. I. p. 237. ed. Bergm. et H. Stephanus Thesaur. s. v. Male vulgo haec explicant.

*τὰς ἐπιθυμίας βοᾶν* —] nonne necesse est cupiditates tollere clamorem,

νενεοττευμένας, τοὺς δ' ὥςπερ ὑπὸ κέντρων ἐλαυνο-
μένους τῶν τε ἄλλων ἐπιθυμιῶν καὶ διαφερόντως
ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἔρωτος, πάσαις ταῖς ἄλλαις ὥςπερ
δορυφόροις ἡγουμένου, οἰστρᾶν καὶ σκοπεῖν, τίς τι
574 ἔχει, ὃν δυνατὸν ἀφελέσθαι ἀπατήσαντα ἢ βιασάμε-
νον; Σφόδρα γ', ἔφη. Ἀναγκαῖον δὴ πανταχόθεν
φέρειν, ἢ μεγάλαις ὠδῖσί τε καὶ ὀδύναις ξυνέχεσθαι.
Ἀναγκαῖον. Ἆρ' οὖν, ὥςπερ αἱ ἐν αὐτῷ ἡδοναὶ

P. 574. *τῶν ἀρχαίων πλέον εἶχον*] V. *πλεῖον*, quod ex

quum multae ac vehementes in nido animi consederint. Eleganter cupiditates dicuntur *βοᾶν*, vociferari et conqueri, quum opibus deficientibus iis non amplius potest satisfieri. Totum locum imitatione expressit Longinus De sublimit. cap. XLIV. 7. nec vitata allegoriae audacia. Pro *ἀνάγκη μὲν τὰς ἐπιθυμίας β.* facile quis exspectet ordine verborum mutato: *τὰς μὲν ἐπιθυμίας β.* sicuti in duobus codd. perscriptum legitur atque editum est ab Im. Bekkero. Sed vulgata scriptura videtur inde explicationem habere idoneam, quod scriptor multiplices significaturus rei necessitates in mente habebat haec: *ἆρ' οὐκ ἀνάγκη μὲν τὰς ἐπιθυμίας — ἐννενεοττευμένας, ἀνάγκη δὲ καὶ αὐτοὺς ὥςπερ — σκοπεῖν.* Hanc igitur rationem praemisso illo: *ἀνάγκη μέν*, deinde deseruit admisso anacolutho. Videtur autem vel sic refingendum esse: *αὐτοὺς δ' ὥςπερ κ. τ. λ.* ut ipsi opponantur cupiditatibus, quarum tamquam stimulis agitantur. Quae ipsa sententia fuit etiam Heusdii Init. Phil. Plat. Vol. III. p. 167. ita legendum censentis. Deinde vero etiam aliud notandum est anacoluthon, siquidem post *τῶν τε ἄλλων ἐπιθυμιῶν* sequi debuit: *καὶ διαφερόντως*, vel *καὶ δὴ καί, τῶν αὐτοῦ τοῦ ἔρωτος*, quod tamen non sine caussa licentius mutatum est in istud: *καὶ διαφερόντως ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἔρωτος.*

*ὃν δυνατὸν — βιασάμενον*] quem liceat fraude vel vi spoliare.

P. 574. *πανταχόθεν φέρειν —*] H. e. undique rapere et auferre, qua ratione verbum ponitur in formula notissima *φέρειν καὶ ἄγειν* vel *ἄγειν καὶ φέρειν.* Eodem fere modo solum *φέρειν* positum Thucyd. I. 7. extr. *ἔφερον γὰρ ἀλλήλους κ. τ. λ.* Tum *ἤ* est alioquin, ut saepe. *Ὠδίς* autem vocabulum est in amore proprium, ut Libr. VI. p. 490. D.

*ὥςπερ αἱ ἐν αὐτῷ ἡδοναὶ ἐπιγιγνόμεναι*] Redit ad numerum singularem, quo usus erat antea. Quae numerorum varietas ac vicissitudo neminem morabitur, qui, quanta Graeci hoc in genere usi sint libertate, bene meminerit. Dein *ἐπιγιγνόμεναι*, rursus sine articulo adiectum, significat dum accedebant, s. quum accederent. Phileb. p. 43. B: *αἱ μεταβολαὶ κάτω τε καὶ ἄνω γιγνόμεναι λύπας τε καὶ ἡδονὰς ἀπεργάζονται.*

*οὕτω καὶ αὐτὸς ἀξιώσει — πατρῴων;*] ita et ipse animum inducet, quam-



ἐπιγιγνόμεναι τῶν ἀρχαίων πλέον εἶχον καὶ τὰ ἐκεί-
νων ἀφῃροῦντο, οὕτω καὶ αὐτὸς ἀξιώσει νεώτερος
ὢν πατρός τε καὶ μητρὸς πλέον ἔχειν, καὶ ἀφαιρεῖ-
σθαι, ἐὰν τὸ αὑτοῦ μέρος ἀναλώσῃ, ἀπονειμάμενος
τῶν πατρῴων; Ἀλλὰ τί μήν; ἔφη. Ἂν δὲ δὴ αὐτῷ
μὴ ἐπιτρέπωσιν, ἆρ' οὐ τὸ μὲν πρῶτον ἐπιχειροῖ ἂν B
κλέπτειν καὶ ἀπατᾶν τοὺς γονέας; Πάντως. Ὁπότε
δὲ μὴ δύναιτο, ἁρπάζοι ἂν καὶ βιάζοιτο μετὰ τοῦτο;

Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. *α. γ.* mutatum. conf. libr. I. p. 349. C. ibique annot. crit.

vis iunior, patrem et matrem defraudare, — nam *πλέον ἔχειν τινός* est: iemand bevortheilen —, eosque spoliare, si suam ipsius (patrimonii) portionem consumserit, de bonis paternis, quae non iam ad ipsum cesserunt, arbitrio suo dispensare ac sumtus facere. Ita haec interpretanda sunt, quidquid olim contra disputavit C. Fr. Hermann. Gesammelte Abhandl. u. Beiträge p. 176 sq. Is enim quoniam *πατρῷα* teste Ammonio p. 111. dicantur *τὰ ἐκ πατρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα*, protenus statuit *τὰ πατρῷα* nunc esse bona, quae iam hereditatis iure in filii possessionem cesserint, ideoque verba sic connectit: *ἐὰν ἀναλώσῃ ἀπονειμάμενος τὸ αὑτοῦ μέρος τῶν πατρῴων*, quod interpretatur: wann er sein Erbtheil, was er sich von dem väterlichen Vermögen *besonders hat geben lassen*, durchgebracht hat, wird er noch Vater und Mutter selbst zu verkürzen suchen. Quae mirum est virum egregium ita disputare potuisse. Nam primum quidem ita verbo *ἀπονέμεσθαι* ea vis et significatio tribuitur, quam nunquam habuit; quod potius similiter positum est atque supra p. 572. E: *διανέμεσθαι* ubi v. ann. Deinde mira ista planeque insolens videtur verborum constructio, quam ille commentus est, quandoquidem *τῶν πατρῴων* nullo pacto cum *τὸ αὑτοῦ μέρος* coniungi potest. Nimirum in fraudem vir praeclarus inductus est eo, quod *τὰ πατρῷα* intellexit patrimonium, quod iam a patre ad filium pervenerit, quum tamen *τὰ πατρῷα* etiam ea dicantur, quae pater adhuc possidet, futuro demum tempore ad ipsius haeredes perventura; id quod vel ipsius Ammonii verba satis clare testantur. Quo intellecto nullo negotio apparet opponi inter se: *τὸ αὑτοῦ μέρος*, partem patrimonii, quae ipsi debeatur, et *τὰ πατρῷα*, ea, quae pater adhuc possideat, aliquando demum haeredibus cessura. Quocirca homo noster dicitur non solum suam patrimonii portionem legitimam dilapidare, sed etiam parentes suos, consumta sua portione, opibus privare, de paternis opibus nomine suo distribuens atque impensas distribuens. Sed satis haec de loco admodum salebroso ac difficili.

*αὐτῷ μὴ ἐπιτρέπωσιν —*] In his *ἐπιτρέπειν* positum est

Οἶμαι, ἔφη. Ἀντεχομένων δὴ καὶ μαχομένων, ὦ θαυμάσιε, γέροντός τε καὶ γραός, ἆρ' εὐλαβηθείη ἂν καὶ φείσαιτο μή τι δρᾶσαι τῶν τυραννικῶν; Οὐ πάνυ, ἦ δ' ὅς, ἔγωγε θαρρῶ περὶ τῶν γονέων τοῦ τοιούτου. Ἀλλ', ὦ Ἀδείμαντε, πρὸς Διός, ἕνεκα νεωστὶ φίλης καὶ οὐκ ἀναγκαίας ἑταίρας γεγονυίας
C τὴν πάλαι φίλην καὶ ἀναγκαίαν μητέρα, ἢ ἕνεκα ὡραίου νεωστὶ φίλου γεγονότος, οὐκ ἀναγκαίου, τὸν ἄωρόν τε καὶ ἀναγκαῖον πρεσβύτην πατέρα καὶ τῶν φίλων ἀρχαιότατον δοκεῖ ἄν σοι ὁ τοιοῦτος πληγαῖς

B. *δρᾶσαι τῶν τυραννικῶν*] Sic Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Vulgo *δρᾶσαι τυραννικόν*. Vat. Θ. Ven. Π. Mon. *δρ. τὸ τυραννικόν*. Florentini: *μή τι δράσαιτο τῶν τυραννικῶν*.

C. *Πάνυ γ', ἔφη.*] Sic Par. A. Vind. Φ. Vat. m. Ceteri

absolute, ut pronomen *τοῦτο* ex orationis serie intelligendum relinquatur. P. 575. D: *ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπῃ ἡ πόλις*. VIII. p. 551. C: *εἰ νεῶν — τῷ πένητι, εἰ καὶ κυβερνητικώτερος εἴη, μὴ ἐπιτρέποι*, ubi v. annot.

B. *γέροντός τε καὶ γραός*] h. e. sene patre atque matre. Observa articuli omissionem, ante *πατήρ, μήτηρ, γυνή, παῖς, υἱός, ἀδελφός*, alia id genus nomina, non infrequentem, ut docuit Schaefer. Melett. p. 45. et 116.

*ἕνεκα νεωστὶ φίλης —*] Adverbium *νεωστί* propter oppositionis vim praepositum est, quum e vulgari ratione hic esse verborum ordo deberet: *ἕνεκα φίλης καὶ οὐκ ἀναγκαίας ἑταίρας νεωστὶ γεγονυίας*. Ceterum *ἀναγκαῖον* cum eleganti ponitur amphibolia, quum dicatur et de eo, quod necesse est, et de iis, quos natura iunxit cognationis vinculis, ut ap. Xenoph. Mem. II, 1, 14. Hellen. I. 7. 10. al.

C. *πρεσβύτην πατέρα πληγαῖς τε δοῦναι*] Scholiastes: *σημείωσαι τὴν σύνταξιν, πρεσβύτην πατέρα πληγαῖς τε δοῦναι*. Similiter p. 571. E: *τὸ ἐπιθυμητικὸν μήτε ἐνδείᾳ δοὺς μήτε πλησμονῇ*. Nec alienum illud Hom. Odyss. XIX. v. 167: *ἀχέεσσί με δώσεις*. Iliad. V. v. 397: *ὀδύνῃσί μιν ἔδωκεν*. Ad dictionem *καταδουλώσασθαι αὐτοὺς ὑπ' ἐκείνοις* compares p. 575. D: *ὑπὸ τούτοις δὴ δουλεύουσαν τὴν πάλαι φίλην μητρίδα — ἕξει τε καὶ θρέψει*. Conf. ad libr. I. p. 348. D., ubi notavimus formulam *ὑφ' αὑτῷ ποιεῖσθαι*.

D. *οὐ πρῶτον μὲν οἰκίας κ. τ. λ.*] Iungas in hunc modum: *οὐ πρῶτον μὲν ἐφάψεται τοίχου οἰκίας τινὸς ἢ τοῦ ἱματίου τινὸς ὀψὲ νύκτωρ ἰόντος*. Nec sine animadversione praetermittenda praecedentia, quae sic connectas: *τὸ δὲ τῶν ἡδονῶν σμῆνος ἐν αὐτῷ ἤδη ξυνειλεγμένον ᾖ ἤδη πολύ*, h. e. *ὥστε ἤδη πολὺ εἶναι*. Libr. V. p. 344. D: *καταντλήσας ἤδη — πολὺν τὸν λόγον*. Ibid. p. 562. D: *πολλὴν παρέχουσι τὴν ἐλευθερίαν*. Phaedon. p. 66. A: *αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος*.

*ἱερόν τι νεωκορήσει*] Dictum cum Attica urbanitate pro templum aliquod spoliabit. Nam proprie *νεωκορεῖν*



τε δοῦναι καὶ καταδουλώσασθαι ἂν αὐτοὺς ὑπ' ἐκείνοις, εἰ εἰς τὴν αὐτὴν οἰκίαν ἀγάγοιτο; Ναὶ μὰ Δί', ἦ δ' ὅς. Σφόδρα γε μακάριον, ἦν δ' ἐγώ, ἔοικεν εἶναι τὸ τυραννικὸν υἱὸν τεκεῖν. Πάνυ γ', ἔφη. Τί δ', ὅταν δὴ τὰ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐπι- D
λείπῃ τὸν τοιοῦτον, πολὺ δὲ ἤδη ξυνειλεγμένον ἐν αὐτῷ ᾖ τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος, οὐ πρῶτον μὲν οἰκίας τινὸς ἐφάψεται τοίχου ἤ τινος ὀψὲ νύκτωρ ἰόντος τοῦ ἱματίου, μετὰ δὲ ταῦτα ἱερόν τι νεωκορήσει; καὶ ἐν τούτοις δὴ πᾶσιν, ἃς πάλαι εἶχε δόξας

*Οὐ πάνυ γ.* quod ironiae non intellectae debet originem.

D. *ἐπιλείπῃ τὸν τοιοῦτον*] V. *ἐπιλείποι*. Recte Par. A. Ang. Flor. x. *ἐπιλείπῃ*. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. r. et pauci alii *ἐπιλίπῃ*.

est templum verrere ac purgare. Scholiastes: *ἀντὶ ἱεροσυλήσει, ὡς νῦν. παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς τὸ κοσμήσει τὸν ναόν· κορεῖν γὰρ σημαίνει τὸ κοσμεῖν*. Similia observavit Suidas s. v.

*καὶ ἐν τούτοις δὴ πᾶσι —*] Verissime scholiastes: *ὁ νοῦς οὕτως* (leg. *οὗτος*)· *αἱ καὶ καὶ ἐπιθυμίαι* (*δόξαι*) *τὸν ἔρωτα δορυφοροῦσαι κατισχύσουσι τῶν δοξῶν τῶν ἀγαθῶν, ἃς πάλαι εἶχεν*. Etenim verba cohaerent hoc modo: *καὶ ἐν τούτοις δὴ πᾶσιν* (dum talia scelera committit) *αἱ νεωστὶ ἐκ δουλείας λελυμέναι, δορυφοροῦσαι τὸν Ἔρωτα, κρατήσουσι μετ' ἐκείνου* (*τοῦ Ἔρωτος*) *ἃς πάλαι εἶχε δόξας ἐκ παιδὸς ποιουμένας τὰς δίκας περὶ καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν*, quas dudum habuerat inde a pueritia ea, quae fierent, iudicia de rebus honestis ac turpibus facientes. Nam ita extrema haec capienda sunt, quae nescio cur adeo offenderint interpretes, ut ea miris modis sollicitaverint. *Ποιεῖσθαι δίκας* nota periphrasi dictum pro *δικάζειν*. Itaque *δόξαι* illae inde a iuventate animo susceptae dicuntur adhuc iudicum instar de honesto ac turpi iudicium exercuisse ac sententiam pronuntiasse. Dubitavit de huius interpretationis veritate Schneiderus, quia non dicatur *δίκας ποιεῖσθαι*, numero plurali, sed *δίκην ποιεῖσθαι*. Sed quidni *τὰς δίκας ποιεῖσθαι* eodem iure dicatur, quo in Critone p. 51. E. *τὰς δίκας δικάζειν*? Nec vero istud *ποιεῖσθαι* non solet etiam plurativum numerum adsciscere. Sic enim *πορείας ποιεῖσθαι*, i. e. *πορεύεσθαι* Xenoph. Cyr. V. 2, 31. *μάχας ποιεῖσθαι*, i. e. *μάχεσθαι*. Xenoph. Cyr. VIII, 5, 5: *διατριβὰς ποιεῖσθαι*, i. q. *διατρίβειν*, Aeschin. p. 6, 28: *λόγους ποιεῖσθαι*, i. q. *λέγειν* Plat. Phaedr. p. 227. A. al. Itaque recte item *δίκας ποιεῖσθαι* dictum est, quod tamen cave ne confundas cum *δίκην ποιεῖσθαι*, quod haud scimus an nunquam fuerit usitatum. Quod autem Schneiderus *τὰς δικαίας ποιουμένας* probat idque interpretatur: quae iustae videbantur, tribuit verbo passivo *ποιεῖσθαι* vim et significationem usu loquendi neutiquam confirmatam. v. ad libr.

ἐκ παιδὸς περὶ καλῶν δὲ καὶ αἰσχρῶν τὰς δίκας
ποιουμένας, αἱ νεωστὶ ἐκ δουλείας λελυμέναι, δορυ-
φοροῦσαι τὸν Ἔρωτα, κρατήσουσι μετ᾽ ἐκείνου; αἳ
E πρότερον μὲν ὄναρ ἐλύοντο ἐν ὕπνῳ, ὅτε ἦν αὐτὸς
ἔτι ὑπὸ νόμοις τε καὶ πατρὶ δημοκρατούμενος ἐν
ἑαυτῷ· τυραννευθεὶς δὲ ὑπὸ Ἔρωτος, οἷος ὀλιγάκις
ἐγίγνετο ὄναρ, ὕπαρ τοιοῦτος ἀεὶ γενόμενος, οὔτε τι-
νὸς φόνου δεινοῦ ἀφέξεται οὔτε βρώματος οὔτ᾽ ἔρ-
575 γου, ἀλλὰ τυραννικῶς ἐν αὐτῷ ὁ Ἔρως ἐν πάσῃ
ἀναρχίᾳ καὶ ἀνομίᾳ ζῶν, ἅτε αὐτὸς ὢν μόναρχος,
τὸν ἔχοντά [τε] αὐτὸν ὥςπερ πόλιν ἄξει ἐπὶ πᾶσαν
τόλμαν, ὅθεν αὐτόν τε καὶ τὸν περὶ αὐτὸν θόρυ-

*τὰς δίκας ποιουμένας*] Bekker. Schneid. Turr. Herm. e solo Par. A. *τὰς δικαίας π.*, quod non probaverim.

E. *τοιοῦτος ἀεὶ γενόμενος*] Stephan. *γιγνόμενος* dedit, quod in uno Ven. Ξ. superscriptum.

P. 575. *τυραννικῶς ἐν αὐτῷ ὁ Ἔρως*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Mon. Vat. m. r. Flor. a. c. α. γ. Ante Bekkerum egebatur *τυραννικός*.

VIII. p. 573. B. — *Δορυφορεῖν τινα*, aliquem satellitis instar stipare ac tueri. v. Matth. Gr. §. 413. 2.

E. *τυραννευθεὶς δὲ ὑπὸ Ἔρωτος* —] Mutatur orationis tenor, quia subiecti fit mutatio. Quum enim praecesserit *αἵ πρότερον μὲν ὄναρ ἐλύοντο ἐν ὕπνῳ*, oratio sic fere debebat procedere: *ὕστερον δὲ αὐτὸν τυραννευθέντα ὑπὸ Ἔρωτος — ὕπαρ τοιοῦτον ποιήσουσιν, ὥςτε οὔτε τινὸς φόνου ἀπέχεσθαι οὔτε βρώματος οὔτ᾽ ἔργου κ. τ. λ.* In proximis haud scio an error libros invaserit, qui scriptum exhibeant *τὸν ἔχοντά τε αὐτὸν ὥςπερ πόλιν.* Delendum *τε*, quod teste Schneidero revera in Mon. q. abest, ut verborum constructio ita procedat: *ἀλλ᾽ ὁ Ἔρως — τὸν ἔχοντα αὐτὸν ὥςπερ πόλιν ἄξει ἐπὶ πᾶσαν τόλμαν*, sed Amor — eum, qui ipso constrictus tenetur, sicut civitatem (quam scilicet etiam tyrannus libr. VIII. p. 566. D. sqq. similiter vexare iudicatus est) adiget ad quaelibet audacia facinora, unde et se ipsum et turbam ei circumfusam nutriat, quae partim invasit extrinsecus ex mala aliorum consuetudine, partim intus remissa est ac liberata tum per suos, quos habet, mores, tum ab ipso. *Ἔχειν τὸν Ἔρωτα* dicitur qui ab eo correptus est, *ὃς αὐτῷ κατέχεται.* Sic Phaedr. p. 239. C: *ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα.* Legg. VIII. p. 837. B: *τὸν τρίτον ἔρωτά τις ἔχων.* De Rep. X. p. 610. C. E. Sophocl. Antig. v. 786: *καὶ σ᾽ οὔτ᾽ ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς, οὔθ᾽ ἁμερίων ἀνθρώπων· ὁ δ᾽ ἔχων* (intell. *σέ*) *μέμηνεν.* Adiuncta autem mali notio est, quandoquidem *ἔχειν* non raro dicuntur qui laborant malis et calamitatibus. Plat. Legg. V.



βον θρέψει, τὸν μὲν ἔξωθεν εἰςεληλυθότα ἀπὸ κα-
κῆς ὁμιλίας, τὸν δ᾽ ἔνδοθεν ὑπὸ τῶν αὐτῶν τρό-
πων καὶ ἑαυτοῦ ἀνεθέντα καὶ ἐλευθερωθέντα. ἢ οὐχ
οὗτος ὁ βίος τοῦ τοιούτου; Οὗτος μὲν οὖν, ἔφη.
Καὶ ἂν μέν γε, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὀλίγοι οἱ τοιοῦτοι ἐν
πόλει ὦσι καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος σωφρονῇ, ἐξελθόντες B
ἄλλον τινὰ δορυφοροῦσι τύραννον ἢ μισθοῦ ἐπικου-
ροῦσιν, ἐάν που πόλεμος ᾖ· ἐὰν δ᾽ ἐν εἰρήνῃ τε καὶ
ἡσυχίᾳ γένωνται, αὐτοῦ δὴ ἐν τῇ πόλει κακὰ δρῶσι
σμικρὰ πολλά. Τὰ ποῖα δὴ λέγεις; Οἷα κλέπτουσι, τοι-
χωρυχοῦσι, βαλαντιοτομοῦσι, λωποδυτοῦσιν, ἱεροσυλοῦ-
σιν, ἀνδραποδίζονται· ἔστι δ᾽ ὅτε συκοφαντοῦσιν, ἐὰν

*τὸν ἔχοντά τε*] Mon. om. *τε* quod Schneid. argute magis quam vere ex anacoluthia defendit.

B. *βαλαντιοτομοῦσι*] Geminant $\overline{\lambda}$ Ven. Ξ. II. Vind. et ex annot. Vat. Θ. v. Thom. Mag. p. 139. Pierson. ad Moer. p. 96. Alibi apud Platonem $\overline{\lambda}$ in codd. melioribus geminari observavimus ad libr. I. p. 348. D.

p. 731. D: *ὁ τὰ κακὰ ἔχων.* Ibid. X. p. 888. B: *ταύτην τὴν νόσον ἔχοντες.* Isocrates de Pac. p. 462. ed. Bekk.: *αἰτία τῶν κακῶν ὧν αὐτοί τ᾽ ἔχομεν καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχομεν.* Infra p. 591. D: *ἀπέραντα κακὰ ἔχων.* Menander ap. Clem. Alex. Strom. VII. p. 713: *εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲς ἔσχες, Φειδία.* Antiphanes Omphale ap. Athen. III. p. 123. B: *οὐ γὰρ κακὸν ἔχω, μηδ᾽ ἔχοιμι.* Deinde notabis *θόρυβος* de turba s. multitudine dictum, quo sensu alibi *ὄχλος* frequentatur. Extrema haec: *ὑπὸ τῶν αὐτῶν τρόπων* interpretes ad unum omnes explicant: ab iisdem moribus. Sed quid tandem nunc iidem isti mores sibi volunt? aut quorsum pertinent? Nimirum in fraudem inducti sunt viri optimi per istud *τῶν αὐτῶν.* Verba sic iungenda: *ὑπὸ τῶν τρόπων αὐτῶν*, ut *αὐτῶν* genitivus e *τῶν τρόπων* pendeat et ad *θόρυβον* animi internum referendus sit, hoc sensu: a moribus, qui huic turbae parti proprii sunt. *Αὐτῶν* pluralis ideo ponitur, quia refertur ad nomen *συλληπτικόν.* Nisi forte *αὐτοῦ* perspicuitatis causa scribendum opineris, quod scriptum exstat in optimis libris, Mon. et Flor. β. Quanquam ego quidem in ea sententia sum, ut numerum singularem manui correctrici alicuius grammatici acceptum referri existimem. Germanice interpretamur sic: den Schwarm (der Begierden), der theils von Aussen her durch schlechten Umgang in die Seele gekommen, theils von innen entstanden ist, nachdem er durch seine eigenen Sitten und von ihm selbst losgelassen u. befreit worden ist.

B. *κλέπτουσι, τοιχωρυχοῦσι κ. τ. λ.*] Eadem fere crimina recensentur Gorg. p. 508.

δυνατοὶ ὦσι λέγειν, καὶ ψευδομαρτυροῦσι καὶ δωροδο-
C κοῦσι. Σμικρά γ', ἔφη, κακὰ λέγεις, ἐὰν ὀλίγοι
ὦσιν οἱ τοιοῦτοι. Τὰ γὰρ σμικρά, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς
τὰ μεγάλα σμικρά ἐστι, καὶ ταῦτα δὴ πάντα πρὸς
τύραννον πονηρίᾳ τε καὶ ἀθλιότητι πόλεως, τὸ λε-
γόμενον, οὐδ' ἴκταρ βάλλει. ὅταν γὰρ δὴ πολλοὶ ἐν
πόλει γένωνται οἱ τοιοῦτοι καὶ ἄλλοι οἱ ξυνεπόμενοι
αὐτοῖς, καὶ αἴσθωνται ἑαυτῶν τὸ πλῆθος, τότε οὗ-
τοί εἰσιν οἱ τὸν τύραννον γεννῶντες μετὰ δήμου
ἀνοίας, ἐκεῖνον ὃς ἂν αὐτῶν μάλιστα αὐτὸς ἐν αὑτῷ
D μέγιστον καὶ πλεῖστον ἐν τῇ ψυχῇ τύραννον ἔχῃ. Εἰ-
κότως γ', ἔφη· τυραννικώτατος γὰρ ἂν εἴη. Οὐκοῦν

C. *Τὰ γὰρ σμικρά, ἦν δ' ἐγώ*] Sic Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Ang. Vat. r. Flor. β. x. Vulgo *Τὰ δὲ σμικρά*. Notus est usus vocis *γάρ* in responsionibus. Male enim Schneiderus Socratem censet h. l. non respondere Adimanto, sed suum sermonem continuare.

*ἀθλιότητι πόλεως*] Addidit Stephan. post *πόλεως* voc. *παραβαλλόμενα*, uno cod. Ven. Ξ. consentiente. Manifestum est participium e glossemate natum esse.

E. Quippe habebantur gravissima. Xenoph. Mem. I. 2, 62. *κατὰ τοὺς νόμους ἐάν τις φανερὸς γένηται κλέπτων ἢ λωποδυτῶν ἢ βαλαντιοτομῶν ἢ ἀνδραποδιζόμενος ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατος ἡ ζημία.* v. Wachsmuth. Hell. Alterth. II. p. 274 sqq. Quocirca illud *κακὰ δρῶσι σμικρὰ πολλά* patet dictum esse cum ironia, cuius ratio deinde accuratius declaratur. Itaque nihil certe in his inest obscuritatis vel difficultatis.

C. *καὶ ταῦτα δὴ πάντα — οὐδ' ἴκταρ βάλλει*] atque haec omnia, si civitatis pravitatem ac miseriam spectes, ne prope quidem ad tyrannum accedunt. Ex glossemate fluxit quod vulgo post *ἀθλιότητι πόλεως* additur *παραβαλλόμενα*. Proverbium *οὐδ' ἴκταρ βάλλει* scholiastes ad h. l. sic interpretatur: *ἴκταρ σημαίνει ταῦτα, τὸ ἐγγύς, ἀπὸ τοῦ ἱκνεῖσθαι, τὸ πρόσφατον, τὸ ἄρτι, τὸ ταχέως, τὸ πυκνῶς, τὸ ἐξαπίνης, καὶ παροιμία, οὐδ' ἴκταρ ἥκει, ὥσπερ καὶ τό, οὐδ' ἴκταρ βάλλει, τουτέστιν οὐδ' ἐγγύς ἐστιν.* Voc. *ἴκταρ* Eustathius ad Odyss. p. 798. 5. vult *δασύνεσθαι*, quippe ab *ἱκνεῖσθαι* ductum. Ceterum de proverbio hoc conf. etiam Zenob. V. 55. III. 34. intpp. ad Thom. Mag. p. 471. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 149. et Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Agamemn. v. 114.

*ὅταν γὰρ δὴ πάντα —*] Illustrant haec verba proxime antecedentia, quippe quibus declaretur, quomodo multo maius civitati malum nascatur. Quocirca non assentior Schleiermachero, corrigendum putanti: *Ὅταν δὲ δὴ πολλοί κ. τ. λ.* Neque offendit *γάρ* exiguo intervallo repetitum: de qua Graecorum libertate alias diximus. — *μετὰ δήμου ἀνοίας*, i. e. iuvante eos populi dementia. Dein post *ἐν αὑτῷ* infertur *ἐν τῇ ψυχῇ* per quandam orationis abundantiam.



ἐὰν μὲν ἑκόντες ὑπείκωσιν· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπῃ ἡ
πόλις, ὥςπερ τότε μητέρα καὶ πατέρα ἐκόλαζεν, οὕτω
πάλιν τὴν πατρίδα, ἐὰν οἷός τ' ᾖ, κολάσεται ἐπειςα-
γόμενος νέους ἑταίρους, καὶ ὑπὸ τούτοις δὴ δου-
λεύουσαν τὴν πάλαι φίλην μητρίδα τε, Κρῆτές φασι,
καὶ πατρίδα ἕξει τε καὶ θρέψει. καὶ τοῦτο δὴ τὸ
τέλος ἂν εἴη τῆς ἐπιθυμίας τοῦ τοιούτου ἀνδρός.
Τοῦτο, ἦ δ' ὅς, παντάπασί γε. Οὐκοῦν, ἦν δ' E
ἐγώ, οὗτοί γε τοιοίδε γίγνονται ἰδίᾳ καὶ πρὶν ἄρχειν;
πρῶτον μὲν οἷς ἂν ξυνῶσιν, ἢ κόλαξιν ἑαυτῶν ξυνόντες
καὶ πᾶν ἑτοίμοις ὑπηρετεῖν, ἢ ἐάν τού τι δέωνται,
αὐτοὶ ὑποπεσόντες, πάντα σχήματα τολμῶντες ποιεῖν 576

D. *ἐπειςαγόμενος νέους*] *ἐπειςαγαγόμενος* Vat. Θ. Ven. II. Par. D.

E. *ἐάν τού τι δέωνται*] V. *που*, praeter fidem Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. K. Mon. Ang. Vat. r. et sex Florentt. Sed Ald. Bas. 1. 2. *ἐὰν τουτί*, quod est in Par. AD. Vind.

P. 576. *πάντα σχήματα τολμ.*] Sic Par. A. Vind. Ven. Ξ. Mon. Ang. Vat. m. et sex Flor. Vulgo *πάντα τὰ σχήματα*.

D. *Οὐκοῦν ἐὰν μὲν ἑκόντες ὑπείκωσιν·*] Suppressa est apodosis *εὖ ἔχει* vel simile quiddam. Protagor. p. 325. D: *καὶ ἐὰν μὲν ἑκὼν πείθηται· εἰ δὲ μή, ὥσπερ ξύλον — εὐθύνουσιν.* Sed v. Heindorf. ad Euthydem. p. 345. Hermann. ad Viger. p. 792 sqq. Matth. Gr. §. 617. a. De *ἐπιτρέπειν* absolute posito dictum p. 574. A.

*δουλεύουσαν — ἕξει τε καὶ θρέψει*] h. e. in horum servitute caram sibi olim matriam, ut Cretenses dicunt, atque patriam continebit. Stephan. *ὡς* ante *Κρῆτές φασι* desiderans immemor fuit illius loquendi formae, qua non raro *φής*, *φησί*, *φαμέν*, *φατέ*, *φασίν*, mediae orationi sic interponitur, ut coniunctiones omittantur. Locum respexit Plutarchus An seni gerenda sit respubl. p. 792. E. conf. Neumann. rerum Cretic. Specim. p. 114.

E. *ἐάν τού τι δέωνται*] si quem quid rogant, ipsi humiliter se summittentes atque tanquam familiares nullam non personam agere dubitantes; ubi vero impetrarunt, alieni? Posterius orationis membrum, nunc in breve contractum, licebat paullo explicatius sic enuntiare: *διαπραξάμενοι δὲ οὐδὲν τῶν τοιούτων ποιοῦντες καὶ σεμνύνοντες ὡς ἀλλότριοι.* Quod si voluerunt qui *ὡς* denuo ante *ἀλλότριοι* repetendum iudicarunt, nihil intercedo: sin voculam in hac orationis conformatione, qualis nunc est, cogitatione iteran-

ὡς οἰκεῖοι, διαπραξάμενοι δὲ ἀλλότριοι; Καὶ σφόδρα γε. Ἐν παντὶ ἄρα τῷ βίῳ ζῶσι φίλοι μὲν οὐδέποτε οὐδενί, ἀεὶ δέ του δεσπόζοντες ἢ δουλεύοντες ἄλλῳ· ἐλευθερίας δὲ καὶ φιλίας ἀληθοῦς τυραννικὴ φύσις ἀεὶ ἄγευστος. Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν οὐκ ὀρθῶς ἂν τοὺς τοιούτους ἀπίστους καλοῖμεν; Πῶς δ' οὔ; Καὶ μὴν ἀδίκους γε ὡς οἷόν τε μάλιστα,
B εἴπερ ὀρθῶς ἐν τοῖς πρόσθεν ὡμολογήσαμεν περὶ δικαιοσύνης, οἷόν ἐστιν. Ἀλλὰ μήν, ἦ δ' ὅς, ὀρθῶς γε. Κεφαλαιωσώμεθα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὸν κάκιστον. ἔστι δέ που, οἷον ὄναρ διήλθομεν, ὃς ἂν ὕπαρ τοιοῦτος ᾖ. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν οὗτος γίγνεται, ὃς ἂν τυραννικώτατος φύσει ὢν μοναρχήσῃ· καὶ ὅσῳ ἂν πλείω χρόνον ἐν τυραννίδι βιῷ, τοσούτῳ μᾶλλον τοιοῦτος. Ἀνάγκη, ἔφη διαδεξάμενος τὸν λόγον ὁ Γλαύκων.

B. *διαδεξάμενος τὸν λόγον*] Sic Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. *α*. *γ*. Ante Bekkerum *δεξάμενος* legebatur.

Cap. IV. C. *πολλὰ καὶ δοκεῖ*] Sic Par. A. Ven. II. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. *α*. *γ*. x. Vulgo *καί* deerat. Vat. *Θ*. Ven. *Ξ*. Vat. r. cum Bas. 2. *καὶ πολλὰ δοκεῖ*. Mox Monac. *ἔχει* pro *ἔχειν*.

*δημοτικὸς δὲ κατὰ δημ.*] Sic Par. A. Vat. *Θ*. Ven. *Ξ*II. Vind. Vat. r. Flor. a. c. x. *α*. *γ*. pro vulg. *δημοκρατικός*. Post

dam censuerunt, ab hac sententia me quidem longe abesse libere profiteor. Verbum *ὑποπίπτειν*, quod proprie est supplicem esse alicui, supplicem ad alicuius genua accidere; nunc eleganter ponitur de humili et abiecta adulatione, quemadmodum usurpatur etiam *ὑποκύπτειν*, quem usum loquendi multis exemplis illustrant Baehrius ad Plutarch. Alcibiad. p. 205. Heldius ad Plut. Aem. Paull. p. 134. Iacobs. ad Achill. Tat. Vol. II. p. 961. *Τολμᾶν* autem hic quoque est audere, a se impetrare, non erubescere, über sich gewinnen können, sich erkühnen. Gorg. p. 494. E: *ἦ τούτους τολμήσεις λέγειν εὐδαίμονας εἶναι;* videlicet scabie laborantes. Phileb. p. 13. D: *ἐὰν τολμῶ λέγειν, ὡς τὸ ἀνομοιότατόν ἐστι κ. τ. λ.* — *πάντα σχήματα ποιεῖν*, omnes partes agere, omnes personas suscipere.

P. 576. *ἐλευθερίας — ἀεὶ ἄγευστος*] Lucian. Nigrin. T. I. p. 54: *ἄγευστος μὲν ἐλευθερίας, ἀπείρατος δὲ παῤῥησίας, ἀθέατος δὲ ἀληθείας, κολακείᾳ τὰ πάντα καὶ δουλείᾳ σύντροφος.* Longin. de Sublim. §. 44: *ἄγευστοι καλλίστου καὶ γονιμωτάτου λόγων νάματος, τὴν ἐλευθερίαν λέγω.* — Mox *ἄπιστοι* sunt omnino qui carent fide,



Cap. IV. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὃς ἂν φαίνηται πονηρότατος, καὶ ἀθλιώτατος φανήσεται; καὶ C
ὃς ἂν πλεῖστον χρόνον καὶ μάλιστα τυραννεύσῃ, μάλιστά τε καὶ πλεῖστον χρόνον τοιοῦτος γεγονὼς τῇ ἀληθείᾳ; τοῖς δὲ πολλοῖς πολλὰ καὶ δοκεῖ. Ἀνάγκη, ἔφη, ταῦτα γοῦν οὕτως ἔχειν. Ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅ γε τυραννικὸς κατὰ τὴν τυραννουμένην πόλιν ἂν εἴη ὁμοιότητι, δημοτικὸς δὲ κατὰ δημοκρατουμένην, καὶ οἱ ἄλλοι οὕτω; Τί μήν; Οὐκοῦν, ὅ τι πόλις πρὸς πόλιν ἀρετῇ καὶ εὐδαιμονίᾳ, τοῦτο καὶ ἀνὴρ πρὸς ἄνδρα; Πῶς γὰρ οὔ; Τί οὖν ἀρετῇ D
ἡ τυραννουμένη πόλις πρὸς βασιλευομένην, οἵαν τὸ πρῶτον διήλθομεν; Πᾶν τοὐναντίον, ἔφη· ἡ μὲν γὰρ ἀρίστη, ἡ δὲ κακίστη. Οὐκ ἐρήσομαι, εἶπον,

*κατά* praeeunte Bekkero omisi *τήν*, quod ignorant Par. A. Vat. *Θ*. Ven. II. Vind. Vat. r. Flor. *γ*. x.

*τοῦτο καὶ ἀνὴρ πρ.*] Accessit *καί* ex Par. A. Vind. Ang. Flor. *γ*. Notum est, quantopere Graeci in comparationibus vocis huius usu delectentur.

D. *Τί οὖν ἀρετῇ ἡ τ.*] V. *Τί οὖν; ἆρα κ. τ. λ.* Sed *Τί οὖν ἄρα* Bekk. quod praeter Ald. Bas. 1. 2. etiam complures codd. mss. habent. Recte vero pro *ἄρα* Par. A. *γρ*. in marg. *ἀρετῇ*, quo arrepto nuper Baiterus scripsit: *Τί οὖν ἀρετῇ τυραννουμένη πόλις κ. τ. λ.* articulo *ἡ* ante *τυρ.* deleto. Nos satis habuimus cum Schneidero pro *ἆρα* vel *ἄρα* restituere *ἀρετῇ*.

tum ea, qua creditur, tum illa, quae creditur.

B. *Κεφαλαιωσώμεθα τοίνυν* —] h. e. in universum ac summatim describamus. Proximorum verborum hic est sensus: est autem, opinor, pessimus ille, qui *vigilans* talis est, qualem finximus supra (p. 571. C. D. E.) *somniantem*. Frequentissima coniunctione *ὕπαρ* et *ὄναρ* opponuntur. Vide Wyttenbach. ad Plutarch. De Superstit. p. 166. A.

Cap. IV. C. *τοῖς δὲ πολλοῖς πολλὰ καὶ δοκεῖ*] quanquam multis (i. e. magnae multitudini) placita quoque multa sunt, ita ut alii aliter de his rebus statuant. Nimirum interponuntur haec, ut tanquam extorqueatur Adimanti responsio, qua ille affirmat necesse esse, ut ista quidem certe ita sese habeant. Scholiastes: *ἀντὶ τοῦ ψευδῆ· τὸ γὰρ ψεῦδος πολυχοῦν, ἁπλοῦς δ' ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ* (Eurip. Phoeniss. v. 479.).

*κατὰ τὴν τυραννουμένην π. ἂν εἴη ὁμοιότητι*] Vox *ὁμοιότητι* Astium offendit, quia *κατά* cum accusativo iunctum iam per se similitudinem indicat, observante A. Matth. Gr. §. 581. b. Itaque Ficinum, qui haec convertit sic: tyrannicus vir civitati tyrannide oppressae similli-

ὁποτέραν λέγεις· δῆλον γάρ. ἀλλ' εὐδαιμονίας τε αὖ καὶ ἀθλιότητος ὡςαύτως ἢ ἄλλως κρίνεις; καὶ μὴ ἐκπληττώμεθα πρὸς τὸν τύραννον ἕνα ὄντα βλέποντες, μηδ' εἴ τινες ὀλίγοι περὶ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὡς χρὴ ὅλην τὴν πόλιν εἰςελθόντας θεάσασθαι, καταδύντες
E εἰς ἅπασαν καὶ ἰδόντες, οὕτω δόξαν ἀποφαινώμεθα. Ἀλλ' ὀρθῶς, ἔφη, προκαλεῖ· καὶ δῆλον παντί, ὅτι τυραννουμένης μὲν οὐκ ἔστιν ἀθλιωτέρα, βασιλευομένης δὲ οὐκ εὐδαιμονεστέρα. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ περὶ τῶν ἀνδρῶν τὰ αὐτὰ ταῦτα προκαλούμενος
577 ὀρθῶς ἂν προκαλοίμην, ἀξιῶν κρίνειν περὶ αὐτῶν ἐκεῖνον, ὃς δύναται τῇ διανοίᾳ εἰς ἀνδρὸς ἦθος ἐνδὺς διιδεῖν καὶ μὴ καθάπερ παῖς ἔξωθεν ὁρῶν ἐκ-

*εὐδαιμονίας τε αὖ καὶ ἀθλιότητος*] *τε* add. Par. A. Ven. Ξ. Π. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. *α. γ.* Post *ἀθλιότητος* Stephan. de suo interposuit *πέρι*.

P. 577. *ὃς δύναται τῇ δ.*] Solus Stephan. cum Ven. Ξ. *ὃς ἂν δύνηται — ἐκπλήττηται.*

*πρὸς τοὺς ἔξω σχηματίζονται*] V. *σχηματίζεται*, quod ex Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. *α. γ.* correctum.

B. *μάλιστα γυμνὸς ἂν ὀφθείη*] Vulgo post *μάλιστα* inmus, pro *ὁμοιότητι* suspicatus est *μάλιστα* vel simile quid in libris suis reperisse. Mihi vero Ficini auctoritas talibus in rebus nulla aut exigua esse videtur; nec video idoneam mutandae lectionis vulgatae causam et rationem. Libr. VIII. p. 555. A. optimi libri prorsus ad eundem modum: *ἀπιστοῦμεν μὴ κατὰ τὴν ὀλιγαρχουμένην πόλιν ὁμοιότητι τὸν φειδωλόν τε καὶ χρηματιστὴν τετάχθαι;* Nec discrepant illa Menon. p. 84. C: *διπλασίαν τὴν γραμμὴν ἔχειν μήκει.*

D. *ἀλλ' εὐδαιμονίας — κρίνεις*] Quod Stephan. post *ἀθλιότητος* interposuit *πέρι*, id codices mss. omnes merito aspernantur. Nam genitivus iam per se indicat rationem, quae in iudicio de miseria ac felicitate civitatum faciendo habenda sit. Legg. I. p. 646. D: *καὶ τῆς περὶ τὸν οἶνον ἄρα διατριβῆς ὡςαύτως διανοητέον*, ubi Boeckhius *περί* interponi volebat. cf. Matth. Gr. §. 342, 2. Proxima, *καὶ μὴ ἐκπληττώμεθα κ. τ. λ.* exscripsit Stob. Serm. XLI. p. 265.

*μηδ' εἴ τινες ὀλίγοι περὶ ἐκεῖνον*] Breviter dictum pro *μηδὲ πρὸς τοὺς περὶ ἐκεῖνον, εἴ τινες ὀλίγοι εἰσίν.*

E. *τὰ αὐτὰ ταῦτα προκαλούμενος*] ad eadem haec provocans. v. Matth. Gr. §. 419. h.

P. 577. *ἔξωθεν ὁρῶν ἐκπλήττεται —*] *Πρόστασις*, monente Ruhnkenio ad Tim. Gloss. p. 246., est regius apparatus, pompa, quam Polybius et alii *προστασίαν* vocant. Cf. Lobeck. Append. ad Phrynich. p. 529. *Σχηματίζεσθαι* h. l. significat se or-



πλήττεται ὑπὸ τῆς τῶν τυραννικῶν προστάσεως, ἣν πρὸς τοὺς ἔξω σχηματίζονται, ἀλλ' ἱκανῶς διορᾷ; εἰ οὖν οἰοίμην δεῖν ἐκείνου πάντας ἡμᾶς ἀκούειν, τοῦ δυνατοῦ μὲν κρῖναι, ξυνῳκηκότος δὲ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ παραγεγονότος ἔν τε ταῖς κατ' οἰκίαν πράξεσιν, ὡς πρὸς ἑκάστους τοὺς οἰκείους ἔχει, ἐν οἷς μάλιστα B
γυμνὸς ἂν ὀφθείη τῆς τραγικῆς σκευῆς, καὶ ἐν αὖ τοῖς δημοσίοις κινδύνοις, καὶ ταῦτα πάντα ἰδόντα κελεύοιμι ἐξαγγέλλειν, πῶς ἔχει εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ὁ τύραννος πρὸς τοὺς ἄλλους — Ὀρθότατ' ἄν, ἔφη, καὶ ταῦτα προκαλοῖο. Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, προςποιησώμεθα ἡμεῖς εἶναι τῶν δυνατῶν ἂν κρῖναι καὶ ἤδη ἐντυχόντων τοιούτοις, ἵνα ἔχωμεν ὅςτις ἀποκρινεῖται ἃ ἐρωτῶμεν; Πάνυ γε.

sertum *τις*, quod solus Vat. r. et ab rec. man. Ven. Ξ. exhibet.

*καὶ ἐν αὖ τοῖς*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Mon. Vat. m. r. Flor. a. c. *α. β. γ.* Legebatur *αὐτοῖς*.

*ἰδόντα κελεύοιμι*] Inepte vulgo *κελεύοιμεν*. Veram lectionem Mon. et Flor. *β.* servarunt. Angel. *κελεύομεν*.

*τῶν δυνατῶν ἂν κρ.*] *τῶν δυνατῶν εἶναι κρ.* Ven. Ξ. *εἶναι ἂν κρ.* Flor. c.

nare, magnifice componi, ut interpretatur Ruhnk. l. c. Mox eleganter externa vitae tyrannicae species atque splendor vocatur *τραγικὴ σκευή*, tragicus apparatus. Ad sententiam Wyttenbach. Biblioth. Crit. Vol. III. P. IV. apte comparavit Isocrat. Epistol. ad Iason. filios p. 723. ed. Wolf.: *Οἶμαι γὰρ οὐχ ἥκιστα τούτους ἐπὶ τυραννίδα παροξύνειν ὑμᾶς· σκοποῦσι γὰρ οὐ πανταχοῦ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ παραλογίζονται σφᾶς αὐτούς· τὰς μὲν γὰρ ἐξουσίας καὶ τὰ κέρδη καὶ τὰς ἡδονὰς ὁρῶσι, καὶ τούτων ἀπολαύσεσθαι προςδοκῶσι· τὰς δὲ ταραχὰς καὶ τοὺς φόβους καὶ τὰς συμφορὰς τὰς τοῖς ἄρχουσι συμπιπτούσας καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν οὐχ ὁρῶσι.* Eurip. Ion. v. 621: *Τυραννίδος δὲ τῆς ματὴν αἰνουμένης τὸ μὲν πρόςωπον ἡδύ, τἂν δόμοισι δὲ λυπηρά· τίς γὰρ μακάριος, τίς εὐτυχής, ὅςτις δεδοικὼς καὶ περιβλέπων βίαν αἰῶνα τείνει;*

B. *καὶ ἐν αὖ τοῖς δ. κ.*] atque *item* in publicis periculis. Frustra fuit qui vulgatum *αὐτοῖς* defenderet, quod mutandum vidit Heindorf. ad Sophist. p. 432. qui particulae inter articulum et praepositionem positae exempla attulit. Post *πρὸς τοὺς ἄλλους* posui lineolam. Abrupta enim oratio est cuius apodosis reticetur. Similis ratio est infra p. 582. E. Ceterum toto hoc loco Plato videtur significare, semet ipsum talem tyrannum propius novisse. Quod si ita est, hic quoque vitam Syracusis apud Dionysium transactam ob oculos habuit.

*τῶν δυνατῶν ἂν κρῖναι*] *Ἂν* non ad infinitivum, sed ad *δυνατῶν* pertinet, hoc sensu:

C Cap. V. Ἴθι δή μοι, ἔφην, ὧδε σκόπει. τὴν
ὁμοιότητα ἀναμιμνησκόμενος τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ
ἀνδρός, οὕτω καθ' ἕκαστον ἐν μέρει ἀθρῶν, τὰ
παθήματα ἑκατέρου λέγε. Τὰ ποῖα; ἔφη. Πρῶτον
μέν, ἦν δ' ἐγώ, ὡς πόλιν εἰπεῖν, ἐλευθέραν ἢ δού-
λην τὴν τυραννουμένην ἐρεῖς; Ὡς οἷόν τ', ἔφη, μά-
λιστα δούλην. Καὶ μὴν ὁρᾷς γε ἐν αὐτῇ δεσπότας
καὶ ἐλευθέρους. Ὁρῶ, ἔφη, σμικρόν γέ τι τοῦτο·
τὸ δὲ ὅλον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐν αὐτῇ καὶ τὸ ἐπιει-
κέστατον ἀτίμως τε καὶ ἀθλίως δοῦλον. Εἰ οὖν,
D εἶπον, ὅμοιος ἀνὴρ τῇ πόλει, οὐ καὶ ἐν ἐκείνῳ ἀνάγκη
τὴν αὐτὴν τάξιν ἐνεῖναι, καὶ πολλῆς μὲν δουλείας
τε καὶ ἀνελευθερίας γέμειν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ
ταῦτα αὐτῆς τὰ μέρη δουλεύειν, ἅπερ ἦν ἐπιεικέ-
στατα, σμικρὸν δὲ καὶ τὸ μοχθηρότατον καὶ μανι-
κώτατον δεσπόζειν; Ἀνάγκη, ἔφη. Τί οὖν; δού-
λην ἢ ἐλευθέραν τὴν τοιαύτην φήσεις εἶναι ψυχήν;
Δούλην δή που ἔγωγε. Οὐκοῦν ἥ γε αὖ δούλη καὶ
τυραννουμένη πόλις ἥκιστα ποιεῖ ἃ βούλεται; Πολύ
E γε. Καὶ ἡ τυραννουμένη ἄρα ψυχὴ ἥκιστα ποιήσει
ἃ ἂν βουληθῇ, ὡς περὶ ὅλης εἰπεῖν ψυχῆς· ὑπὸ δὲ

Cap. V. P. 578. *Πολλή γε*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞΠ. Vat. m. r. Flor. a. c. Vulgo *Πολύ γε*.

*Ὀδυρμοὺς δὲ καὶ στεν.*] Sic vulgo cum Ven. Ξ. et Flor. a. γ. In Ang. Flor. c. x. legitur *γε*, in ceteris *τε*. Inde extudit

*ἐκείνων, οἳ δυνατοὶ ἂν γένοιντο.* v. Matth. Gr. §. 590. 4. Proxima *ὅστις ἀποκρινεῖται ἃ ἐρωτῶμεν* sic intelligas: *ὅστις ἀποκρινεῖται πρὸς ταῦτα, ἃ ἐρωτῶμεν.*

Cap. V. C. *καθ' ἕκαστον ἐν μέρει ἀθρῶν*] unumquemque (tum virum tum civitatem) per vices, altero excipiente alterum, considerans. Notus est hic usus formulae *ἐν μέρει*, de quo v. libr. V. p. 468. B. VII. p. 520. B. p. 540. B. IX. p. 581. C. X. p. 615. C. p. 617. D. cf. ad Phileb. p. 159. et quae de variis dictionis significationibus monuit Hermann. ad Lucian. de Histor. Conscr. p. 7 sqq. De *καθ' ἕκαστον* v. ad IV. p. 436. B. et ad Phileb. p. 65. B.

*Πρῶτον μέν — ὡς πόλιν εἰπεῖν*] Iam ut primum dicamus de civitate. Nihili est quod legitur in Bas. 2. *πόλιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν.*

*σμικρόν γέ τι τοῦτο*] Videlicet, quod nonnisi pauci domini ac liberi sunt in tyrannica civitate. Dein *ὡς ἔπος εἰπεῖν* arcte iungas cum *τὸ δὲ ὅλον.*



οἴστρου ἀεὶ ἑλκομένη βίᾳ ταραχῆς καὶ μεταμελείας
μεστὴ ἔσται. Πῶς γὰρ οὔ; Πλουσίαν δὲ ἢ πενο-
μένην ἀνάγκη τὴν τυραννουμένην πόλιν εἶναι; Πε-
νομένην. Καὶ ψυχὴν ἄρα τυραννικὴν πενιχρὰν καὶ 578
ἄπληστον ἀνάγκη ἀεὶ εἶναι. Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Τί
δέ; φόβου γέμειν ἆρ' οὐκ ἀνάγκη τήν γε τοιαύτην
πόλιν τόν τε τοιοῦτον ἄνδρα; Πολλή γε. Ὀδυρ-
μοὺς δὲ καὶ στεναγμοὺς καὶ θρήνους καὶ ἀλγηδόνας
οἴει ἔν τινι ἄλλῃ πλείους εὑρήσειν; Οὐδαμῶς. Ἐν
ἀνδρὶ δὲ ἡγεῖ τὰ τοιαῦτα ἐν ἄλλῳ τινὶ πλείω εἶναι
ἢ ἐν τῷ μαινομένῳ ὑπὸ ἐπιθυμιῶν τε καὶ ἐρώτων
τούτῳ τῷ τυραννικῷ; Πῶς γὰρ ἄν; ἔφη. Εἰς
πάντα δή, οἶμαι, ταῦτά τε καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀπο- B
βλέψας τήν γε πόλιν τῶν πόλεων ἀθλιωτάτην ἔκρι-
νας. Οὐκοῦν ὀρθῶς; ἔφη. Καὶ μάλα, ἦν δ' ἐγώ.
ἀλλὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς αὖ τοῦ τυραννικοῦ τί λέγεις
εἰς ταὐτὰ ταῦτα ἀποβλέπων; Μακρῷ, ἔφη, ἀθλιώ-
τατον εἶναι τῶν ἄλλων ἁπάντων. Τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ,
οὐκέτ' ὀρθῶς λέγεις. Πῶς; ἦ δ' ὅς. Οὔπω, ἔφην,
οἶμαι, οὗτός ἐστιν ὁ τοιοῦτος μάλιστα. Ἀλλὰ τίς
μήν; Ὅδε ἴσως σοι ἔτι δόξει εἶναι τούτου ἀθλιώτε-

Schneider: *Ὀδυρμοὺς δέ γε.*

B. *εἰς ταὐτὰ ταῦτα ἀποβλ.*] Deerat vulgo *ταῦτα*, restitutum illud ex Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. Exhibet iam edit. Bas. 2.

hoc sensu: propemodum cuncti in ea ac praestantissimi turpi et misera premuntur servitute. v. ad Symp. p. 179. A.

D. *οὐ καὶ ἐν ἐκείνῳ ἀνάγκη*] Ad sententiam conferas Legg. I. p. 635. D.

*ἥκιστα ποιεῖ ἃ βούλεται*] Eadem hic tenenda verbi *βούλεσθαι* significatio, quae explicatur Gorg. p. 466. C. D. sqq., ubi Socrates docet sophistas illud quidem facere, *ὃ ἂν αὐτοῖς δόξῃ βέλτιστον εἶναι*, sed nihil fere eorum, *ὧν βούλονται.*

P. 578. *Ἐν ἀνδρὶ δὲ —*] Cum vi praemissum est istud *ἐν ἀνδρὶ δὲ* propter oppositionem. Quare deinde *ἐν* iteratur.

B. *οὗτός ἐστιν ὁ τοιοῦτος μάλιστα*] h. e. *ὁ ἀθλιώτατος.* Eum demum omnium miserrimum esse censet, qui quum tyrannicam habeat indolem ac naturam, tum revera summa rerum in civitate per vim ac dolum potitus sit. Quocirca fallitur Stephanus, in iis quae sequuntur, *Ὃς — τυραννικὸς ὤν*, negandi particulam inferciendam putans.

ρος. Ποῖος; Ὃς ἄν, ἦν δ' ἐγώ, τυραννικὸς ὢν μὴ
C ἰδιώτην βίον καταβιῷ, ἀλλὰ δυςτυχὴς ᾖ, καὶ αὐτῷ
ὑπό τινος συμφορᾶς ἐκπορισθῇ, ὥςτε τυράννῳ γενέ-
σθαι. Τεκμαίρομαί σε, ἔφη, ἐκ τῶν προειρημένων
ἀληθῆ λέγειν. Ναί, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' οὐκ οἴεσθαι
χρὴ τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' εὖ μάλα τῷ τοιούτῳ λόγῳ
σκοπεῖν. περὶ γάρ τοι τοῦ μεγίστου ἡ σκέψις, ἀγα-
θοῦ τε βίου καὶ κακοῦ. Ὀρθότατα, ἦ δ' ὅς. Σκό-
πει δή, εἰ ἄρα τι λέγω. δοκεῖ γάρ μοι δεῖν ἐννοῆ-
D σαι ἐκ τῶνδε περὶ αὐτοῦ σκοποῦντας. Ἐκ τίνων;
Ἐξ ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἰδιωτῶν, ὅσοι πλούσιοι ἐν πό-
λεσιν ἀνδράποδα πολλὰ κέκτηνται. οὗτοι γὰρ τοῦτό
γε προςόμοιον ἔχουσι τοῖς τυράννοις, τὸ πολλῶν ἄρ-
χειν· διαφέρει δὲ τὸ ἐκείνου πλῆθος. Διαφέρει γάρ.
Οἶσθ' οὖν, ὅτι οὗτοι ἀδεῶς ἔχουσι καὶ οὐ φοβοῦν-
ται τοὺς οἰκέτας; Τί γὰρ ἂν φοβοῖντο; Οὐδέν,

C. δυςτυχὴς ᾖ] Bekk. scribendum suspicatur δυςτυχήσῃ.
E. ἢ πλείω] Vulgo: ἢ καὶ πλείω. Sed καί om. Par. A. Vind. Vat. m. Flor. γ. a.
ὅπου αὐτῷ] ὅποι Ven. Ξ. Vat. m. Flor. a. c. γ.
καὶ ὁπόσῳ φ. οἴει γενέσθαι] καὶ πόσῳ Flor. β. Mon., quod edidit. Herm. collato Soph. 236. B. καὶ ἐν πόσῳ Vat. Θ. r. Flor. α. Nihil mutandum. Interrogativa cum relativis iuncta notavimus ad Criton. p. 122. = 48. A. cf. Gorg. p. 500. A. Charmid. p. 160. D. Legg. I. p. 632. C. De Rep. III. p. 414. D. al. Deinde Steph. οἴει ἂν γενέσθαι, quod soli tenent Ven. Ξ. Ang. Flor. x.
P. 579. κύκλῳ κατοικίσειε γ.] Ald. Bas. 1. 2. κατοικήσειε, quod codd. mss. tenent omnes praeter Flor. c. α. β. γ. Mon. Vat. r. Deinde Steph. dedit οἳ ἂν μὴ ἀνεχ. Sed ἂν omnes codd. praeter Ven. Ξ. omittunt.

C. μὴ ἰδιώτην βίον] vitam privatam. Plutarch. De virtut. et vit. p. 101. D: τὸν ἀπράγμονα βίον καὶ ἰδιώτην οὐδὲν ἧττον ἀγαπήσεις. Lucian. Herm. 67: ἰδιώτην βίον ζῆν. Philo. Vit. Mos. 3: ἐζήλωσε βίον ἀπράγμονα καὶ ἰδιώτην.
καὶ αὐτῷ — ἐκπορισθῇ] In his καί habet vim explicandi, ut fere explicari liceat per id est. Quanquam hoc non ita intelligi volumus, ac si copulam unquam eam significationem habuisse putemus. Imo accuratius dicendum Graecos et Latinos sententias explanationi inservientes per καί, et, que, cum praecedentibus iunxisse. Phaedon. p. 85. C: τὸ μέντοι αὖ τὰ λεγόμενα μὴ οὐχὶ παντὶ τρόπῳ ἐλέγχειν καὶ μὴ προαφίστασθαι, πρὶν ἂν πανταχῇ σκοπῶν ἀπείπῃ τις, πάνυ μαλθακοῦ εἶναι ἀνδρός. Germanice dicas: sondern unglücklich genug ist, dass es ihm vom Geschick verliehen wurde, Tyrann zu werden.
τῷ τοιούτῳ λόγῳ σκοπεῖν] Recte Ficinus: tali ratione. Stephan. coniiciebat τῷ τοιούτῳ λόγῳ. Ast. malebat τὸν τοιοῦτον λόγῳ vel τὸν τοιοῦτον λόγον. De εὖ μάλα cf. libr. VIII. p. 584. B. Phaedon. p. 92. D. Sophist. p. 233. D. Ordine inverso μάλα εὖ dicitur Theaet. p. 169. B. p. 156. A. ubi v. Heindorf. Copula interiecta Sympos. cap. 17. εὖ μάλ' ἂν φοβοῖο, unde cognoscitur formulae origo.
δοκεῖ γάρ μοι δεῖν — σκοποῦντας.] videtur enim rem a nobis oportere cognosci spectantibus eam ex his, quae iam dicturus sum. Nam τῶνδε et τίνων quominus neutro genere accipiamus, nihil prohibet quod continuo subiungitur: Ἐξ ἑνὸς ἑκάστου κ. τ. λ.
B. τὸ πολλῶν ἄρχειν] Appositionis genus tetigimus ad Gorg. p. 494. B. Apol. Socr. p. 35. C. Phaedon. p. 81. B. p. 110. E. Prot. p. 356. C. Euthydem. p. 277. C.
E. εἴ τις θεῶν —] Comparant Senec. de Clem. I, 24. §. 1.
P. 579. θωπεύειν αὐτῶν τῶν δούλων] Stephan. malebat αὖ τῶν. Astio τῶν δούλων ex interpretatione fluxisse videbatur. Mihi verba cum emphasi adiecta videntur, hoc sensu: quosdam ex ipsis servis, quum ingenuos non reperiat, qui opem ferant. Verba οὐδὲν δεόμενος Prinsterer. Prosopogr. Plat. p. 211. mutari iubet in οὐδὲν δεομένους, non rogantes. Etenim hero quidem illi, inquit, servorum ministerio magis etiam quam in urbe opus est; his vero nihil opus fuit manumissione, utpote reapse solitudinisque op-



εἶπον· ἀλλὰ τὸ αἴτιον ἐννοεῖς; Ναί, ὅτι γε πᾶσα
ἡ πόλις ἑνὶ ἑκάστῳ βοηθεῖ τῶν ἰδιωτῶν. Καλῶς, ἦν E
δ' ἐγώ, λέγεις. τί δέ; εἴ τις θεῶν ἄνδρα ἕνα, ὅτῳ
ἔστιν ἀνδράποδα πεντήκοντα ἢ πλείω, ἄρας ἐκ τῆς
πόλεως αὐτόν τε καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας θείη εἰς
ἐρημίαν μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας τε καὶ τῶν οἰκετῶν,
ὅπου αὐτῷ μηδεὶς τῶν ἐλευθέρων μέλλοι βοηθήσειν,
ἐν ποίῳ ἄν τινι καὶ ὁπόσῳ φόβῳ οἴει γενέσθαι αὐ-
τὸν περί τε αὑτοῦ καὶ παίδων καὶ γυναικός, μὴ
ἀπόλοιντο ὑπὸ τῶν οἰκετῶν; Ἐν παντί, ἦ δ' ὅς, 579
ἔγωγε. Οὐκοῦν ἀναγκάζοιτο ἄν τινας ἤδη θωπεύειν
αὐτῶν τῶν δούλων, καὶ ὑπισχνεῖσθαι πολλά, καὶ
ἐλευθεροῦν, οὐδὲν δεόμενος, καὶ κόλαξ αὐτὸς ἂν θε-
ραπόντων ἀναφανείη; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, αὐτῷ,
ἢ ἀπολωλέναι. Τί δ', εἰ καὶ ἄλλους, ἦν δ' ἐγώ,
ὁ θεὸς κύκλῳ κατοικίσειε γείτονας πολλοὺς αὐτῷ, οἳ

μὴ ἀνέχοιντο, εἴ τις ἄλλος ἄλλου δεσπόζειν ἀξιοῖ,
ἀλλ' εἴ πού τινα τοιοῦτον λαμβάνοιεν, ταῖς ἐσχά-
B ταις τιμωροῖντο τιμωρίαις; Ἔτι ἄν, ἔφη, οἶμαι μᾶλ-
λον ἐν παντὶ κακοῦ εἴη, κύκλῳ φρουρούμενος ὑπὸ
πάντων πολεμίων. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐν τοιούτῳ μὲν
δεσμωτηρίῳ δέδεται ὁ τύραννος, φύσει ὢν οἷον διε-
ληλύθαμεν, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν φόβων καὶ ἐρώ-
των μεστός; λίχνῳ δὲ ὄντι αὐτῷ τὴν ψυχὴν μόνῳ
τῶν ἐν τῇ πόλει οὔτε ἀποδημῆσαι ἔξεστιν οὐδαμόσε,
οὔτε θεωρῆσαι ὅσων δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐλεύθεροι ἐπι-
θυμηταί εἰσι, καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ
C ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ἐάν
τις ἔξω ἀποδημῇ καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ; *Παντάπασι
μὲν οὖν*, ἔφη.

B. *λίχνῳ δὲ ὄντι*] In Flor. x. superscriptum *πολυπράγμονι*.
*ὡς γυνὴ ζῇ*] Stob. Serm. XLVI. p. 360. hunc locum laudans *ὥσπερ γυνή* scriptum exhibet.
Cap. VI. C. *καρποῦται ἀνήρ*] V. *ὁ ἀνήρ*. Articulum om. Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. *α. γ.*

portunitate libertatem iam adeptis. Ac profecto negari non potest hanc coniecturam admodum esse verisimilem. Nisi forte acquiescas in Ficini interpretatione: quum sibi nihil opus sit, i. e. quum nulla alia rei caussa ipsi suppetat quam metus.

B. *ἐν παντὶ κακοῦ εἴη*] Plenior formula pro vulgari *ἐν παντὶ εἴη*, de qua dixit Wyttenbach. ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 596. Cf. ad Sympos. p. 210. A. Similiter Herodot. VII. c. 118. dixit *εἰς πᾶν κακοῦ ἀφικνεῖσθαι*, qui locus ab Astio comparatus est.

*λίχνῳ δὲ ὄντι αὐτῷ*] Apte comparant Xenoph. Hieron. I, 11, 12.

*καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ*] Loquendi formam ad Gorg. p. 485. D. illustravimus. Ceterum notari hic Dionysium C. Fr. Hermannus suspicatus est in libro: Gesammelte Abhandl. p. 158. Nimirum narrant Dion. Hal. Iud. de Lysia c 29. et Diod. Sic. XIV. 109. tyranni legatos ad ludos Olympicos aegerrime admissos esse.

Cap. VI. C. *Οὐκοῦν τοῖς τοιούτοις κ. πλ.*] Locus ab interpretibus varie tentatus est, propterea quod istud *τοῖς τοιούτοις κακοῖς* quomodo intelligendum esset, incerti haeserunt. Stephan. *τῶν τοιούτων κακῶν* legendum censuit, quod a *πλείω* penderet. Ast. vero post *Οὐκοῦν* excidisse *ἐν* praepositionem suspicatus est. Sed vereor, ut opus sit ulla mutatione. Nam *τοῖς τοιούτοις κακοῖς* est per huiusmodi mala, hoc est: quia accedunt istiusmodi mala, qualia modo in tyrannum civitatis cadere diximus. Quod si recte observatum est, sententiam totius loci apparet hanc esse: Nonne per istiusmodi mala efficitur, ut



Cap. VI. *Οὐκοῦν τοῖς τοιούτοις κακοῖς πλείω
καρποῦται ἀνήρ, ὃς ἂν κακῶς ἐν ἑαυτῷ πολιτευόμε-
νος, ὃν νῦν δὴ σὺ ἀθλιώτατον ἔκρινας, τὸν τυραν-
νικόν, μὴ ὡς ἰδιώτης καταβιῷ, ἀλλ' ἀναγκασθῇ ὑπό
τινος τύχης τυραννεῦσαι, καὶ ἑαυτοῦ ὢν ἀκράτωρ
ἄλλων ἐπιχειρήσῃ ἄρχειν, ὥςπερ εἴ τις κάμνοντι σώ-
ματι καὶ ἀκράτορι ἑαυτοῦ μὴ ἰδιωτεύων ἀλλ' ἀγω-
νιζόμενος πρὸς ἄλλα σώματα καὶ μαχόμενος ἀναγκά- D
ζοιτο διάγειν τὸν βίον;* Παντάπασιν, ἔφη, ὁμοιό-
τατά τε καὶ ἀληθέστατα λέγεις, ὦ Σώκρατες. *Οὐ-
κοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, παντελῶς τὸ
πάθος ἄθλιον καὶ τοῦ ὑπὸ σοῦ κριθέντος χαλεπώ-
τατα ζῆν χαλεπώτερον ἔτι ζῇ ὁ τυραννῶν;* Κομιδῇ
γ', ἔφη. *Ἔστιν ἄρα τῇ ἀληθείᾳ, κἂν εἰ μή τῳ δο-*

*μὴ ὡς ἰδιώτης κ.*] Sic Vat. Θ., in quo tamen vulgaris ordo *ὡς μή ἰδ.* numeris supra versum indicatus est, et Stob. Serm. XLIX. 50. Flor. x. *ὡς* omittit. Editt. *ὡς μὴ* tenuerunt.
D. *κἂν εἰ μή τῳ δοκεῖ*] Indicativum restitui de Astii coniectura, suffragantibus Turr. Herm. Coniunctivum mira pervica-

plura etiam sentiat vir tyrannicus, qui quum in semet ipso male sit constitutus, tamen non privatam degat vitam, sed fortunae vi coactus sit tyranni partes agere, ac, licet sui ipse impotens sit, aliis imperare conetur? Nam tum internis malis, quibus talis vir laborat, etiam domestica et externa accedunt, quae deinceps magna cum orationis gravitate describuntur. Verbum *καρποῦσθαι*, ut alibi *ἀπολαύειν*, nunc in malam partem dicitur; v. ad Criton. p. 54. A. coll. Iensii Lectt. Luciann. I, 4. p. 24. Interiecta haec: *ὃν νῦν δὴ σὺ ἀθλιώτατον ἔκρινας*, spectant ad p. 578. B: *μακρῷ, ἔφη, ἀθλιώτατον εἶναι τῶν ἄλλων ἁπάντων*. Istud *τὸν τυραννικόν* autem ne quis in fraudis suspicionem vocare audeat, satis multa huius epexegeseos exempla collegit Heindorf. ad Gorg. p. 483. A. Infra p. 583. E: *ὃ μεταξὺ ἄρα νῦν δὴ ἀμφοτέρων ἔφαμεν εἶναι τὴν ἡσυχίαν, κ. τ. λ.* cf. Matth. Gr. §. 439. annot. c. et §. 476. Deinde quod in libris fere omnibus scriptum exstat, *ὡς μὴ καταβιῷ*, id iam dudum vidimus propter oppositionem verborum *ἀλλ' ἀναγκασθῇ — τυραννεῦσαι* mutari oportere. Nunc postquam cod. Vat. Θ., librum praestantissimum, *μὴ ὡς ἰδιώτης* animadvertimus scriptum exhibere, verissimam lectionem haud cunctanter in suum locum restituimus. Nisi forte *ὡς* auctoritate Flor. x. delere malueris. — *μὴ ἰδιωτεύων*, h. e. non sibi vivens suamque ipsius curans valetudinem. Opponitur *ἀγωνιζόμενος πρὸς ἄλλα σώματα*.

D. *κἂν εἰ μή τῳ δοκεῖ*] Soloecum est quod vulgo legebatur *δοκῇ*. Nam *κἂν εἰ* aut cum indicativo aut cum optativo construitur, nusquam cum

*κεῖ, ὁ τῷ ὄντι τύραννος τῷ ὄντι δοῦλος τὰς μεγί-*
E *στας θωπείας καὶ δουλείας καὶ κόλαξ τῶν πονηροτάτων· καὶ τὰς ἐπιθυμίας οὐδ' ὁπωςτιοῦν ἀποπιμπλάς, ἀλλὰ πλείστων ἐπιδεέστατος καὶ πένης τῇ ἀληθείᾳ φαίνεται, ἐάν τις ὅλην ψυχὴν ἐπίστηται θεάσασθαι, καὶ φόβου γέμων διὰ παντὸς τοῦ βίου, σφαδασμῶν τε καὶ ὀδυνῶν πλήρης, εἴπερ τῇ τῆς πόλεως διαθέσει ἧς ἄρχει ἔοικεν. ἔοικε δέ. ἦ γάρ; Καὶ*
580 *μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ πρὸς τούτοις ἔτι ἀποδώσο-*

cia, sed inepte prorsus defendit Schneiderus more suo argutias nectens. Habet *δοκεῖ* ipso fatente liber Lobcov. Vett. editt. habent *δοκῇ*. In Mon. *κἄν* desideratur.

coniunctivo. Causam rei cognosces ex annot. ad Phaedon. p. 71. B. Deinde Ast. legendum censuit *δοῦλος τῆς μεγίστης θωπείας κ. τ. λ.*, me quidem non assentiente. Quum enim Graeci frequentent tales loquendi formulas, quales sunt *δουλεύειν δουλείαν, ἐχθαίρειν ἔχθος, μῖσος μισεῖν*, alias; quidni etiam adiectiva, quae vel intransitiva vel activa vel etiam passiva significatione sua aliquam cum verbis cognationem habere viderentur, cum nomine eiusdem originis vel consimilis certe significationis copulaverint? Ac video de hoc loco idem iudicasse Matth. Gr. §. 408., qui bene comparavit libr. VI. p. 490. D: *κακοὺς πᾶσαν κακίαν*. Apolog. Socr. p. 22. E: *σοφὸς τὴν ἐκείνων σοφίαν*. Ad sententiam apte contulit Astius Senec. de Clem. 13. §. 2.

E. *σφαδασμῶν τε καὶ ὀδ. πλ.*] Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 243. *σφαδασμόν* et *σφαδάζειν* proprie de eo dici docuit, qui vel dolore vel ira exagitatus loco stare nescit ac se vehementius iactat; quem hominis statum fere denotat etiam nostrum, Verzukkungen, quod pariter atque verbum Graecum dicitur de eo, qui moribundus se vehementius torquet atque palpitat. cf. Pierson. ad Moer. p. 356 sq. Ceterum locum gravitatis plenissimum pari gravitate expressit Tacitus Ann. VI, 6., cuius verba, etiam a Ruhnkenio comparata, digna sunt quae adscribantur: Neque frustra, inquit, praestantissimus sapientiae affirmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse adspici laniatus et ictus: quando, ut corpora verberibus, ita saevitia, libidine, malis consultis, animus dilaceretur.

P. 580. *ἃ τὸ πρότερον*] P. 576. A sqq.

*πάσης κακίας πανδοκεῖ*] omnis nequitiae cauponi.

*ὥςπερ ὁ διὰ πάντων κριτὴς ἀπ.*] Interpretantur: quemadmodum iudex, qui universam caussam diiudicat. Ficinus: „quemadmodum iudex omnia circumspiciens de singulis iudicat.“ Nescio quam recte. Orellius coniecit *ὁ διᾳσάντων κριτής*, ut *διᾴδειν* esset certare canendo. Sed ita *τῶν* ante *διᾳσάντων* parum commode abest, quod infercire iusto auda-



*μεν τῷ ἀνδρὶ καὶ ἃ τὸ πρότερον εἴπομεν, ὅτι ἀνάγκη καὶ εἶναι καὶ ἔτι μᾶλλον γίγνεσθαι αὐτῷ ἢ πρότερον διὰ τὴν ἀρχὴν φθονερῷ, ἀπίστῳ, ἀδίκῳ, ἀφίλῳ, ἀνοσίῳ καὶ πάσης κακίας πανδοκεῖ τε καὶ τροφεῖ, καὶ ἐξ ἁπάντων τούτων μάλιστα μὲν αὐτῷ δυςτυχεῖ εἶναι, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς πλησίον αὐτῷ τοιούτους ἀπεργάζεσθαι. Οὐδείς σοι, ἔφη, τῶν νοῦν ἐχόντων ἀντερεῖ. Ἴθι δή μοι, ἔφην ἐγώ, νῦν ἤδη ὥςπερ ὁ*
*διὰ πάντων κριτὴς ἀποφαίνεται, καὶ σὺ οὕτω, τίς* B

*δοῦλος — δουλείας*] Vat. r. *δουλείας καὶ θωπείας*. Flor. α. *τὰς μεγίστας θωπείας τε καὶ δουλείας*. Mox Ang. *ἐπιστῆται θεάσασθαι*. Etym. Mag. p. 737. 18. *διὰ παντὸς βίου σφαδᾷ*.

cius fuerit. Nec vero ulla mutatione opus. Nam recte scriptum legi *ὁ διὰ πάντων κριτής* clarissime apparet ex Hesychio s. v. *διὰ πάντων*, Vol. I. p. 957., cuius haec sunt verba: *Διὰ πάντων κριτής· Βοηθός* (de quo scriptore v. Fabricius Bibl. Gr. Vol. II. p. 54. et IV. p. 582.) *φησιν ἐν τοῖς περὶ Πλάτωνος ὅτι ὁ νομοθέτης* (i. e. Plato) *ἐκέλευσε τοῖς κρίνουσι γράφειν τὰ κεφάλαια ἕκαστον*. Quae verba etsi manifesto vitiata sunt ac temere truncata, tamen, quoniam illa glossa non aliorsum nisi ad hunc Platonis locum pertinet, iam olim *ὁ διὰ πάντων κριτὴς* lectum esse, liquido testantur. Atque dictionem firmant etiam plurimi loci veterum inscriptionum, in quibus ubi agitur de gymnicis vel musicis certaminibus, *ὁ διὰ πάντων ἀγών* memoratur, veluti in Boeckhii Corp. Inscriptt. Vol. I. n. 425. n. 1586. 1719. 1720. Adde etiam Lexic. Seguer. p. 91. *διὰ πάντων ἀγὼν λέγεται ὁ ἔσχατος. Κρατῖνος Πανόπταις*. Itaque scriptura loci utique in tuto est. Oritur autem quaestio de verborum intellectu. Et Wiegandius quidem in Spicilegio Obss. inserto Zimmermanni operi amplissimo Zeitschrift für Alterthumswiss. ann. 1842. p. 584. praeunte C. Fr. Hermanno verba intellexit de iudicibus in ludis gymnicis de universi certaminis exitu atque praemiis et honoribus decernentibus, quos ipse Germanice vocavit: General-Richter bei den gymnischen Spielen. Quam sententiam suam quo certius confirmaret, ablegavit legentes ad ea quae Boeckhius Corp. Inscriptt. p. 355. et p. 768. disputavit. Nimirum ibi ad Atticum titulum n. 232., ubi de stadio et diaulo agitur, docte docetur, trium aetatum, *τῶν παίδων, τῶν ἀγενείων* et *τῶν ἀνδρῶν*, cursus fuisse institutos, et post hos singulares etiam omnium aetatum communem, in quo qui vicisset, eum victorem *ἐκ πάντων* vel *διὰ πάντων* dictum esse. Rem exposuit etiam I. Henr. Krause in praeclaro opere: Die Gymnastik u. Agonistik der Hellenen Vol. I. p. 262 — 271., ubi imprimis quae p. 267. disseruntur, huc pertinent. Itaque Wiegandius inde etiam *τὸν διὰ πάντων κριτήν* putat dictum esse iudicem, qui de primo, secundo, tertio certaminis praemio sententiam tulerit, eoque

πρῶτος κατὰ τὴν σὴν δόξαν εὐδαιμονίᾳ καὶ τίς δεύτερος, καὶ τοὺς ἄλλους ἑξῆς πέντε ὄντας κρῖνε, βασιλικόν, τιμοκρατικόν, ὀλιγαρχικόν, δημοκρατικόν, τυραννικόν. Ἀλλὰ ῥᾳδία, ἔφη, ἡ κρίσις. καθάπερ γὰρ εἰςῆλθον, ἔγωγε ὥςπερ χοροὺς κρίνω, ἀρετῇ καὶ κακίᾳ καὶ εὐδαιμονίᾳ καὶ τῷ ἐναντίῳ. Μισθωσώμεθα οὖν κήρυκα, ἦν δ' ἐγώ, ἢ αὐτὸς ἀνείπω, ὅτι ὁ
C Ἀρίστωνος υἱὸς τὸν ἄριστόν τε καὶ δικαιότατον εὐδαιμονέστατον ἔκρινε, τοῦτον δ' εἶναι τὸν βασιλικώτατον καὶ βασιλεύοντα αὑτοῦ, τὸν δὲ κάκιστόν τε καὶ ἀδικώτατον ἀθλιώτατον, τοῦτον δὲ αὖ τυγχά-

P. 580. B. *καὶ τίς δεύτερος*] Accessit *καί* ex Flor. a. c. x. *α*. *γ*. Par. A. Vind. Vat. m. et Stob. Serm. XLI. p. 265. Mox *κρῖνε* Par. A. repetitae lectionis. Ven. Ξ. Vind. Par. K. Vat. m. Flor. a. c. *κρίνε* Flor. *α*. *γ*. Vulgo erat *κρῖναι*.

*κήρυκα, ἦν δ' ἐγώ·*] *ἦν δ' ἐγώ, κήρυκα* Flor. *β*. Mon. Dein vulgo pessime *ἂν εἴπω*. Correximus ex Par. A. Ven. Ξ. Vind. Mon. Vat. m. r. et sex Florentinis. Verum iam Stephan. vidit.

C. *Ἦ οὖν προςαναγορεύω*] Sic Bas. 2. et codd. Par. A. Ven. Ξ. Ang. Flor. a. c. x. *α*. *γ*. Vulgo *προςαγορεύω*. Sed *προςαναγορεύειν* optime ponitur de eo, qui praeconis instar praeter cetera etiam aliud quid renunciat. Dein item vulgo legebatur

ratione probata omnia clara et illustria existere arbitratur. Sed quantumvis haec loci interpretatio alicui blandiatur, tamen multum veremur, ne ea omnibus rei momentis accuratius ponderatis non omnino probari debeat. Nam primum quidem varii illi variarum aetatum cursus ad rem praesentem parum aut nihil faciunt. Deinde ipse Plato in proximis non gymnica, sed musica potius certamina intelligenda esse significavit iniecta chororum mentione. Nimirum etiam in musicis certaminibus *ἀγῶνες διὰ πάντων* instituti sunt. Cuius rei certissima documenta in Boeckhii Corpore Inscriptionum reperiuntur, veluti Vol. I. n. 1720. ubi *τὸ κοινὸν τῆς Βειθυνίας* narratur musicam victoriam reportasse, idque tribus modis: *πυθαύλας, χοραύλας καὶ τὸν διὰ πάντων*; itemque commune aliarum civitatum. Conf. etiam I. Henr. Krause, Olympia od. Darstellung der grossen Olymp. Spiele p. 225 sq. Itaque nos quidem cum Schneidero ipso Platone duce de musicis certaminibus cogitandum censemus, in quibus sicuti item *διὰ πάντων ἀγῶνες* instituti sunt, ita sine dubio etiam *διὰ πάντων κριταί* fuerunt constituti, qui contentione finita quasi per omnia eundo singulis victoribus pro variis cuique certaminum generibus sua praemia suosque honores tribuerent imprimisque etiam de praemio *τῷ διὰ πάντων ἀγῶνι* assignando decernerent. Sed haec quidem de re admodum obscura satis sunto. Sufficiet enim verba Platonis, quantum nunc fieri potuit, pau-



νειν ὄντα ὃς ἂν τυραννικώτατος ὢν ἑαυτοῦ τε ὅ τι μάλιστα τυραννῇ καὶ τῆς πόλεως; Ἀνειρήσθω σοι, ἔφη. Ἦ οὖν προςαναγορεύω, εἶπον, ἐάν τε λανθάνωσι τοιοῦτοι ὄντες, ἐάν τε μή, πάντας ἀνθρώπους τε καὶ θεούς; Προςαναγόρευε, ἔφη.

Cap. VII. Εἶεν δή, εἶπον· αὕτη μὲν ἡμῖν ἡ ἀπόδειξις μία ἂν εἴη. δευτέραν δὲ δεῖ τήνδε, ἐάν τι D
δόξῃ, εἶναι. Τίς αὕτη; Ἐπειδή, ὥςπερ πόλις, ἦν δ' ἐγώ, διῄρηται κατὰ τρία εἴδη, οὕτω καὶ ψυχὴ ἑνὸς ἑκάστου τριχῇ, δέξεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἑτέραν ἀπόδειξιν. Τίνα ταύτην; Τήνδε. Τριῶν ὄν-

*Προςαγόρευε*, quod tum ex libris modo memoratis, tum e Vat. Θ. Ven. II. Vat. r. emendatum.

Cap. VII. D. *δευτέραν δὲ δεῖ —*] *δεῖ δὲ* Par. A D. Vat. Θ. Ven. II. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. *γ*. quod spreverunt etiam Turr.

*τριχῇ, δέξεται, ὡς ἐμοὶ δ.*] Par. A. ante *δέξεται* interponit *τὸ λογιστικόν*, turpissimum glossema, cuius origo ex tertiae personae usu infra declarato cognoscitur. Item in Vat. Θ. Ven. II. Vind. Par. D. Vat. m. Flor. a. c. x. *α*. *γ*. *λογιστικόν* interiectum, omisso articulo. Flor. *β*. *τρ. λογιστικὴν δέξεται*. Mon. *τρ. λογιστικὴ δ*. Par. K. *λογιστικὸν ἐπιθυμητικὸν θυμικὸν δέξεται*.

cis vel defendisse vel interpretationis luce collustravisse.

B. *καθάπερ γὰρ εἰςῆλθον*] in scenam ingressi sunt. Verba *ἀνειπεῖν, ἀνειρηκέναι, ἀναγορεύειν* propria sunt de praecone victores renunciante.

*ὅτι ὁ Ἀρίστωνος υἱός*] Paronomasia inest in *Ἀρίστωνος* et *ἄριστον*, cuius exempla collegit Ast. ad Phaedr. p. 276.

Cap. VII. D. *ἐάν τι δόξῃ*] si qua placuerit.

*δέξεται — καὶ ἑτέραν ἀπόδειξιν*] res aliam etiam capiet demonstrationem. Nam *δέξεται* absolute positum idem est quod *αὐτὸ* sive *τὸ πρᾶγμα δέξεται*. Phaedon. p. 93. A: *εἴπερ ἐνδέχεται τοῦτο γίγνεσθαι*. Phaedr. p. 271. C: *ὡς δὲ δεῖ γράφειν, εἰ μέλλει τεχνικῶς ἔχειν, καθ' ὅσον ἐνδέχεται, λέγειν ἐθέλω*. De Rep. V. p. 453. D: *οὐ γὰρ εὐκόλῳ ἔοικεν*. Protagor. p. 312. D.; Phaedon. p. 69. D: *τοῖς δὲ πολλοῖς ἀπιστίαν παρέχει*. Theaet. p. 187. C: *θράττει μέ πως*. ubi multa alia id genus collegimus. Legg. VI. p. 753. B: *σοὶ δὲ — ἐμμελῶς ἔχει*. Ibid. p. 759. B: *οἷς δὲ μὴ καθεστήκοι*. Legg. p. 839. C: *ἀλλὰ γὰρ εἰς τοῦτο προβέβηκε*. L. X. p. 886. E. al. Itaque subiectum utique latet in antegressis, poniturque tertia persona absolute, ut quum Germanice dicimus: *es wird auch noch eine andere Beweisführung zulassen*. Scilicet intelligitur nihil aliud, quam quod hactenus efficere studuerunt, virtutem et iustitiam habita felicitatis ratione iniustitiae longissime anteponendam esse. Est igitur hic locus certissimo documento, etiam librum Pari-

των τριτταὶ καὶ ἡδοναί μοι φαίνονται, ἑνὸς ἑκάστου
μία ἰδία· ἐπιθυμίαι τε ὡςαύτως καὶ ἀρχαί. Πῶς
λέγεις; ἔφη. Τὸ μέν, φαμέν, ἦν ᾧ μανθάνει ἄν-
θρωπος, τὸ δὲ ᾧ θυμοῦται· τὸ δὲ τρίτον διὰ πο-
E λυειδίαν ἑνὶ οὐκ ἔσχομεν ὀνόματι προςειπεῖν ἰδίῳ
αὐτοῦ, ἀλλὰ ὃ μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον εἶχεν ἐν
αὐτῷ, τούτῳ ἐπωνομάσαμεν. ἐπιθυμητικὸν γὰρ αὐτὸ
κεκλήκαμεν διὰ σφοδρότητα τῶν περὶ τὴν ἐδωδὴν
ἐπιθυμιῶν καὶ πόσιν καὶ ἀφροδίσια καὶ ὅσα ἄλλα
τούτοις ἀκόλουθα, καὶ φιλοχρήματον δή, ὅτι διὰ
581 χρημάτων μάλιστα ἀποτελοῦνται αἱ τοιαῦται ἐπιθυ-
μίαι. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ τὴν ἡδο-
νὴν αὐτοῦ καὶ φιλίαν εἰ φαῖμεν εἶναι τοῦ κέρδους,
μάλιστ' ἂν εἰς ἓν κεφάλαιον ἀπερειδοίμεθα τῷ λόγῳ,

Τὸ μέν, φαμέν, ἦν ᾧ μ.] Vulgatam hanc lectionem *Τὸ μέν, φαμέν, ἦν ᾧ μανθάνει κ. τ. λ.* Bremius ad Epistol. Socrat. p. 323. ed. Orell. ita mutandam censuit, ut *ἦν* deleto scriberetur *Τὸ μέν φαμεν κ. τ. λ.* In Mon. Ang. *φαμέν* deest. Codd. Vat. Θ. r. Flor. α. γ. *φαμέν, ἦν δ' ἐγώ,* quod olim non debebam recipere. v. annot.

E. τούτῳ ἐπωνομ.] *τοῦτο* Flor. a. c. x. α. γ. Ang. Vat. m. et ex corr. Par. K.

διὰ σφοδρότητα τῶν περὶ τὴν ἐδωδήν] Articulum *τήν* vulgo neglectum praeter Ven. Ξ. et Flor. α. libri omnes praebuerunt. Post *τῶν* omisimus *τε* cum Par. Α. Vind. Vat. m. Flor. a. c. x. γ. et pr. Ven. Ξ.

sinum optimum criticorum emplastra continere. Tenet tamen *τὸ λογιστικὸν* mordicus Schneiderus.

ἐπιθυμίαι τε ὡςαύτως καὶ ἀρχαί] sc. *τριτταί μοι φαίνονται.* De sententia comparant Max. Tyr. XXII. p. 267: *τριῶν δὲ πολιτειῶν τρία τ' αὖ μιμήματα βίων ἴδοις ἂν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ.* Themist. Orat. II. p. 35: *τῷ γὰρ ὄντι κινδυνεύουσι τοσαῦτα εἶναι εἴδη πολιτειῶν, ὅσαπερ καὶ ἀνθρώπου ψυχῆς.* Quae referenda sunt ad libr. VIII. c. 2.

Τὸ μὲν, φαμέν, ἦν ᾧ μανθ.] Nihil hic mutandum arbitramur. Etenim *φαμέν* sic interpositum nihil habet offensionis. cf. libr. II. p. 368. E. V. p. 478. A. p. 472. D. ibique annot. Imperfectum *ἦν* vero ideo ponitur, quia respicitur ad disputationem illam de tribus animi partibus, libr. IV. p. 439 sqq. agitatam.

E. τούτῳ ἐπωνομάσαμεν] hoc *illi* nomen imposuimus, i. e. inde nomen repetivimus, quod ei tribuimus. Cratyl. p. 420. B: *δόξα μέν — τῇ διώξει ἐπωνομάσθη.* Theaet. p. 185. C: *ᾧ τὸ ἔστι ἐπονομάζεις.*



ὥςτε τι ἡμῖν αὐτοῖς δηλοῦν, ὁπότε τοῦτο τῆς ψυχῆς
τὸ μέρος λέγοιμεν, καὶ καλοῦντες αὐτὸ φιλοχρήματον
καὶ φιλοκερδὲς ὀρθῶς ἂν καλοῖμεν; Ἐμοὶ γοῦν δο-
κεῖ, ἔφη. Τί δέ; τὸ θυμοειδὲς οὐ πρὸς τὸ κρατεῖν
μέντοι φαμὲν καὶ νικᾶν καὶ εὐδοκιμεῖν ἀεὶ ὅλον ὡρ-
μῆσθαι; Καὶ μάλα. Εἰ οὖν φιλόνεικον αὐτὸ καὶ B
φιλότιμον προςαγορεύοιμεν, ἦ ἐμμελῶς ἂν ἔχοι; Ἐμ-
μελέστατα μὲν οὖν. Ἀλλὰ μὴν ᾧ γε μανθάνο-
μεν, παντὶ δῆλον, ὅτι πρὸς τὸ εἰδέναι τὴν ἀλή-
θειαν ὅπῃ ἔχει πᾶν ἀεὶ τέταται, καὶ χρημάτων τε καὶ
δόξης ἥκιστα τούτων τούτῳ μέλει. Πολύ γε. Φι-
λομαθὲς δὴ καὶ φιλόσοφον καλοῦντες αὐτὸ κατὰ
τρόπον ἂν καλοῖμεν; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν, ἦν
δ' ἐγώ, καὶ ἄρχει ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν μὲν τοῦτο, C

**P. 581.** ὀρθῶς ἂν καλοῖμεν] **Mon. Flor.** *β. ἆρ' ὀρθῶς ἂν κ.*

utramque rationem ab optimo principe vel aristocratico distare putandus sit. Redit vero omnis ratio eius huc. Constituit philosophus supra quinque civitatum genera hoc ordine sese excipientia: aristocratiam, quam eandem etiam ut regalem principatum informat, timocratiam, oligarchiam, democratiam, denique tyrannidem. Iam vero tyrannum ab oligarchico tribus gradibus, oligarchicum vero ab aristocratico vel regali principe item tribus gradibus distare animadvertit. Quos quidem gradus non iam ita dinumerat, ut sex esse intelligantur, sed potius multiplicando auget, ita ut ter terni, hoc est, noveni emergant. Nempe vis ternionis, qua efficitur graduum multiplicatio, utique exinde repetenda est, quod tyrannus iudicatus est a sincera voluptate tertio gradu remotus esse. Iam vero postquam hac ratione demonstratum est, tyrannum secundum numerum planum sive ἐπίπεδον (h. e. simplex quadratum) novem gradibus abesse a sincerae voluptatis fructu, deinde etiam proceditur longius. Informavit enim philosophus vim voluptatis non tantum ut linea vel longitudine porrectam, sed etiam ut extensam in latitudinem sive ut cubicam. In quo fortasse secutus est Pythagoreos, quos ipsos quoque constat virtutes et vitia ad numeros retulisse, ut nec mirum videatur, si etiam voluptates ad eandem trutinam exigere studuerint. Nimirum cubicam illi rationem, si quid iudicare possumus, ideo maxime respectaverunt, quia virtutum, vitiorum, sensuum, voluptatum denique, materiam quasi quandam vel substantiam esse intelligere sibi visi sunt, qua vis ipsorum absolveretur. Haec igitur caussa videtur esse, cur Plato voluptatis adulterae cum voluptate sincera comparationem etiam ad cubicam mensuram revocandam statuerit. Quam quidem mensuram ipse significavit verbis: κατὰ δύναμιν καὶ τὴν τρίτην αὔξην. Etenim δύναμις mathematicis Graecis est potentia, imprimis secunda vel quadrata, sicuti ad Theaeteti locum p. 147. D. ostendimus. Quare apte subiungitur: καὶ τρίτην αὔξην, quo significatur tertia potentia. Itaque numerus novenarius, qui primitus ex ternione ut radice ortus est ἐπίπεδος, iam rursus semet ipso tertia potentia adaugetur, hoc modo: $9 \times 9 = 81$.

δημοτικὸς ἦν. Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἡδονῆς τρίτῳ εἰδώ-
λῳ πρὸς ἀλήθειαν ἀπ᾽ ἐκείνου ξυνοικοῖ ἄν, εἰ τὰ
πρόσθεν ἀληθῆ; Οὕτως. Ὁ δέ γε ὀλιγαρχικὸς ἀπὸ
D τοῦ βασιλικοῦ αὖ τρίτος, ἐὰν εἰς ταὐτὸν ἀριστοκρα-
τικὸν καὶ βασιλικὸν τιθῶμεν. Τρίτος γάρ. Τριπλα-
σίου ἄρα, ἦν δ᾽ ἐγώ, τριπλάσιον ἀριθμῷ ἀληθοῦς
ἡδονῆς ἀφέστηκε τύραννος. Φαίνεται. Ἐπίπεδον ἄρ᾽,
ἔφην, ὡς ἔοικε, τὸ εἴδωλον κατὰ τὸν τοῦ μήκους ἀρι-

Vat. m. Flor. a. c. α. δημοκρατικός, quod in Par. A. superscriptum est.

D. καὶ τρίτην αὔξην] τὴν vulgo ante τρίτην interpositum om. Par. A. Vind. Φ. Vat.. m. Flor. a. γ. Eiecerunt etiam Schn. Turr. Herm.

E. τελεωθείσῃ τῇ π.] Sic Vat. Θ. Par. DK. Ven. II. pro

et $9 \times 81 = 729$. qui ipse est numerus ille tyrannicus, qui indicat, quantum discriminis inter optimum optimae civitatis principem atque tyrannum felicitatis habita ratione intercedat. Quae omnia quo clarius perspiciantur, non inutile erit rem in tabula descriptam sub oculorum conspectu posuisse:

| | longitudo | latitudo |
|---|---|---|
| I. aristocratia s. regalis principatus: | | 1:9 |
| II. timocratia | 3 | 27 |
| III. oligarchia | × | 81 |
| IV. democratia | 3 | 243 |
| V. tyrannis | × | 729 |
| | 9 | |

Iam vero ubi disquirimus, quid consilii Plato in his ita explicandis sequutus esse putari debeat, res nobis quidem neutiquam adeo obscura videtur, ut explicari nequeat. Nam quum libro octavo atque nono uberrima disputatione τὸ ποιόν sive qualitatem felicitatis et infelicitatis variorum imperiorum illustraverit, tum hoc loco etiam τὸ ποσόν sive quantitatem eiusdem indicavit, quod profecto ad rem praesentem longe fuit gravissimum, ut denique hac quoque ex parte constaret certius, quantum iustitia iniustitiae felicitatis nomine antecelleret. Hoc autem perfecit ratione Pythagorica, quippe quam unam ad huius rei demonstrationem aptissimam esse intellexisset. Quocirca totam rem quod revocavit ad calculos, minime mirum aut absurdum videri debet, praesertim quum id instituerit prudentissime. Callidissimo enim consilio in exquirenda voluptatum latitudine duplicem fecit rerumpublicarum ordinem, alterum, qui aristocratiam, timocratiam et oligarchiam complecteretur atque secundae tantum potentiae (τῆς δυνάμεως) haberet augmentum; alterum qui ab ipsa oligarchia exorsus usque ad tyrannidem pertenderet atque tertiae potentiae (τῆς τρίτης αὔξης) vim experiretur. Qua ratione luculentissime demonstravit, infelicitatis atque miseriae incrementa in civitatibus ipsis pariter atque in earum recto-



θμὸν ἡδονῆς τυραννικῆς ἂν εἴη. Κομιδῇ γε. Κατὰ
δὲ δύναμιν καὶ τρίτην αὔξην δῆλον δὴ ἀπόστασιν
ὅσην ἀφεστηκὼς γίγνεται. Δῆλον, ἔφη, τῷ γε λογι-
στικῷ. Οὐκοῦν ἐάν τις μεταστρέψας ἀληθείᾳ ἡδονῆς
τὸν βασιλέα τοῦ τυράννου ἀφεστηκότα λέγῃ, ὅσον E
ἀφέστηκεν, ἐννεακαιεικοσικαιεπτακοσιοπλασιάκις ἥδιον
αὐτὸν ζῶντα εὑρήσει τελεωθείσῃ τῇ πολλαπλασιώσει,
τὸν δὲ τύραννον ἀνιαρότερον τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἀπο-

vulg. τελειωθείσῃ. Altera forma haud scio an ubique restituenda sit. Libr. V. p. 465. D. τροφὴ τελεωτέρα, ubi nullus codex τελειοτέρα, quum Politic. p. 270. B. plurimi habeant τελειοτάτην τροπήν, meliores τελεωτάτην. Libr. II. p. 377. B. longe plurimi τελεωθῶσι. V. p. 466 E. omnes τελεωθέντας. VI. p. 487. A. paucissimi τελειωθῶσι. Ibid. p. 498. B. plurimi τελεοῦσθαι. Vulgatum tenuit Schneid. asseclis suis consentientibus.

ribus tanto vehementius invalescere, quo longius ipsae ab optimo principatu remotae essent. Nam in tribus quidem prioribus civitatum generibus minor tardiorque malorum progressio fit; in posterioribus autem eadem tanta vi ingruit, ut mala malis ingenti multitudine accumulari facile intelligatur.

ἡδονῆς τρίτῳ εἰδώλῳ] Est enim voluptas tyranni nihil nisi adumbrata quaedam verae voluptatis species.

Τριπλασίου ἄρα — τριπλάσιον] um das Dreifache des Dreifachen ist er entfernt.

Ἐπίπεδον ἄρ᾽ — εἴη] Vocabulum ἐπίπεδον illustratur verbis consequentibus: κατὰ τὸν τοῦ μήκος ἀριθμόν. Intelligitur autem numerus novenarius ternarii numeri multiplicatione effectus, qui quoniam quadrati instar superficiem tantum repraesentat neque corpus solidum, recte vocatur ἐπίπεδον. Minus recte Schneiderus p. LXXXXVI. verba sic interpretatur: Si quis simulacrum voluptatis tyrannicae planum ponat, ei longitudinis numero iam indicato utendum et secundum eum plani magnitudinem definiendam esse.

Κατὰ δὲ δύναμιν καὶ τρίτην αὔξην] Opponitur δύναμις καὶ τρίτη αὔξη antegresso ἐπιπέδῳ. Nimirum δύναμις, ut iam antea significavimus, secunda potentia numeri novenarii intelligitur: $9 \times 9 = 81$.: sed τρίτη αὔξη vocatur tertia eiusdem potentia: $9 \times 81 = 729$. Nam δύναμιν eximie dici secundam potentiam, ad Theaetetum p. 147. D. monuimus. Fallitur igitur de his Schneiderus l. c. τρίτην αὔξην putans per epexegesin ad δύναμιν additum esse. Efficitur autem ipso hoc secundae potentiae auctu sane eatenus latitudo, quatenus numerus novenarius numeri ternarii quadrato exstitit ideoque multiplicatio ternionis quodammodo est continuata.

ἐάν τις μεταστρέψας —] i. e. inversa ratione, ita ut non iam definiatur, quanto inter-

στάσει. Ἀμήχανον, ἔφη, λογισμὸν καταπεφόρηκας τῆς
588 διαφορότητος τοῖν ἀνδροῖν, τοῦ τε δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου, πρὸς ἡδονήν τε καὶ λύπην. Καὶ μέντοι καὶ ἀληθῆ καὶ προςήκοντά γε, ἦν δ᾽ ἐγώ, βίοις ἀριθμόν, εἴπερ αὐτοῖς προςήκουσιν ἡμέραι καὶ νύκτες καὶ μῆνες καὶ ἐνιαυτοί. Ἀλλὰ μήν, ἔφη, προςήκουσιν. Οὐκοῦν εἰ τοσοῦτον ἡδονῇ νικᾷ ὁ ἀγαθός τε καὶ δίκαιος τὸν κακόν τε καὶ ἄδικον, ἀμηχάνῳ δὴ ὅσῳ πλεῖον νικήσει εὐσχημοσύνῃ τε βίου καὶ κάλλει καὶ ἀρετῇ; Ἀμηχάνῳ μέντοι νὴ Δία, ἔφη.

Cap. XII. Εἶεν δή, εἶπον· ἐπειδὴ ἐνταῦθα λό-
B γου γεγόναμεν, ἀναλάβωμεν τὰ πρῶτα λεχθέντα, δι᾽ ἃ δεῦρ᾽ ἥκομεν. ἦν δέ που λεγόμενον λυσιτελεῖν ἀδι-

P. 588. ὅσῳ πλεῖον νικήσει] πλέονι Mon. Flor. β. x. probante Bekkero. Angel. πλείονι. Sed πλεῖον melius convenit cum τοσοῦτον.

Cap. XII. B. αὐτῷ διαλεγώμεθα] V. αὐτό, quod e Stob.

vallo tyrannus a rege distet, sed potius quanto beatior sit rex, quam tyrannus. De usu loquendi v. ann. ad Gorg. p. 456. E.

E. τῆς διαφορότητος τῶν ἀνδρῶν] Vocabulum διαφορότης tanquam Platonicum notarunt Moeris p. 128. Thomas M. p. 222. Legitur etiam Theaet. p. 209. A. D. Phileb. p. 12. E. 14. A. Parmenid. p. 141. C. De καταπεφόρηκας consulas Matthiae Gr. §. 378.

P. 588. Καὶ μέντοι καὶ ἀληθῆ — βίοις ἀριθμόν] Significatur numerum 729 hac in caussa etiam longe esse convenientissimum, quia eo vitarum dies et noctes, menses, anni definiantur, ut facile inde intelligi liceat, quantum felicitatis et infelicitatis discrimen inter regem et tyrannum atque etiam ceteros vel singulis temporum momentis intercedat. Nam hic videtur verborum sensus esse, quem Schneiderus l. c. p. LXXXXII. parum accurate declaravit, hoc dici existimans: regi tantundem singulis minutis, quas dicimus, voluptatis suppetere, quantum tyranno totis diebus, singulisque vel horis vel diebus noctibusve perceptam ab hoc voluptatem aequare illius menstruam vel annuam. Hoc enim si Plato voluit, certe ei non opus fuit uno maxime numero 729, sed potuit uti etiam alio. At nimirum ipse philosophus hunc unum potissimum numerum καὶ ἀληθῆ καὶ προσήκοντα βίοις dixit, siquidem ei vitae dies et noctes et menses et anni conveniant. Nimirum significavit isto modo virtutem illius numeri utique hanc esse, ut metiendis temporibus sit longe aptissimus. Quippe dimidium eius fere annum trecentorum sexaginta quinque dierum complet, ut dies atque noctes si connumerentur, ille ipse numerus 729 efficiatur. Atque similis est ratio horarum cum mensibus comparatarum, et minutarum diei partium, quas hodie vocare solemus, ubi ad diem comparantur. Verissime igitur hactenus Schneiderus:



κεῖν τῷ τελέως μὲν ἀδίκῳ, δοξαζομένῳ δὲ δικαίῳ. ἢ οὐχ οὕτως ἐλέχθη; Οὕτω μὲν οὖν. Νῦν δή, ἔφην, αὐτῷ διαλεγώμεθα, ἐπειδὴ διωμολογησάμεθα, τό τε ἀδικεῖν καὶ τὸ δίκαια πράττειν ἣν ἑκάτερον ἔχει δύναμιν. Πῶς; ἔφη. Εἰκόνα πλάσαντες τῆς ψυχῆς λόγῳ, ἵν᾽ εἰδῇ ὁ ἐκεῖνα λέγων οἷα ἔλεγε. Ποίαν τινά; ἦ δ᾽ ὅς. Τῶν τοιούτων τινά, ἦν δ᾽ ἐγώ, οἷα μυθο- C
λογοῦνται παλαιαὶ γενέσθαι φύσεις, ἥ τε Χιμαίρας καὶ ἡ Σκύλλης καὶ Κερβέρου, καὶ ἄλλαι τινὲς συχναὶ λέγονται ξυμπεφυκυῖαι ἰδέαι πολλαὶ εἰς ἓν γενέσθαι. Λέγονται γάρ, ἔφη. Πλάττε τοίνυν μίαν μὲν ἰδέαν θηρίου ποικίλου καὶ πολυκεφάλου, ἡμέρων δὲ θηρίων ἔχοντος κεφαλὰς κύκλῳ καὶ ἀγρίων, καὶ δυνατοῦ με-

Sermon. IX. p. 119. Euseb. Praep. Ev. XII, 46. p. 615. C. et codd. Par. ADK. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. correctum. Erroris causam ex loci interpretatione cognosces. Frustra C. Schmidt. Epist. ad Turr. p. 13. corr. αὖ οὕτω διαλ.

Ille enim numerus is est, qui et annum et mensem et diem et noctem sic metitur, ut temporis partitio proxime ad eam, qua hodie utimur, accedens inde proficiscatur, cuius partitionis veritas simul clarissima in luce collocata apparet.

ἀμηχάνῳ δὴ ὅσῳ πλεῖον νικήσει] Structuram illustravit Matth. Gr. §. 445. c.

Cap. XII. B. ἐνταῦθα λόγου] Frequentius dicitur addito articulo ἐνταῦθα τοῦ λόγου, monente Lobeck. ad Phrynich. p. 280.

ἦν δέ που λεγόμενον] Sequitur locus gravissimus, quo refutatur sententia Thrasymachi, qui libro primo contenderat iniustitiam ita plurimum prodesse, si et perfecta esset et iustitiae speciem prae se ferret. Nec tamen Thrasymachus hic diserte nominatur, sed tantum significatur, sive id fiat per urbanitatem quandam, sive ne homo ad iram proclivior et iam factus sedatior denuo lacessatur. Latet autem in antegresso: ἦν δέ που λεγόμενον notio pronominis indefiniti τις. Unde deinde αὐτῷ διαλεγώμεθα infertur. Sic αὐτὸς ad suppressum τις referri docuimus ad Gorg. p. 469. C. 520. E. De Rep. VI. p. 503. D. infra p. 591. A.

C. Πλάττε τοίνυν μίαν μὲν ἰδ.] Allegoria prorsus egregia, qua rationem hominis partem esse vere humanam praeclare docetur. Ceterum haec multorum scriptorum imitatione celebrata sunt. v. Galen. de Hipp. et Plat. Dogm. VI. p. 298. Bas. Themist. in Gratian. p. 169. C. Synesius Dion. p. 39. fin. de Regn. p. 11. A. Iamblich. Protrept. p. 30. et 84. sqq. ed. Kiessl. Plotin. Ennead. p. 4. G. Ioannes Chrysostom. Homil. III. p. 20. ed. Matthaei. Photius c. Manichaeos in Wolfii Anecdot. Gr. T. II. p. 95. et quos laudant Boisson. ad Philostrat. p. 321. Creuzer. ad Procl. in Alcib. p. 78. sqq. p. 160. Praeterea conferas ipsum Platonem De Rep. libr. IV. p. 430. B. Politic. p. 309. D. Phaedr. p. 246. A. sqq. et p. 230. A.

ταβάλλειν καὶ φύειν ἐξ αὐτοῦ πάντα ταῦτα. Δεινοῦ
D πλάστου, ἔφη, τὸ ἔργον· ὅμως δέ, ἐπειδὴ εὐπλαστό-
τερον κηροῦ καὶ τῶν τοιούτων λόγος, πεπλάσθω.
Μίαν δὴ τοίνυν ἄλλην ἰδέαν λέοντος, μίαν δὲ ἀν-
θρώπου· πολὺ δὲ μέγιστον ἔστω τὸ πρῶτον, καὶ δεύ-
τερον τὸ δεύτερον. Ταῦτα, ἔφη, ῥᾴω· καὶ πέπλασται.
Σύναπτε τοίνυν αὐτὰ εἰς ἓν τρία ὄντα, ὥςτε πῃ ξυμ-
πεφυκέναι ἀλλήλοις. Συνῆπται, ἔφη. Περίπλασον δὴ
αὐτοῖς ἔξωθεν ἑνὸς εἰκόνα, τὴν τοῦ ἀνθρώπου, ὥςτε
E τῷ μὴ δυναμένῳ τὰ ἐντὸς ὁρᾶν, ἀλλὰ τὸ ἔξω μόνον
ἔλυτρον ὁρῶντι ἓν ζῶον φαίνεσθαι, ἄνθρωπον. Πε-
ριπέπλασται, ἔφη. Λέγωμεν δὴ τῷ λέγοντι, ὡς λυσι-
τελεῖ τούτῳ ἀδικεῖν τῷ ἀνθρώπῳ, δίκαια δὲ πράτ-
τειν οὐ ξυμφέρει, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φησὶν ἢ λυσιτελεῖν
αὐτῷ τὸ παντοδαπὸν θηρίον εὐωχοῦντι ποιεῖν ἰσχυ-
ρὸν καὶ τὸν λέοντα καὶ τὰ περὶ τὸν λέοντα, τὸν
589 δὲ ἄνθρωπον λιμοκτονεῖν καὶ ποιεῖν ἀσθενῆ, ὥςτε
ἕλκεσθαι ὅπῃ ἂν ἐκείνων ὁπότερον ἄγῃ, καὶ μηδὲν ἕτε-
ρον ἑτέρῳ ξυνεθίζειν μηδὲ φίλον ποιεῖν, ἀλλ' ἐᾶν αὐτὰ
ἐν αὐτοῖς δάκνεσθαί τε καὶ μαχόμενα ἐσθίειν ἄλληλα.

C. φύειν ἐξ αὐτοῦ πάντα ταῦτα] Sic Bekkerus ex Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Ang. Vat. δ., quibuscum Flor. β. x. faciunt. Vulgo ταῦτα πάντα.

D. καὶ δεύτερον τὸ δεύτερον] Steph. per errorem scripsit: καὶ δεύτερον δεύτερον, τὸ δεύτερον.

P. 589. ὅπῃ ἂν — ἄγῃ] Par. K. ὅποι, probante Astio, v. ad libr. VIII. p. 556. A. et VI. p. 492. C. Coniunctivum ἄγῃ pro vulg. ἄγοι praebuerunt Par. A. Vat. Θ. Ven. II. Vindob. Ang. Vat. m. r. Stobaeus et Eusebius.

D. ἐπειδὴ εὐπλαστότερον — λόγος] Imitatores loci indicat Victor. Varr. Lectt. X, 14. conf. Cicer. De Orat. III. cap. 45.

E. τὸ ἔξω μόνον ἔλυτρον] externum tantum velamen, h. e. humanam speciem, qua monstrum veluti involutum est.

P. 589. ὅθεν τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντός ἄνθρ.] En hominem in homine latentem! Videlicet internus ille homo, qui in immani inclusus est bestia, humanam rationem significat, sive το λογιστικόν, penes quod τοῦ ἐπιθυμητικοῦ et θυμικοῦ imperium esse convenit.

B. την τοῦ λέοντος φύσιν] Nam τὸ θυμικόν, utpote pars animi cupiditatibus generosior, τῷ λογιστικῷ debet contra τὸ ἐπιθυμητικόν ferre auxilium. De quo argumento philosophus libro quarto copiosius exposuit.



Παντάπασι γάρ, ἔφη, ταῦτ' ἂν λέγοι ὁ τὸ ἀδικεῖν
ἐπαινῶν. Οὐκοῦν αὖ ὁ τὰ δίκαια λέγων λυσιτελεῖν
φαίη ἂν δεῖν ταῦτα πράττειν καὶ ταῦτα λέγειν, ὅθεν
τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἔσται ἐγκρατέστα-
τος, καὶ τοῦ πολυκεφάλου θρέμματος ἐπιμελήσεται B
ὥςπερ γεωργός, τὰ μὲν ἥμερα τρέφων καὶ τιθασεύων,
τὰ δὲ ἄγρια ἀποκωλύων φύεσθαι, ξύμμαχον ποιησά-
μενος τὴν τοῦ λέοντος φύσιν, καὶ κοινῇ πάντων κη-
δόμενος, φίλα ποιησάμενος ἀλλήλοις τε καὶ αὑτῷ,
οὕτω θρέψει; Κομιδῇ γὰρ αὖ λέγει ταῦτα ὁ τὸ δί-
καιον ἐπαινῶν. Κατὰ πάντα τρόπον δὴ ὁ μὲν τὰ
δίκαια ἐγκωμιάζων ἀληθῆ ἂν λέγοι, ὁ δὲ τὰ ἄδικα C
ψεύδοιτο. πρός τε γὰρ ἡδονὴν καὶ πρὸς εὐδοξίαν
καὶ ὠφέλειαν σκοπουμένῳ ὁ μὲν ἐπαινέτης τοῦ δι-
καίου ἀληθεύει, ὁ δὲ ψέκτης οὐδὲν ὑγιὲς οὐδ' εἰδὼς
ψέγει ὅ τι ψέγει. Οὔ μοι δοκεῖ, ἦ δ' ὅς, οὐδαμῇ
γε. Πείθωμεν τοίνυν αὐτὸν πρᾴως, οὐ γὰρ ἑκὼν
ἁμαρτάνει, ἐρωτῶντες· Ὦ μακάριε, οὐ καὶ τὰ καλὰ
καὶ αἰσχρὰ νόμιμα διὰ τὰ τοιαῦτ' ἂν φαῖμεν γεγο-
νέναι; τὰ μὲν καλὰ τὰ ὑπὸ τῷ ἀνθρώπῳ, μᾶλλον D

B. καὶ τιθασεύων] τιθασεύων Par. A. Vat. m. Flor. a. c. et a pr. Vind. Vulgo τιθασσεύων. Receptam scripturam vulgatae praeferendam esse docuit Porson. Adversar. p. 112. ed. Lips.

ὁ μὲν τὰ δίκαια] Sic Par. ADK. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. et sex Florentini. Vulgo μέν post τά ponebant. In Vat. Θ. r. μέν deest.

C. ὅ τι ψέγει] Vulgatum ψέγοι solus Vat. Θ. tueri videtur.

τὰ καλὰ καὶ αἰσχρά] Sic Par. ADK. Ven. II. Mon. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. β. γ. Legebatur καὶ τὰ αἰσχρά.

C. πρός τε γὰρ ἡδονήν καὶ πρ. —] Nam sive ad voluptatem spectas sive ad bonam existimationem et utilitatem, iustitiae laudator vera dicit, vituperator nihil sani in medium affert, nec rei ignarus reprehendit quae reprehendit. Post οὐδὲν ὑγιές ex praecedenti ἀληθεύει, i. e. ἀληθὲς λέγει, per synesin intelligendum λέγει, nisi praestat cum Schneidero ὑγιὲς ad ψέγει referre et hoc pro ψέγων λέγει accipere.

D. τὰ μὲν καλὰ — δουλούμενα;] Ποιεῖν τὰ θηριώδη — ὑπὸ τῷ ἀνθρώπῳ est ferinas naturae partes divinioris partis imperio subiicere. Mox p. 590. B: ὅταν τις τὸ αὐτὸ τοῦτο — ὑπὸ τῷ ὀχλώδει θηρίῳ ποιῇ. Ceterum haec verba quia illustrant praecedens istud διὰ τὰ τοιαῦτα, structura paullo negligentiore superioribus sub-

δὲ ἴσως τὰ ὑπὸ τῷ θείῳ τὰ θηριώδη ποιοῦντα τῆς
φύσεως, αἰσχρὰ δὲ τὰ ὑπὸ τῷ ἀγρίῳ τὸ ἥμερον δου-
λούμενα; ξυμφήσει, ἢ πῶς; Ἐάν μοι, ἔφη, πείθη-
ται. Ἔστιν οὖν, εἶπον, ὅτῳ λυσιτελεῖ ἐκ τούτου
τοῦ λόγου χρυσίον λαμβάνειν ἀδίκως, εἴπερ τοιόνδε
τι γίγνεται, λαμβάνων τὸ χρυσίον ἅμα καταδουλοῦ-
ται τὸ βέλτιστον ἑαυτοῦ τῷ μοχθηροτάτῳ; ἢ εἰ μὲν
E λαβὼν χρυσίον υἱὸν ἢ θυγατέρα ἐδουλοῦτο, καὶ
ταῦτ' εἰς ἀγρίων τε καὶ κακῶν ἀνδρῶν, οὐκ ἂν αὐ-
τῷ ἐλυσιτέλει οὐδ' ἂν πάμπολυ ἐπὶ τούτῳ λαμβά-
νειν, εἰ δὲ τὸ ἑαυτοῦ θειότατον ὑπὸ τῷ ἀθεωτάτῳ

E. οὐδ' ἂν — λαμβάνειν] Vulgo λαμβάνοι. Pro quo Flor. α. x. Vat. Θ. r. vulg. λαμβάνῃ. Angel. λαμβάνην. Par. A. Ven. II. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. λαμβάνειν, quod recepit Bekkerus, deleto post ἐλυσιτέλει commate, quod vulgo erat positum. Verissime; atque ita omnes editt. recentiores. Mon. Flor. β.

iuncta sunt. Manifestum est enim scribendum fuisse accuratius: τὰ μὲν καλὰ διὰ τὸ ὑπὸ τῷ ἀνθρώπῳ, μᾶλλον δὲ ἴσως διὰ τὸ ὑπὸ τῷ θείῳ τὰ θηριώδη ποιεῖν τῆς φύσεως, αἰσχρὰ δὲ διὰ τὸ ὑπὸ τῷ ἀγρίῳ τὸ ἥμερον δουλοῦσθαι;

λαμβάνων — τῷ μοχθηροτάτῳ] Explicantur his verbis praecedentia, τοιόνδε τι γίγνεται: unde more fere legitimo coniunctio omissa est.

E. ἢ εἰ μὲν λαβὼν χρυσίον — δεξαμένη;] Haec sic interpretamur: An quum non expediret, si quis auro accepto filium vel filiam in servitutem traderet, et quidem hominum saevorum et pravorum, etiamsi permagnum servitutis pretium acciperet; idem tamen divinissimam sui partem si scelestissimae et impurissimae servire cogat nulla tactus eius miseratione, non miser erit nec multo atrociore cum periculo auri largitionem accipiet quam Eriphyle, quae ut perderet mariti vitam monile illud accepit? Significat igitur Socrates non esse consentaneum, eum, qui diviniorem sui partem saevarum cupiditatum dominationi subiiciat, miseria vacare, quum ne is quidem pro felici ac beato habeatur, qui quamvis magna pecuniae summa accepta liberos suos in servitutem dederit. Membrorum hanc iuncturam, per μέν — δὲ ἄρα factam, ad libr. I. p. 336. E. illustravimus. Ad εἰς ἀγρίων — ἀνδρῶν intelligas οἶκον, quae ellipsis pervulgata est. — De Eriphyle, Amphiarai uxore, quae aureo monili corrupta maritum latentem prodidit, ut proficisci ad bellum Thebanum cogeretur, v. Homer. Odyss. λ. v. 325 sq. Pindar. Nem. IX. v. 37 sqq. Pausan. X. p. 870. Heyn. ad Apollodor. III, 6, 2. p. 245. — Vocem πολύ sic ante ἐπὶ δεινοτέρῳ collocatam tetigit Heindorf. ad Cratyl. p. 101. Schaefer. ad Demosth. App. T. II. p. 377. cf. Euthyphr. p.



τε καὶ μιαρωτάτῳ δουλοῦται καὶ μηδὲν ἐλεεῖ, οὐκ
ἄρα ἄθλιός ἐστι καὶ πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ ὀλέθρῳ 590
χρυσὸν δωροδοκεῖ ἢ Ἐριφύλη ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ
τὸν ὅρμον δεξαμένη; Πολὺ μέντοι, ἦ δ' ὃς ὁ Γλαυ-
κων· ἐγὼ γάρ σοι ὑπὲρ ἐκείνου ἀποκρινοῦμαι. Cap.
XIII. Οὐκοῦν καὶ τὸ ἀκολασταίνειν οἴει διὰ τοιαῦτα
πάλαι ψέγεσθαι, ὅτι ἀνίεται ἐν τῷ τοιούτῳ τὸ δει-
νὸν τὸ μέγα ἐκεῖνο καὶ πολυειδὲς θρέμμα πέρα τοῦ
δέοντος; Δῆλον, ἔφη. Ἡ δ' αὐθάδεια καὶ δυσκο-
λία ψέγεται οὐχ ὅταν τὸ λεοντῶδές τε καὶ ὀφεῶδες B
αὔξηται καὶ συντείνηται ἀναρμόστως; Πάνυ μὲν

οὐδ' ἂν εἰ πάμπολυ ἐ. τ. λαμβάνοι.

Cap. XIII. P. 590. τὸ δεινὸν τὸ μέγα ἐκεῖνο] Steph. de coniectura scripsit: τὸ δεινὸν καὶ τὸ μ. ἐκ. Sed v. annot., unde codicum lectionem recte habere apparebit. Nec temere post δεινόν distinguendum, quod suasit Schneider.

14. B. Phaedon. p. 110. A. Xenoph. Cyrop. VII, 1, 21. Anabas. III, 1, 22.

Cap. XIII. P. 590. τὸ δεινὸν τὸ μέγα ἐκεῖνο κ. π. θρέμμα] Ne quis καί, vulgo post δεινόν intrusum, necessarium esse putet, conferantur similia haec: libr. I, 328. D: αἱ ἄλλαι αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναί. libr. II. p. 368. B: ἐκ τοῦ ἄλλου τοῦ ὑμετέρου τρόπου. III. p. 407. B: ἢ γε περαιτέρω γυμναστικῆς ἡ περιττὴ αὕτη ἐπιμέλεια τοῦ σώματος. VIII. p. 565. D: τὸ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου ἱερόν. Sympos. p. 213. E: τὴν τούτου ταυτηνὶ τὴν θαυμαστὴν κεφαλήν. Sophist. p. 225. E: τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον ἥκειν αὖ νῦν τέταρτον τὸν μεταδιωκόμενον ὑφ' ἡμῶν σοφιστήν, ubi Bekkerus alterum τόν delevit. Hipp. mai. p. 281. D: τὴν ὑμετέραν τὴν τῶν σοφιστῶν τέχνην ἐπιδεδωκέναι φῶμεν. Cratyl. p 398. D: κατὰ τὴν Ἀττικὴν τὴν παλαιὰν φωνήν. Ibid. p. 398. B: ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ. Gorg. p. 502. B: τί δὲ δὴ ἡ σεμνὴ αὕτη καὶ θαυμαστὴ ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις; ubi v. ann. Thucyd. I. 126: ἐν τῇ Διὸς τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ, ubi critici nuper alterum articulum expellendum censuerunt iniuria. Id. VIII. 90: τὸν ἐπὶ τῷ στόματι τὸν ἕτερον πυργόν. Demosth. adv. Mid. p. 563. 1: τὰς ἀποῤῥήτους — τὰς τούτου γόνας, ubi Bekker. posteriorem articulum iniuria uncis seclusit. Sophocl. Oed. R. v. 806: τὸν ἐκτρέποντα τὸν τροχηλάτην. Haec et similia qui ab h. l. diversa esse iudicavit, quo scilicet ante τὸ μέγα commate interpungendum esse pateret, Schneiderus, is rursus hic argutius disputavit. Sunt enim haec omnia unius eiusdemque generis, quandoquidem in iis articulum cum adiectivo repetitum eam vim habere apparet, ut adiectivum adiectivi accessione accuratius definiatur. Quae interpunctione saepe ne posse quidem divelli, ex superioribus patet.

B. ὅταν τὸ λεοντῶδές τε καὶ ὀφεῶδες] Etsi in praecedentibus non facta est τοῦ ὀφεώ-

οὖν. Τρυφὴ δὲ καὶ μαλθακία οὐκ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ
τούτου χαλάσει τε καὶ ἀνέσει ψέγεται, ὅταν ἐν αὐτῷ
δειλίαν ἐμποιῇ; Τί μήν; Κολακεία δὲ καὶ ἀνελευ-
θερία οὐχ ὅταν τις τὸ αὐτὸ τοῦτο, τὸ θυμοειδές,
ὑπὸ τῷ ὀχλώδει θηρίῳ ποιῇ, καὶ ἕνεκα χρημάτων
καὶ τῆς ἐκείνου ἀπληστίας προπηλακιζόμενον ἐθίζῃ
C ἐκ νέου ἀντὶ λέοντος πίθηκον γίγνεσθαι; Καὶ μάλα,
ἔφη. Βαναυσία δὲ καὶ χειροτεχνία διὰ τί, οἴει, ὄνει-
δος φέρει; ἢ δι' ἄλλο τι φήσομεν, ἢ ὅταν τις ἀσθε-
νὲς φύσει ἔχῃ τὸ τοῦ βελτίστου εἶδος, ὥςτε μὴ ἂν
δύνασθαι ἄρχειν τῶν ἐν αὐτῷ θρεμμάτων, ἀλλὰ
θεραπεύειν ἐκεῖνα, καὶ τὰ θωπεύματα αὐτῶν μόνον
δύνηται μανθάνειν; Ἔοικεν, ἔφη. Οὐκοῦν ἵνα καὶ
ὁ τοιοῦτος ὑπὸ ὁμοίου ἄρχηται οἵουπερ ὁ βέλτιστος,
D δοῦλον αὐτόν φαμεν δεῖν εἶναι ἐκείνου τοῦ βελτί-
στου, ἔχοντος ἐν αὐτῷ τὸ θεῖον ἄρχον, οὐκ ἐπὶ

B. ἐπὶ τῇ αὐτοῦ τούτου] V. τῇ τοῦ αὐτοῦ τ. Articulum om. Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. Flor. a. x. α. β. γ. et Stobaeus.

C. ἢ δι' ἄλλο τι φ.] Ast. coni. ἢ δι' ἄλλο τι. Non opus.
ἐν αὐτῷ θρεμμάτων] V. αὐτῷ. Correxit Ast.
ὑπὸ ὁμοίου] Stob. ὑφ' ὁμ.

D. τοῦ βελτίστου, ἔχοντος] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. α. γ. Vulgo: τοῦ βελτίστου καὶ ἔχοντος.

δους diserta mentio, tamen referre hoc vocabulum licebit ad p. 588. C., ubi monstrum fingebatur multis capitibus instructum ἡμέρων θηρίων καὶ ἀγρίων. Ceterum non negligendae sunt quae deinceps exhibentur vitiorum definitiones, utpote valde acutae et subtiles, modo memineris eas ex Platonis doctrina de animi humani natura esse repetitas.

τῷ ὀχλώδει θηρίῳ] h. e. ὀχλοειδεῖ ideoque turbulento.

C. διὰ τί, οἴει, ὄνειδος φ.] Verbum οἴει, sic interpositum reliquae orationi, ad libr. VI. p. 486. C. tetigimus. De artibus δημιουργικαῖς καὶ χειροτεχνικαῖς v. Phileb. p. 55. C., quem locum olim nescio quo errore deceptus lacunosum putavi.

ἀλλὰ θεραπεύειν — δύνηται μανθάνειν] Etsi speciosa est Astii coniectura, vocem δύνηται insiticiam putantis, tamen in tanto librorum de veteri lectione consensu eam non deleverim. Cohaerent igitur haec constructione paullo licentius conformata cum praecedenti ὅταν τις, ut opposita sint parti enuntiationis primariae ὅταν τις ἀσθενὲς φύσει ἔχῃ τὸ τοῦ βελτίστου εἶδος.

ὑπὸ ὁμοίου ἄρχηται οἵουπερ καὶ ὁ β.] h. e. ὑφ' οἵου καὶ ὁ βέλτιστος ἄρχεται. Omissionem praepositionis no-



βλάβῃ τῇ τοῦ δούλου οἰόμενοι δεῖν ἄρχεσθαι αὐτόν,
ὥςπερ Θρασύμαχος ᾤετο τοὺς ἀρχομένους, ἀλλ' ὡς
ἄμεινον ὂν παντὶ ὑπὸ θείου καὶ φρονίμου ἄρχεσθαι,
μάλιστα μὲν οἰκεῖον ἔχοντος ἐν αὐτῷ, εἰ δὲ μή, ἔξω-
θεν ἐφεστῶτος, ἵνα εἰς δύναμιν πάντες ὅμοιοι ὦμεν
καὶ φίλοι τῷ αὐτῷ κυβερνώμενοι; Καὶ ὀρθῶς γ',
ἔφη. Δηλοῖ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ὁ νόμος ὅτι E
τοιοῦτον βούλεται, πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει ξύμμαχος
ὤν, καὶ ἡ τῶν παίδων ἀρχή, τὸ μὴ ἐᾶν ἐλευθέρους
εἶναι, ἕως ἂν ἐν αὐτοῖς ὥςπερ ἐν πόλει πολιτείαν
καταστήσωμεν, καὶ τὸ βέλτιστον θεραπεύσαντες τῷ 591
παρ' ἡμῖν τοιούτῳ ἀντικαταστήσωμεν φύλακα ὅμοιον
καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ, καὶ τότε δὴ ἐλεύθερον ἀφίε-
μεν. Δηλοῖ γάρ, ἦ δ' ὅς. Πῇ δὴ οὖν φήσομεν,
ὦ Γλαύκων, καὶ κατὰ τίνα λόγον λυσιτελεῖν ἀδικεῖν,
ἢ ἀκολασταίνειν ἤ τι αἰσχρὸν ποιεῖν, ἐξ ὧν πονη-

E. ὅτι τοιοῦτον βούλεται] Sic Stobaeus l. c. Iamblichus Cohort. p. 90. ed. Kiessl. Flor. α. x. Ang. Vulgo βουλεύεται, quod tenuit Bekk. cum aliis; nec tamen ferri posse putamus. Sensus requirit hoc: legem tale quid spectare s. propositum habere. Id ipsum vero βουλεύεται significare Schneiderus contendit, quod exemplis parum idoneis probatum ivit.

ἕως ἂν ἐν αὐτοῖς ὥςπερ] Sic Flor. β. Vulgo αὐτοῖς, quod, licet iam ab Astio emendatum, Bekk. retinuit.

tavimus ad Apol. Socr. p. 27. D. Gorg. p. 453. E. p. 516. C. Phaedon. p. 76. D. Charm. p. 155. B. Alia suppeditabit Matth. Gr. §. 595.

D. μάλιστα μὲν οἰκεῖον ἔχοντος —, εἰ δὲ μή] V. ad libr. V. p. 461. C. Genitivus participii post παντί illatus, ut VII. p. 518. A. Sententia haec est: sed quod cuique sit melius a divino et sapiente gubernari, maxime quidem, si talem in se habeat principem, si non habeat, ab extrinsecus imposito.

E. ὅτι τοιοῦτον βούλεται] Noli τοιοῦτόν τι legendum suspicari. Libr. III. p. 388. D: εἰ καὶ ἐπίοι αὐτῷ τοιοῦτον ἢ λέγειν ἢ ποιεῖν. Libr. I. p. 340. E: τοιοῦτον — καὶ ἐμὲ ὑπόλαβε νῦν γε ἀποκρίνασθαι. Libr. IV. p. 416. B. al.

τὸ μὴ ἐᾶν ἐλευθέρους εἶναι] Haec per epexegesin adduntur praecedenti: ἡ τῶν παίδων ἀρχή.

P. 591. ἀντικαταστήσωμεν φύλακα ὅμοιον] h. e. *vicissim* s. *item* constituerimus similem custodem. Dein observes transitum ad numerum singularem ἐν αὐτῷ et ἐλεύθερον ἀφήσομεν. v. ad libr. III. p. 413. D. coll. 389. D. I. p. 347. A.

ἐξ ὧν — κεκτήσεται] Subiectum est τις, pronomen inde-

ρότερος μὲν ἔσται, πλείω δὲ χρήματα ἢ ἄλλην τινὰ δύναμιν κεκτήσεται; Οὐδαμῇ, ἦ δ' ὅς. Πῇ δ' ἀδικοῦντα λανθάνειν καὶ μὴ διδόναι δίκην λυσιτελεῖν;
B ἢ οὐχὶ ὁ μὲν λανθάνων ἔτι πονηρότερος γίγνεται, τοῦ δὲ μὴ λανθάνοντος καὶ κολαζομένου τὸ μὲν θηριῶδες κοιμίζεται καὶ ἡμεροῦται, τὸ δὲ ἥμερον ἐλευθεροῦται, καὶ ὅλη ἡ ψυχὴ εἰς τὴν βελτίστην φύσιν καθισταμένη τιμιωτέραν ἕξιν λαμβάνει, σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως κτωμένη, ἢ σῶμα ἰσχύν τε καὶ κάλλος μετὰ ὑγιείας λαμβάνον, τοσούτῳ ὅσῳπερ ψυχὴ σώματος τιμιωτέρα; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν ὅ γε νοῦν ἔχων

P. 591. B. κοιμίζεται καὶ ἡμ.] V. κομίζεται nihili est, quippe ortum typothetarum errore.

C. τοιαύτην αὐτοῦ τὴν ψ.] Steph. sine librorum auctoritate scripsit αὐτῷ. Dein ἀπεργάζεται Par. A. Ven. Ξ. Vind. Φ. Vat. m. Flor. a. c. α. Tum ζωίη et sec. m. ζώσει Par. A. denuo excussus.

Ἔπειτά γ', εἶπον, τὴν τοῦ σ.] Ast. correxit Ἔπειτα δὲ εἶ-

finitum, cuius notio iam praecedentibus infinitivis continetur. v. ad Gorg. p. 456. D. Apol. p. 29. A. Phaed. p. 39. A. Symp. p. 187. E. conf. supra ad p. 588. B.

ἢ οὐχὶ ὁ μὲν πονηρότερος —] Hanc sententiam philosophus egregie exornavit in Gorgia p. 509. A. sqq. Usum metaphoricum verbi κοιμίζειν illustravit Heusdius Specim. Crit. p. 89 sq.

C. εἰς τοῦτο ξυντείνας βιώσεται] ita vivet, ut omnia sua eo dirigat. Loquutionem exemplis illustravit Heindorf. ad Gorg. p. 209. Proxima, πρῶτον μὲν τ. μ. τιμῶν, continent epexegesin verborum εἰς τοῦτο ξ. βιώσεται, participio verbi primarii structurae accommodato. Mox tamen mutata rursus constructione verbo finito utitur, ita pergens: ἔπειτα δέ — ἐνταῦθα τετραμμένος ζήσει.

οὐχ ὅπως τῇ θηρ. — ἀλλ' οὐδὲ πρ.] Loquutionis: οὐχ ὅπως — ἀλλά, non solum non — sed etiam, exempla collegit Sluiterus Lectt. Andocid. p. 280 sqq. Formulam explicavit Buttmann. Gr. §. 137. et Rost. Grammat. Gr. §. 134. p. 735. ed. VII. — ἐνταῦθα τετραμμένος, illuc conversus vitam deget. De ἐνταῦθα v. ad Phileb. 15. A.

D. ἀλλ' ἀεὶ τὴν ἐν τῷ σώματι — [φανεῖται]] Haud cunctanter olim cum Astio restitui, quod codd. Iamblichi Cohortat. p. 90. ed. Kiessl. Cizensis et Arcer. loco vulgati φαίνηται exhibuerunt φανεῖται. Nunc tamen universi loci rationibus diligentius consideratis cum Car. Frid. Hermanno dubitare coepimus, num lectio codd. φαίνηται ex perversa interpolatione orta sit, ut ne φανεῖται quidem probum videatur, licet eo suscepto grammatica



πάντα τὰ αὑτοῦ εἰς τοῦτο ξυντείνας βιώσεται, πρῶ- C
τον μὲν τὰ μαθήματα τιμῶν, ἃ τοιαύτην αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀπεργάσεται, τὰ δὲ ἄλλ' ἀτιμάζων; Δῆλον, ἔφη. Ἔπειτά γ', εἶπον, τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καὶ τροφὴν οὐχ ὅπως τῇ θηριώδει καὶ ἀλόγῳ ἡδονῇ ἐπιτρέψας ἐνταῦθα τετραμμένος ζήσει, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ὑγίειαν βλέπων, οὐδὲ τοῦτο πρεσβεύων, ὅπως ἰσχυρὸς ἢ ὑγιὴς ἢ καλὸς ἔσται, ἐὰν μὴ καὶ σωφρονήσειν μέλλῃ ἀπ' αὐτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τὴν ἐν τῷ σώ- D
ματι ἁρμονίαν τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἕνεκα ξυμφωνίας ἁρμοττόμενος [φανεῖται]. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, ἐάνπερ μέλλῃ τῇ ἀληθείᾳ μουσικὸς εἶναι. Οὐκοῦν,

πον, confirmante coniecturam Iamblicho p. 90. ed. Kiessl. Vulgatam etiam Bekk. Schn. Turr. servarunt. Et sic ἔπειτά γε positum est Phaedr. p. 263. B.

D. ἁρμοττόμενος [φανεῖται]] Sic olim scripsimus cum Astio ex codd. Iamblichi Cizens. et Arcer. Ceterae editt. et codd. φαίνηται. Flor. β. Mon. φαίνοιτο. Herm. φαίνηται tamquam glossema uncis inclusit, quod recte videtur fecisse.

verborum ratio satis expedita habeatur. Nimirum etiam φανεῖται displicet, quoniam et otiosum et ad sententiam prope ineptum est. Quippe sicuti ad οὐδὲ πρὸς ὑγίειαν βλέπων intelligendum denuo est, ita idem etiam ad ἀλλ' ἀεὶ — ἁρμοττόμενος nullo negotio intelligitur. Quo tamen neglecto pravo iudicio interposuerunt φαίνηται, perinde ac si verba ex ἐὰν essent suspensa, unde nullo pacto suspensa esse possunt. Imo potius adversativae sententiae parti deinde alia subiecta est sententia adversativa, ita quidem, ut structurae tenor non mutatus sit. Vocabuli ἀλλά isto modo repetiti exempla notavit Wyttenbachius ad Phaedon. p. 148. ed. Lips. et Philomath. T. III. p. 87. Docet vero hic locus luculentissime Platonem corporis curam nonnisi animi et virtutis causa habendam iudicasse, multumque abfuisse ab

eorum temeritate, qui iuventutem corporis potissimum exercitationibus bonum tempus consumere voluerunt. Conf. etiam quae de moderando gymnasticae usu sapienter praecepit libr. IV. p. 429. E. p. 441. E. VI. p. 498. B. VII. p. 535. D. VIII. p. 548. E.

τῇ ἀληθείᾳ μουσικὸς εἶναι] Virtus enim Platoni in musico omnium virium concentu posita videtur. v. supra De Rep. III. p. 403. C. sqq. Ibid. p. 412. A. Lachet. p. 188. D. Phaedon. p. 61. A. Tim. p. 339. D. Ducta sententia est ex ratione Pythagoreorum, de qua v. Davis. ad Maxim. Tyr. XII. 7. p. 543. et Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 127. = 61. A.

Οὐκοῦν, εἶπον, καὶ τ. — ξυμφωνίαν;] Repetas apud animum τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἕνεκα ξυμφωνίας ἁρμόσεται. Dein cauto delectu σύνταξιν dicit opum tamquam compositionem, meta-

εἶπον, καὶ τὴν ἐν τῇ τῶν χρημάτων κτήσει ξύνταξίν
τε καὶ ξυμφωνίαν; καὶ τὸν ὄγκον τοῦ πλήθους ουκ
ἐκπληττόμενος ὑπὸ τοῦ τῶν πολλῶν μακαρισμοῦ ἄπει-
ρον αὐξήσει, ἀπέραντα κακὰ ἔχων; Οὐκ οἴομαι, ἔφη.
E Ἀλλ' ἀποβλέπων γε, εἶπον, πρὸς τὴν ἐν αὐτῷ πολι-
τείαν, καὶ φυλάττων, μή τι παρακινῇ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖ
διὰ πλῆθος οὐσίας ἢ δι' ὀλιγότητα, οὕτω κυβερνῶν
προσθήσει καὶ ἀναλώσει τῆς οὐσίας καθ' ὅσον ἂν
οἷός τ' ᾖ. Κομιδῇ μὲν οὖν, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν καὶ
592 τιμάς γε, εἰς ταὐτὸν ἀποβλέπων, τῶν μὲν μεθέξει
καὶ γεύσεται ἑκών, ἃς ἂν ἡγῆται ἀμείνω αὐτὸν ποιή-
σειν, ἃς δ' ἂν λύσειν τὴν ὑπάρχουσαν ἕξιν, φεύξε-

P. 592. *Νὴ τὸν κύνα*] Canem in Iovem mutarunt librarii non pauci.

phoram observans. Proxima autem sic intelligas: Neque molem copiarum, multitudinis perturbatus praedicatione, in immensum augebit, immensis laborans malis? Nam *οὐκ* non cum *ἐκπληττόμενος* connectendum, sed pertinet ad *ἄπειρον αὐξήσει*. Dictionem *ἄπειρον αὔξειν*, i. e. *αὔξειν ὥςτε ἄπειρον γίγνεσθαι*, notavimus libr. VIII. p. 565. C. Etiam formulam *κακὰ ἔχειν* iam attigimus p. 574. E., quacum compares loquutiones *δύςκλειαν κτᾶσθαι*, *δυςσέβειαν κτᾶσθαι*, al., de quibus monuit Elmsleius ad Eurip. Med. v. 212. Denique obiter notare licebit lusum ingenii in verbis *ἄπειρον* et *ἀπέραντα* conspicuum.

E. *Ἀλλὰ μὴν καὶ τιμάς γε* —] Accusativum ponit, in mente habens *διώξει* vel *μέτεισι*, cuius loco deinde *μεθέξει καὶ γεύσεται* dicens accusativum *ἀνακολούθως* in suspenso reliquit.

P. 592. *Νὴ τὸν κύνα* —] De hoc iureiurando Socratis v. ad Apolog. p. 22. A.

*ἔν γε τῇ ἑαυτοῦ πόλει — τύχη*] Praeclare haec dicta sunt. Virum iustum enim censet civitatem suam internam certe curaturum esse, quum in patria rebus civilibus operam dare non liceat, nisi forte divina fortuna ita evenerit. Nimirum quum perfectae civitatis species ultra vulgares civitates celsius elata sit, tum hae ipsae sunt adeo corruptae ac depravatae, ut virum sapientem haudquaquam ad rerum suarum gubernationem invitare possint. De perfectae civitatis celsitate conf. Libr. V. p. 471. E. sqq. ac de interna civitate in cuiusque boni ac sapientis animo expressa Libr. X. p. 608. C. denique de caussis, cur philosophi republica abstinendum arbitrentur, Libr. VI. p. 487. B. sqq.

B. *ἐν οὐρανῷ ἴσως*] Locus dici non potest quantopere a scriptoribus posterioris aetatis celebratus sit. Vide quos laudarunt Gataker. ad Antonin. IX. §. 29. p. 278. Holsten. ad Porphyr. p. 83. ed. Cantabr. et Ast. ad h. l. Pro *ταύτης* *μόνης* nescio cur Ast. legendum coniecerit *ἑαυτῆς μόνης*. Refertur enim *ταύτης* ad civitatem modo commemoratam.



ται ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. Οὐκ ἄρα, ἔφη, τά γε πολι-
τικὰ ἐθελήσει πράττειν, ἐάνπερ τούτου κήδηται. Νὴ
τὸν κύνα, ἦν δ' ἐγώ, ἔν γε τῇ ἑαυτοῦ πόλει καὶ
μάλα, οὐ μέντοι ἴσως ἔν γε τῇ πατρίδι, ἐὰν μὴ
θεία τις ξυμβῇ τύχη. Μανθάνω, ἔφη· ἐν ᾗ νῦν
διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κει-
μένῃ· ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλλ', B
ἦν δ' ἐγώ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται
τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν.
διαφέρει δὲ οὐδὲν εἴτε που ἔστιν εἴτε ἔσται· τὰ γὰρ
ταύτης μόνης ἂν πράξειεν, ἄλλης δὲ οὐδεμιᾶς. Εἰ-
κός γ', ἔφη.

*ἐν ᾗ νῦν*] *νῦν δή* Par. DK. Mon. Flor. *β*.

# ARGUMENTUM

## LIBRI DECIMI.

Initio huius libri revertitur Socrates ad iudicium, quod libro secundo atque tertio de poetis proposuerat, accuratius exigendum et confirmandum, ostenditque diligentius nullum genus poeseos, quod contineatur imitatione, in civitate probari aut tolerari oportere. Quae quidem rei quaerendae diligentia nemini mira videbitur, qui meminerit Platonis aetate poetis tantum tributum esse auctoritatis, ut homines vulgo omnem sapientiam ab eorum effatis repetendam esse iudicarent. Quum igitur philosophus suam de virtute ac moribus doctrinam firmare et tueri cuperet, illud profecto inprimis agere debuit, ut quam nihil verae sapientiae ex iis hauriri posset, omnibus appareret. Quod quidem nunc demum, inventa iustitia, postquam de animi humani natura, de cupiditatum varietate, deque voluptatum generibus est expositum, luculentius demonstrare ei licuit, id quod ipse significavit iam libr. III. p. 392. C. Quo clarius vero pateret, cur poeseos imitatio in optima civitate toleranda non esset neque ad veram sapientiam aut doctrinam comparandam quidquam valeret; rem paullo altius repetendam iudicavit. Sed ne eius disputationi alieni quid admisceatur, de hoc quoque argumento Socratem ipsum audiamus disputantem, videamusque, quo modo ille locum gravissimum explicaverit. Disputat autem hac fere ratione, ut primum

poesin doceat longius abesse a veritatis scientia et ratione (p. 595. — 602. E.) deinde eandem ostendat etiam animo nocere, quum deteriorem eius partem moveat (p. 602. E. — 608. B.). Et de illo quidem loco haec disserit. Tria, inquit, discerni possunt rerum genera. Primum est quod aeterna rerum exemplaria sive ideas complectitur; secundum continet res sub sensus subiectas et ad illorum exemplarium imitationem ac similitudinem compositas; tertium habet simulacra rerum ad alterum genus pertinentium, veluti statuas, picturas, alia, quae ad rerum sub sensus cadentium similitudinem arte aliqua expressa sunt. Primum horum generum ea, quae vere sunt, in se continet; alterum res habet minus veras; tertium ab eo, quod in se verum est, longissime recedit, quippe quod in rerum fluxarum et mutabilium imitatione versetur. Quum vero tanta sit generum istorum differentia, certe eadem etiam diversam habere originem non potest dubitari. Etenim primi generis auctor d e u s est, quem *φυτουργόν* appellare licebit; secundi est *δημιουργός* sive opifex; tertium denique proficiscitur a *μιμητῇ* sive imitatore. Veluti absolutam l e c t i s p e c i e m s. *ἰδέαν*, quae una est atque simplex, d e u s fecit; lectos singulos, quibus homines utuntur, fabricatur lectarius sive *κλινοποιός*; hos denique rursus imitatur pictor eos coloribus exprimens ac depingens. Ex quibus apparet omnem imitationem tribus gradibus ab eo, quod per se verum est, distare, ideoque ne poetam quidem, qui in imitatione versetur, illud ulla ratione attingere aut repraesentare. Ex quo consequitur, ut poetam imitationis studiosum ad docendum non esse idoneum putare debeamus. P. 595. — 598. D.

Atque haec sententia aliis etiam confirmari argumentis potest. Etenim poetae *μιμητικοί*, si veram accuratamque earum rerum scientiam haberent, quas imitatione exprimunt, profecto multo magis vellent ipsis operibus efficiendis sibi gloriam quaerere quam subsistere in imitandi studio. At nimirum boni illi viri, etiamsi de medicina, agricultura, civitatis gubernatione, bellorum administratione, aliis multis rebus loquantur, tamen nihil istorum omnium unquam effecerunt, ut facile appareat eorum artem veluti lusum aliquem unice ad delectationem esse com-



paratam nihilque cum veri disciplina commercii habere. Quum vero iam ex istis satis pateat, quam nihil auctoritatis poetis tribuendum sit; tum idem etiam ex descriptionibus illis cognoscitur luculentissime, quas interdum de variarum artium operibus in carminibus suis exhibent. Quae quidem eiusmodi sunt, ut nullam certe prodant scientiam et cognitionem u s u s illius, cui opera ipsa dedicata sunt. Etenim unumquodque opus tres habet artes, quibuscum coniunctum sit necesse est: unam, quae eo utatur; alteram, quae illud perficiat; tertiam, quae rem imitetur (*χρησομένην*, *ποιήσουσαν*, *μιμησομένην*.). Iam is, qui re aliqua utitur, dubitari non potest, quin eiusdem habeat perfectissimam cognitionem. Praecipit igitur ille opifici, qualem eam fieri oporteat; veluti tibicen docet fabrum tibiarum, qualis esse debeat tibia, ut ipse possit ea commode uti. Quocirca fabro quidem de operis pulcritudine vel pravitate iudicanti rectam f i d e m (*πίστιν*) tribuere licebit, quippe qui cum rei perito conversetur: s c i e n t i a m vero sive *ἐπιστήμην* uni illi adscribemus, qui instrumento prudenter utatur eiusque naturam plane cognitam habeat. Quid autem imitatorem censebimus? eumne dicemus ex ipso rerum usu s c i e n t i a m habere eorum, quae pingit atque imitatione exprimit? an forte per consuetudinem cum hominibus rei peritis r e c t a m saltem o p i n i o n e m s. *δόξαν ὀρθήν* assequutum esse? At enimvero nihil horum omnium de eo affirmare licet. Imo is quidquid imperitae populi turbae pulcrum videtur, in hoc imitandi studium conferre solet. Itaque manifestum est eum, quippe cuius opera ac studium in imitatione versetur, nihil accurate scire eorum, quae imitatur, adeoque ipsam imitationem non ad disciplinae severitatem, sed ad oblectationis lusum pertinere. P. 598. E. — 602. B.

Sed nec ad mores formandos poesis illa, quae imitatione continetur, quidquam prodesse videtur. Quod ut clarius perspiciatur, considerandum est diligenter, quamnam animi partem poesis *μιμητική* moveat, deteriorem an praestantiorem. Ponit autem illa nobis ob oculos homines vel vi ad aliquid compulsos, vel sua sponte agentes, idque sic, ut aut boni quid sperent, aut malum aliquod metuant, ideoque aut doleant aut gaudeant. In cuiusmodi actionibus

tantum abest, ut animus semper placida tranquillitate fruatur, ut saepenumero variarum opinionum, perturbationum, contentionum vi in contrarias partes distrahatur. Quanquam vir sapiens, animi motibus rationis ope sedatis, fortunae casus aequius feret quam ceteri, neque fortitudinem et constantiam ullo tempore negligendam putabit. Quoniam vero sapientis aequabilitas et constantia minus habet iucundae varietatis; illud autem, quod vocamus τὸ ἀγανακτητικόν, nunquam sibi constat ideoque varietate sua homines magnopere oblectat, accidere plerumque solet, ut poetae μιμητικοί turbulentum illud et mutabile ἦθος imitatione exprimant. Itaque poesis illa, quae in imitatione versatur, deteriorem animi partem, hoc est eam, quae commotionibus maxime indulget, non solum excitat, sed etiam alit atque corroborat; meliorem vero ac praestantiorem, hoc est τὸ λογιστικόν, debilitat, frangit, pessumdat, quandoquidem vel optimo cuique accidere solet, ut contemplandis vehementioribus animi affectibus per poetas effictis paullatim istiusmodi perturbationibus et affectibus ita assuescat, ut eos in se ipso vix cohibere ac domare possit. Quae si vere disputata sunt, consequitur, ut voluptaria illa Musa in civitatem recipienda non sit, quà benigne excepta non lex et ratio, sed voluptas atque aegritudo esset regnatura. P. 602. C. — 607. A. Quanquam, ne forte propter vetus illud philosophiae cum poesi dissidium iniquius egisse videamur, eius patronis et amicis hoc concedemus, ut, si qua possint, eius causam defendant. Sed enim nunc quidem exploratum habemus, magnam certe esse cautionem adhibendam, ne i n t e r n a nostra civitas per eam violetur aut corrumpatur. Etenim est profecto magnum quiddam, bonum ac sapientem fieri, plurimumque refert, utrum honestus an malus evadas. Itaque par est nos curare, ut ne ulla re a colenda iustitia reliquaque virtute nos avocari patiamur. P. 607. A. — 608. B.

His explicatis revertitur Socrates ad id, unde digressa erat oratio, atque docet iustitiae non solum in hac vita, sed etiam post mortem summa praemia esse proposita. Neque enim vitam humanam his angustis spatiis terminari, quibus eam homines vulgo



metiantur, sed animum esse immortalem nec unquam interiturum. Quod quidem ita probare instituit, ut in animo nihil inesse demonstret, quod ei perniciem et interitum afferre queat. Cuius disputationis summa haec est. Duo rerum genera, inquit, discerni possunt, alterum malarum, bonarum alterum. Bonae sunt, quae eas res, in quibus insunt, conservant; malae, quae illas pessumdant ac destruunt. Veluti corporibus animalium malum est morbus, frugibus aerugo, ferro rubigo, aliis alia. Quaecunque autem intereunt, ea suo atque proprio malo pessumdantur. Neque enim fieri potest, ut quidquam alieno malo destruatur. Iam si naturam aliquam inveniamus, quae malo ei proprio deterior quidem fiat, nec tamen pessumdetur et extinguatur; eam non iniuria colligemus extingui non posse ideoque esse immortalem. Atqui animi malum est iniustitia, intemperantia, vecordia, insipientia. Haec autem vitia nemo erit qui demonstrare possit eam vim habere, ut animo interitum afferant. Etenim etsi animum reddunt turpiorem ac deteriorem, tamen eius vim vitalem non frangunt aut dissolvunt. Neque profecto usus rerum humanarum ullo modo arguit iniustum in ipso mortis articulo ad summum iniustitiae gradum pervenisse, aut iniustitiam tanto maiorem fieri, quo propius quis a morte absit, aut homines quo iniustiores fiant, eo magis mortem suam accelerare: imo iniustos saepenumero diutissime vivere sibique maxime ab interitu cavere quotidie animadvertere licet. Quum igitur animi malum non sit eiusmodi, ut ipsi afferat mortem, alienum autem malum ei nihil nocere possit; sponte consequitur, ut animus nec ab interna nec ab externa causa ad interitum deduci possit: unde concludimus eum esse immortalem. — Quibus explicatis etiam hoc apparet, numerum animorum nec augeri nec minui. Nam nec intereunt, ut vidimus, nec plures fieri possunt, quia ita ex mortalibus naturis ab immortalitatem essent traducendi, id quod per rei naturam fieri non potest. — Praeterea etiam animus, siquidem est immortalis, natura debet ita esse constitutus, ut non e variis et diversis, sed e simplicibus partibus constet. Alioquin enim non esset interitus expers. — Sed immortalem esse animum sicut ex hoc, quod exposuimus, argumento cognoscitur,

ita aliis etiam rationibus probari potest. P. 608. C. — 611. B.

Veram autem animi naturam si cognoscere velimus, admodum cavendum est, ne eum talem, qualis nunc est, hoc est corporis contagione pollutum, contemplemur, sed sincerum potius purumque sincera atque pura mente intueamur necesse est. Quod quidem ita fiet, ut maxime naturam eius ad sapientiae studium proclivem animadvertamus, et qua cognatione cum divino, immortali et aeterno contineatur, cognoscere studeamus. Nam hac demum ratione perspiciemus, compositusne sit, an sincerus atque simplex. Sed qualis sit animi in hac vita indoles, quasque habeat facultates atque perturbationes, satis est explicatum. Revertamur igitur ad iustitiam, eique vindicemus praemia illa, quae propter eius studium hominibus quum in hac vita, tum post mortem contingere arbitramur. P. 611. B. — 612. B.

Etenim consideravimus iam ipsam iustitiam in se spectatam, detractis omnibus utilitatibus atque commodis, vidimusque eam propter se ipsam esse colendam, sive quis deos hominesque lateat, sive non lateat. Sed vindicemus nunc ei etiam externa praemia, quae ei tam ab hominibus quam a diis tribuantur. Et d e o s quidem eam summis praemiis afficere hac argumentatione evincitur. Iustitia enim fieri non potest ut deum lateat. Itaque viri iusti deo etiam cari erunt, iniusti autem inimici. Ex quo consequitur, ut iusti quanta maxima fieri potest felicitate ac beatitate ab eo mactentur et cumulentur, nisi forte propter delicta quaedam superiore tempore commissa puniendi sint aut castigandi. Licet igitur vir iustus paupertate, morbo, aliisque malis vexetur; tamen credere fas est haec omnia verae eius felicitati non officere, sed eam firmare potius atque adaugere, sive illam in hac vita sive post mortem sit consequuturus. Sed non solum a diis, verum etiam ab h o m i n i b u s iustitia maximis praemiis condecoratur, et quae antea iniustitiae propria esse dicebantur, ea, si rem accurate aestimare velis, illi attribuenda sunt. Nam ut quis aliquamdiu iniustitiam suam callide tegat atque occultet, tamen, illa patefacta, ad extremum in hominum contemptum et odium incurret. Sunt enim iniusti similes cursoribus, qui quum in principio curriculi ferociter prosiliant, tum in extremo cursu fatigati se turpiter dant ideoque victoriae praemium nullum consequuntur. Veri autem cursores ad finem perveniunt et victoriae palma ornantur. Atque hoc iustis viris plerumque contingit. Hi enim quum in singularum actionum, tum in totius vitae fine et laudibus celebrantur et praemiis ab hominibus afficiuntur. Quocirca iidem, quum ad maturam aetatem pervenerunt, facile honores publicos adipiscuntur, beata contrahunt matrimonia, auctoritate apud cives suos maxime florent, et quae sunt id genus alia. Iniustos autem plerumque licet animadvertere, etiamsi diu latuerint, tamen ad extremum miseram degere senectutem, a civibus suis odio haberi et contumeliose tractari, imo etiam torqueri, exuri, secari, denique crudelissimis suppliciis affici. P. 612. B. — 613. E.



*ὥςθ' ἑτέροις τοιούτοις ἐκ τ. λ.*] In his ἑτέροις τοιούτοις est item talibus, h. e. item artium imperitis. Sic ἕτερος τοιοῦτος innumeris locis ponitur, veluti Gorg. p. 493. B. Sympos. p. 201. E. Phaed. p. 58. D. p. 80. D. De Rep. VI. p. 488. B. In proximis δοκεῖν post sententiam interiectam repetitum eo minus habet offensionis, quod paullulum immutatur orationis tenor. Nam, nisi egregie fallor, Socrates ab initio λέγειν dicere volebat: sed verbis interiectis ab inchoata structura ita avocatur, ut ad passivi usum transeat. Accedit quod verbi illius notio nunc eam habet vim, ut haud incommode iterari ac denuo inculcari potuerit. Quocirca nolim iam Astio accedere, posterius δοκεῖν expungendum iudicanti.

B. *μεγάλην τινὰ κήλησιν ἔχειν*] Κηλεῖν et κήλησις dictum de fistula, carmine, oratione, qua audientium animi mulcentur, illustravit Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 303. Ad sententiam Ast. comparavit Isocrat. Evagor. §. 3. Aristotel. Rhet. III, 1.

*ἔοικε τοῖς τῶν ὡραίων—*] Ὡραῖοι sunt qui florentem habent aetatem ideoque corpore gaudent valido, vigoris pleno et gratiae veneribus nitente: καλοί, qui corporis pulcritudine ac formositate sunt insignes. Similiter Aristotel. Rhetor.

λίπῃ; Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς. Ἴθι δὴ τόδε ἄθρει·
ὁ τοῦ εἰδώλου ποιητής, ὁ μιμητής, φαμέν, τοῦ μὲν
C ὄντος οὐδὲν ἐπαΐει, τοῦ δὲ φαινομένου. οὐχ οὕτω;
Ναί. Μὴ τοίνυν ἡμίσεως αὐτὸ καταλίπωμεν ῥηθέν,
ἀλλ' ἱκανῶς ἴδωμεν. Λέγε, ἔφη. Ζωγράφος, φα-
μέν, ἡνίας τε γράψει καὶ χαλινόν; Ναί. Ποιήσει
δέ γε σκυτοτόμος καὶ χαλκεύς; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν
ἐπαΐει οἵας δεῖ τὰς ἡνίας εἶναι καὶ τὸν χαλινὸν ὁ γρα-
φεύς; ἢ οὐδ' ὁ ποιήσας ὅ τε χαλκεὺς καὶ ὁ σκυτεύς,
ἀλλ' ἐκεῖνος, ὅσπερ τούτοις ἐπίσταται χρῆσθαι, μό-
νος ὁ ἱππικός; Ἀληθέστατα. Ἆρ' οὖν οὐ περὶ πάντα
D οὕτω φήσομεν ἔχειν; Πῶς; Περὶ ἕκαστον ταύτας τι-
νὰς τρεῖς τέχνας εἶναι, χρησομένην, ποιήσουσαν, μι-
μησομένην; Ναί. Οὐκοῦν ἀρετὴ καὶ κάλλος καὶ ὀρ-
θότης ἑκάστου σκεύους καὶ ζώου καὶ πράξεως οὐ
πρὸς ἄλλο τι ἢ τὴν χρείαν ἐστί, πρὸς ἣν ἂν ἕκαστον
ᾖ πεποιημένον ἢ πεφυκός; Οὕτω. Πολλὴ ἄρα ἀνάγ-
κη τὸν χρώμενον ἑκάστῳ ἐμπειρότατόν τε εἶναι, καὶ
ἄγγελον γίγνεσθαι τῷ ποιητῇ οἷα ἀγαθὰ ἢ κακὰ
ποιεῖ ἐν τῇ χρείᾳ ᾧ χρῆται. οἷον αὐλητής που αὐ-
λοποιῷ ἐξαγγελεῖ περὶ τῶν αὐλῶν, οἳ ἂν ὑπηρετῶσιν
ἐν τῷ αὐλεῖν, καὶ ἐπιτάξει οἵους δεῖ ποιεῖν· ὁ δ' E
ὑπηρετήσει. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν ὁ μὲν εἰδὼς ἐξαγ-
γελεῖ περὶ χρηστῶν καὶ πονηρῶν αὐλῶν, ὁ δὲ πι-
στεύων ποιήσει; Ναί. Τοῦ αὐτοῦ ἄρα σκεύους ὁ μὲν
ποιητὴς πίστιν ὀρθὴν ἕξει περὶ κάλλους τε καὶ πο-
νηρίας, ξυνὼν τῷ εἰδότι καὶ ἀναγκαζόμενος ἀκούειν
παρὰ τοῦ εἰδότος· ὁ δὲ χρώμενος ἐπιστήμην. Πάνυ 602
γε. Ὁ δὲ μιμητὴς πότερον ἐκ τοῦ χρῆσθαι ἐπιστή-
μην ἕξει ὧν ἂν γράφῃ, εἴτε καλὰ καὶ ὀρθὰ εἴτε μή,
ἢ δόξαν ὀρθὴν διὰ τὸ ἐξ ἀνάγκης συνεῖναι τῷ εἰ-
δότι καὶ ἐπιτάττεσθαι οἷα χρὴ γράφειν; Οὐδέτερα.
Οὔτε ἄρα εἴσεται οὔτε ὀρθὰ δοξάσει ὁ μιμητὴς πε-
ρὶ ὧν ἂν μιμῆται πρὸς κάλλος ἢ πονηρίαν. Οὐκ

ὁ μιμητής, φαμέν, τοῦ μὲν ὄντος] Sic Ald. Bas. 1. 2. et codd. Stephanus scripsit ὃ μιμητὴς φαμέν.

C. ἡμίσεως αὐτό] ἐφ' ἡμίσεως Flor. β. et Mon. quod ortum ex glossemate. v. explic. In Flor. x. et Ang. est μὴ τοίνυν ἡμίσες. Sed ἡμίσεος Vat. Θ. r. et corr. Par. A.

D. ἐξαγγελεῖ περὶ τῶν αὐλῶν] Vulgo ἐξαγγέλλει, quod iam Steph. mutandum vidit. Mutavit Bekker. ex codicibus suis, ex quibus nonnisi Ven. Ξ. Ang. Vat. Θ. vulgatam lectionem tueri videntur. Dein οἳ ἂν ὑπηρ. Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Vulgo οἷα ἂν ὑπ.

E. ὁ δ' ὑπηρετήσει] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a.c.x.α.γ. Vulgo ὁ δ' ὑπηρέτης οὔ.

εἰδὼς ἐξαγγελεῖ] Libri ἐξαγγέλλει, quod servarunt Turr. Correxit Bekker. suasore Stephano.

P. 602. Ὁ δὲ μιμητής] ζωγράφος Mon. Mox aliquot libri ἕξει περὶ ὧν ἂν γρ.

III, 4. ἄνευ κάλλους ὡραῖος, quae verba interpretatur Winckelmann. Histor. Art. T. II. p. 50. ed. Dresd. Conf. Creuzer. ad Plotin. de Pulcritud. p. 232. Ἄνθος de corporis flore et pulcritudine dictum a Platone eiusque imitatoribus frequentatur; v. Sympos. p. 183. E. 196. B. 210. C. Alcib. I. p. 127. B. et quae laudavit Wyttenbach. ad Iulian. Orat. p. 222 sqq. ed. Lips.

C. Μὴ τοίνυν ἡμίσεως α. κ. ῥηθέν] Ne igitur rem relinquamus de dimidio tantum disceptatam; sed consideremus plene atque sic, ut nihil reliqui fiat. Phaedon. p. 77. C: φαίνεται γὰρ ὥσπερ ἥμισυ ἀποδεδεῖχθαι οὗ δεῖ. Stephan. ad lectionem vulgatam haec annotavit: „Fort. ἐξ ἡμίσεως; nisi mutata sede accentus scribi possit ἡμισέως ut sit adverbium.“ Postremum vere. Anecdot. Bekkeri Vol. I. p. 98, 30. ἡμίσεως· ἐπίῤῥημα. Πλάτων πολιτείας ἕκτῳ. Quanquam de accentu adverbii dubitaveris. Quocirca nec ex duobus codd. ἐφ' ἡμίσεως refingendum. Dicit autem rem ex dimidia tantum parte hactenus esse explicatam. Quippe demonstratum adhuc est, imitationis naturam hanc esse, ut imitator tertio gradu ab ipsa rerum veritate abesse existimandus sit. Nunc vero etiam longius proceditur. Docetur enim imitatorem adeo omni scientiae laude privandum esse. Id quod hac argumentatione evincitur. Ad unum quodque opus tres artes referuntur: una, quae re utatur (χρησομένη); altera, quae rem faciat (ποιήσουσα); tertia, quae rem imitetur (μιμησομένη). Iam vero is, qui re utitur, erit sine dubio peritissimus, quippe qui opifici praecipiat, qualem rem conficiendam esse oporteat; opifex autem a perito edoctus inde nanciscetur πίστιν, de qua v. Libr. VI. extr., eamque rectam, sive ὀρθὴν δόξαν. Iam vero imitator certe utraque, et scientia et recta opinione sive fide, erit destitutus, siquidem quidquid pulcrum videatur, imitabitur. Ex quo consequens est, ut ὁ μιμητικός nil eorum scire existimandus sit, quae imitatur, adeoque imitationem rem non seriam et gravem, sed levem ac nugatoriam esse, idque ipsum etiam in poesin epicam et dramaticam convenire. Nam epicam et dramaticam poesin solam haec spectare docent loci X. p. 595. A. 602. B. 607. B. coll. III. p. 398. A. Lyricum genus (τὸ ἄκρατον) philosophus in Civitate sua retinuit v. Libr. III. p. 397. D. V. p. 459. E. 468. D. X. p. 607. C.

D. ἄγγελον γίγνεσθαι τῷ ποιητῇ] h. e. opifici s. fabricatori. Nam de poeta cave cogitaveris.

ἔοικε. Χαρίεις ἂν εἴη ὁ ἐν τῇ ποιήσει μιμητικὸς πρὸς
B σοφίαν περὶ ὧν ἂν ποιῇ. Οὐ πάνυ. Ἀλλ' οὖν δὴ ὅμως γε μιμήσεται, οὐκ εἰδὼς περὶ ἑκάστου, ὅπῃ πονηρὸν ἢ χρηστόν· ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οἷον φαίνεται καλὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς τε καὶ μηδὲν εἰδόσι, τοῦτο μιμήσεται. Τί γὰρ ἄλλο; Ταῦτα μὲν δή, ὥς γε φαίνεται, ἐπιεικῶς ἡμῖν διωμολόγηται, τόν τε μιμητικὸν μηδὲν εἰδέναι ἄξιον λόγου περὶ ὧν μιμεῖται, ἀλλ'

*ἐν τῇ ποιήσει μιμητικός*] Sic Par. A. Ven. Ξ II. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. et edit. Bas. 2. Ficinus: et in effictione imitator. Vulgo legitur *ἐν τῇ μιμήσει μιμητικός*.

P. 602. *Χαρίεις ἂν εἴη — περὶ ὧν ἂν ποιῇ*] Quod restituimus *ὁ ἐν τῇ ποιήσει μ.*, id vel proximum *περὶ ὧν ἂν ποιῇ* flagitare videtur. Cave tamen unam poesin intelligas. Nam *ποίησις* quoque, ut antea *ποιητής*, latiore sensu dictum. Ficinus: in effictione imitator quoad sapientiam in his, quae facit. Ceterum hanc sententiam cum simulatione et irrisione a Socrate pronuntiari, vix est quod moneamus. Asyndeton vero ne quem male habeat, eadem prorsus ratio est Theaet. p. 183. A. ubi Socrates responsionem orditur hic: *Καλὸν ἂν ἡμῖν συμβαίνοι τὸ ἐπανόρθωμα*. Ibid. p. 181. B: *Σκεπτέον ἂν εἴη*, ubi cave *οὖν* inseras. Euthydem. p. 273. D. Alcib. I. p. 104. E: *Λεκτέον ἂν εἴη*. Nec multum discrepant illa, de quibus diximus ad libr. V. p. 463. A.

B. *τούς τε τῆς τραγικῆς — ἐν ἔπεσι*] Nam etiam Homerum in tragicorum numero habet. v. ad p. 595. C.

Cap. V. C. *οὐ περὶ τρίτον μέντοι*] Particulam *μέντοι* in interrogatione aiente positam sat multis exemplis firmavimus ad libr. I. p. 339. B. c. XIII. in. Sententia verborum haec est: Nonne hoc, quod imitari appellamus, circa res tertio gradu a veritate distantes versatur? Neque enim Astio assentimur *περί* circiter, fere, interpretanti. *Εἶναι περί τι* de artibus et studiis dictum in aliquo rerum genere versantibus et ad illud pertinentibus; de quo genere loquendi conf. Dorvill. ad Charit. p. 142. Boissonad. ad Phil. Heroic. p. 342. et ann. ad Phaedr. p. 261. A. De re ipsa respice p. 597. E.

*Πρὸς δὲ δὴ ποῖόν τι*] Morgenstern. Symbol. critt. p. V. scribi iubebat: *ἀνθρώπου, ἔχον τὴν δύναμιν*. Quod contra verissime monuit Astius cohaerere verba sic: *ἐστὶν — ἔχον* (*ἔχει*) *τὴν δύναμιν*. Creberrime enim Plato isto modo *ἔχων ἐστίν* iunxit, veluti Phaedon. p. 69. B. Politic. p. 306. B. C. p. 297. E. Phileb. p. 48. E. Legg. IX. p. 860. E. aliis locis plurimis. Orditur vero dehinc philosophus novae rei demonstrationem. Posteaquam enim docuit, imitationem poesis tertio gradu ab ipsa rerum veritate distare, hominesque ei deditos scientia et recta opinione penitus carere, id quod vel imprimis vult de poesi epica et dramatica ita iudicari oportere; nunc demonstrare instituit, poesin istam *μιμητικήν* etiam



εἶναι παιδιάν τινα καὶ οὐ σπουδὴν τὴν μίμησιν, τούς τε τῆς τραγικῆς ποιήσεως ἁπτομένους ἐν ἰαμβείοις καὶ ἐν ἔπεσι πάντας εἶναι μιμητικοὺς ὡς οἷόν τε μάλιστα. Πάνυ μὲν οὖν.

Cap. V. Πρός Διὸς, ἦν δ' ἐγώ, τὸ δὲ δὴ μιμεῖ- C
σθαι τοῦτο οὐ περὶ τρίτον μέντοι ἐστὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας; ἢ γάρ; Ναί. Πρὸς δὲ δὴ ποῖόν τί ἐστι τῶν τοῦ ἀνθρώπου ἔχον τὴν δύναμιν, ἣν ἔχει; Τοῦ ποί-

Cap. V. C. *τὸ δὲ δὴ μιμεῖσθαι*] *δή* accessit nuper ex Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Flor. a. c. x. Habet etiam Bas. 2. Deinde *μέντοι* pro *μέν τι* restitui ex Par. K. Ang. Vat. r. Flor. x. Vulgatum tenuit etiam Bekker. cum Schn. Turr.

moribus esse perniciosam. De qua re hoc fere modo disputat. Quod in visus perceptionibus accidere solet, ubi res eaedem saepe videntur esse plane contrariae, parvae simul et magnae, cavae et eminentes, curvae et rectae, qua quidem naturae nostrae affectione utuntur artes delineandi, adumbrandi, pingendi, aliaeque multae praestigiatrices, quae ad fraudem faciendam comparatae sunt, ut explorandae verae rationis caussa ad computandi, ponderandi, metiendi auxilium confugiamus, quandoquidem homini eius rei facultas — *τὸ λογιστικόν* — a natura tributa est, eaque in caussa, licet omnibus in confesso sit, fieri non posse, ut eadem animi facultate de eadem re simul contraria opinemur, tamen a recta rerum mensura aberremus, quandoquidem non praestantissimae animi parti, quae subtiliore numerorum et mensurarum examine instituto inventis rationibus firmiter confidit et acquiescit, sed potius parti animi deteriori et imbecilliori ideoque visus fraudibus obnoxiae, cui ipsi etiam picturae aliarumque artium imitatio callide tamquam insidiatur, imprudentes indulgemus atque obtemperamus; idem plane etiam in poesi eiusque imitatione, quae quidem ad auditum pertinet, ita evenire compertum habetur. Adulatur enim haec quoque deteriori animi nostri parti, quae quum frangi et rationis imperio subiici debeat, ab illa potius fovetur, nutritur, firmatur et corroboratur. Nam quum lex et ratio ita postulet, ut doloris aliorumque affectuum et perturbationum vehementiae fortiter resistatur atque animo illorum remedia adhibeantur, tum poesis imitatione exprimit et repraesentat homines variis et diversis animi affectibus agitatos, qui secum ipsi plane discordes sint. Nam quum ipsa ad hominis sapientiae robore firmati imaginem informandam parum idonea sit, quandoquidem animus constans, fortis, sapiens, nec facile imitatione exprimitur nec spectantium multitudini valde placere solet, tum tota est ad eam animi partem accommodata, quae quoniam magnam habet affectuum et perturbationum copiam et varietatem, etiam imitationi multam praebet materiam. Ita vero evenit, ut moribus et ingeniis multum detrimenti inferatur, quandoquidem rationis vi oppressa aut neglecta et debilitata deterior animi pars, quae habet affectus et perturbationes, excitatur, alitur, fovetur atque robo-

ου τινὸς πέρι λέγεις; Τοῦ τοιοῦδε. ταὐτόν που ἡμῖν
μέγεθος ἐγγύθεν τε καὶ πόῤῥωθεν διὰ τῆς ὄψεως
οὐκ ἴσον φαίνεται. Οὐ γάρ. Καὶ ταὐτὰ καμπύλα τε
καὶ εὐθέα ἐν ὕδατί τε θεωμένοις καὶ ἔξω, καὶ κοῖλά
τε δὴ καὶ ἐξέχοντα διὰ τὴν περὶ τὰ χρώματα αὖ
πλάνην τῆς ὄψεως, καὶ πᾶσά τις ταραχὴ δήλη ἡμῖν
D ἐνοῦσα αὕτη ἐν τῇ ψυχῇ· ᾧ δὴ ἡμῶν τῷ παθήματι
τῆς φύσεως ἡ σκιαγραφία ἐπιθεμένη γοητείας οὐδὲν
ἀπολείπει, καὶ ἡ θαυματοποιία καὶ ἄλλαι πολλαὶ τοι-
αῦται μηχαναί. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ μετρεῖν καὶ

*Καὶ ταὐτὰ καμπύλα*] V. *καὶ τὰ καμπ.*., quod Bekker. mutavit ex Par. A. Mon. Ang. Vat. m. consentientibus sex Florentinis. In Vat. *Θ*. Ven. II. Vind. Par. D. Vat. r. *ταῦτα* legitur, quod confirmat receptam lectionem.

D. *ἐνοῦσα αὕτη ἐν τ. ψ.*] *αὐτή* Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Flor. a. c. x. *α*. *αὐτῇ* Vat. m. Mox *καὶ αἱ ἄλλαι* Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m.

ratur. Sed quod longe est gravissimum, saepenumero isto pacto etiam eos corrumpi videmus, qui antea boni, graves et constantes extitissent. Nam ubi Homerus aut aliquis poetarum tragicorum heroem quempiam imitatur doloribus afflictum ac de fortuna sua lamentantem, ipsi quoque talia audientes ac videntes vehementer commovemur et variis affectibus, misericordiae, tristitiae, doloris, replemur. Quae quidem affectuum communio dici non potest quantum damni moribus afferat. Instillantur enim per eam animis eiusmodi motus ac sensus, qui vim rationis imminuant et sapientiae gravitati, constantiae et fortitudini plurimum officiant, praesertim quum eodem modo etiam irae, amores, aliae malae cupiditates excitentur. Quod autem modo de poesi tragica statuimus, idem etiam de comica poesi ita iudicari oportere (p. 606. C.) facile intelligitur.

D. *καὶ πᾶσά τις ταραχὴ — ψυχῇ*] h. e. *καὶ πᾶσα αὕτη* (i. e. *πᾶν τοῦτο*) *ταραχή τις δήλη ἐστὶν ἐνοῦσα ἡμῖν ἐν τῇ ψυχῇ*, atque ***omnia haec*** (omnia istius generis) manifesta quaedam in animo nostro perturbatio sunt, i. e. animo manifesto afferunt perturbationem quandam. Verissime enim Schneiderus *πᾶσα αὕτη* iungit et per attractionem quandam dictum esse putat, ut *τὶς* nomini sit praepositum, ut Gorg. p. 522. D: *αὕτη γάρ τις βοήθεια ἑαυτῷ πολλάκις ἡμῖν ὡμολόγηται κρατίστη εἶναι.* Proxima Ficinus ita expressit: quam quidem naturae nostrae passionem adgressa adumbrationis ipsius facultas et praestigiorum ingeniositas ceteraque machinamenta nihil magicae seductionis intentatum relinquunt. Ex qua interpretatione si qui voluerint capere coniecturas, nullo negotio id facere poterunt. De sententia conf. Theaetet. p. 208. E. Parmenid p. 165. C. Sophist. p. 235. E

*τὸ φαινόμενον — βαρύτερον*]



ἀριθμεῖν καὶ ἱστάναι βοήθειαι χαριέσταται πρὸς αὐ-
τὰ ἐφάνησαν, ὥςτε μὴ ἄρχειν ἐν ἡμῖν τὸ φαινόμενον
μεῖζον ἢ ἔλαττον ἢ πλέον ἢ βαρύτερον, ἀλλὰ τὸ λο-
γισάμενον καὶ μετρῆσαν ἢ καὶ στῆσαν; Πῶς γὰρ οὔ;
Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε τοῦ λογιστικοῦ ἂν εἴη τοῦ ἐν E
ψυχῇ ἔργον. Τούτου γὰρ οὖν. Τούτῳ δὲ πολλάκις
μετρήσαντι, καὶ σημαίνοντι μείζω ἄττα εἶναι ἢ ἐλάτ-
τω ἕτερα ἑτέρων ἢ ἴσα, τἀναντία φαίνεται ἅμα περὶ
ταὐτά. Ναί. Οὐκοῦν ἔφαμεν τῷ αὐτῷ ἅμα περὶ ταὐ-
τὰ ἐναντία δοξάζειν ἀδύνατον εἶναι; Καὶ ὀρθῶς γ'

*ὥςτε μὴ ἄρχειν*] Sic Par. DK. Mon. Vat. m. Flor. *α*. *β*. *γ*. a. et fortasse Par. A. Vulgo *ὥς γε μ*.

E. *τοῦ ἐν ψυχῇ*] V. *τοῦ ἐν τῇ ψ*. Articulum om. Par. ADK. Vat. *Θ*. Ven. II. Mon. Vat. r. Flor. *β*. x. v. ad Criton. p. 51. A.

*Τούτῳ δὲ πολλάκις*] Legebatur *δή*, quod ex Par. ADK. Ven. II. Vind. Mon. Vat. m. Flor. *α*. *β*. *γ*. mutatum. Vind. Vat. m. et Astii Mon. *τοῦτο*. v. annotat. Dein Angel. Flor. *α*. x. *σημάναντι*, quod nunc non probem.

H. e. id quo *iusto* maius et minus aut *iusto* plus et *iusto* gravius videtur, ideoque specie sua fallit et in fraudem inducit. Usum hunc comparativi ad Libr. III. p. 410. E. et Phaedon. p. 63. D. notavimus. — Tum *τὸ λογισάμενον κτλ.* est vis computandi, metiendi et ponderandi, quae inest in animo, quaeque *τοῦ λογιστικοῦ* propria dicitur.

E. *Τούτῳ δὲ πολλάκις μετρήσαντι —*] Hunc locum Schneiderus sic explicat, ut *τούτῳ* (sc. *τῷ λογιστικῷ*) sicuti *σημαίνοντι* dativum instrumenti seu adminiculi, quo quis metiatur, esse censeat, qui ex *μετρήσαντι* (sc. *ἀνθρώπῳ*) suspensus sit, hoc sensu: hac autem facultate saepenumero menso alicui, quum illa (facultas) maiora quaedam vel minora vel aequalia esse significat, contraria simul de iisdem videntur. Quae permira est verborum coniunctio, qualem Platoni placuisse nemo facile sibi persuaserit. Schleiermacherus legendum censuit: *Τῷ δὲ πολλάκις μετρήσαντι*, quoniam alioquin *τὸ λογιστικόν* sive rationalis animi pars diceretur hoc habere proprium, ut ei de iisdem rebus videantur contraria, idque cum Platonis sententia minime conveniret. Cui iudicio ipsi olim assensi sumus. Nunc tamen verba sanissima esse putamus, quanquam ea nec C. Fr. Hermannus in libro: Vermischte Aufsätze ctr. p. 186. satis expedivisse videtur. Etenim *τὸ λογιστικόν* modo animadvertimus dici facultatem computandi atque metiendi (das Berechnungsvermögen). Hoc vero philosophus omnino tale esse statuit, ut etiam contrariorum visorum specie decipi queat, quandoquidem melior eius pars, quae *τῷ λογισμῷ πιστεύει*, discernitur a parte ipsius deteriore, quae inter visorum perceptiones fluctuatur iisque in fraudem inducitur, quemadmodum e proximis fit perspicuum. Itaque verba hoc sensu accipienda sunt: Huic vero

603 ἔφαμεν. Τὸ παρὰ τὰ μέτρα ἄρα δοξάζον τῆς ψυχῆς τῷ κατὰ τὰ μέτρα οὐκ ἂν εἴη ταὐτόν. Οὐ γὰρ οὖν. Ἀλλὰ μὴν τὸ μέτρῳ γε καὶ λογισμῷ πιστεῦον βέλτιστον ἂν εἴη τῆς ψυχῆς. Τί μήν; Τὸ ἄρα τούτῳ ἐναντιούμενον τῶν φαύλων ἄν τι εἴη ἐν ἡμῖν. Ἀνάγκη. Τοῦτο τοίνυν διομολογήσασθαι βουλόμενος ἔλεγον, ὅτι ἡ γραφικὴ καὶ ὅλως ἡ μιμητικὴ πόῤῥω μὲν τῆς ἀληθείας ὂν τὸ αὑτῆς ἔργον ἀπεργάζεται, πόῤ-
B ῥω δ' αὖ φρονήσεως ὄντι τῷ ἐν ἡμῖν προσομιλεῖ τε καὶ ἑταίρα καὶ φίλη ἐστὶν ἐπ' οὐδενὶ ὑγιεῖ οὐδ' ἀληθεῖ. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς. Φαύλη ἄρα φαύλῳ ξυγγιγνομένη φαῦλα γεννᾷ ἡ μιμητική. Ἔοικε. Πότερον,

P. 603. ὂν τὸ αὑτῆς ἔργον] Vulgo οὖσα pro ὄν, quod recte tuentur Par. ADK. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. et sex Flor. ὄν. Deinde pro v. ἀσπάζεται Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Ang. Vat. m.r. Flor. a. c. x. α. γ. cum edit. Bas. 2. praebuerunt ἀπεργάζεται.

B. ἡ κατὰ τὴν ὄψιν μόνον] Sic Par. A. Ven. II. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. Vulgo μόνην. Articulum ἡ ante κατὰ τὴν ἀκοήν cum Ald. Bas. 1. 2. omittunt codices omnes prae-

saepenumero dimenso atque alia quaedam aliis maiora vel minora esse vel aliis aequalia notanti, ideoque varias rerum magnitudines inter ipsas comparanti, accidit ut contraria appareant in iisdem, h. e. ut eadem simul magna et parva, curva et recta, ctr. videantur. Hoc ipsum autem negaverant eodem de iisdem simul ita fieri posse, quod fecerant Libr. IV. cap. 12. p. 436. A. sqq., quorsum manifesto hic respicitur. Quam sententiam quum etiam nunc tueantur, Socrates inde colligit, id quod praeter mensuram opinetur, h. e. a recta et vera rerum mensura aberret, in animo aliud quid esse, quam quod mensurae verae convenienter existimet. Itaque optimam animi ratiocinandi facultate praediti partem esse ait τὸ μέτρῳ καὶ λογισμῷ πιστεῦον. Nam πίστιν Libr. VI. extr. demonstratum est in res ipsas sensibus subiectas convenire, de qua re v. quae exposuimus in libri sexti enarratione Argum. extr. Huic autem meliori τοῦ λογιστικοῦ parti quod adversetur, id censet partem animi esse deteriorem. Hanc ipsam vero partem deteriorem eam esse arbitratur, cui ars pictoria omnique ars imitatoria, quae ad visum referatur, blandiri et callide tanquam insidiari soleat, ita ut ipsa vilis cum vili conversans etiam vilia pariat. Haec igitur sententia loci est. Cui apprime respondent et conveniunt quae deinde de poesis imitatione disseruntur.

P. 603. Τὸ παρὰ τὰ μέτρα ἄρα δ.] Genitivus τῆς ψυχῆς cohaeret cum participio τὸ δοξάζον, quod nominis substantivi vim habeat. Eodem modo Legg. III. p. 689. A: τὸ γὰρ λυπούμενον καὶ ἡδόμενον αὐτῆς (τῆς ψυχῆς). Itaque sententia haec est: Ea igitur pars animi, quae praeter mensuram opinatur, non fuerit eadem atque illa, quae opiniones habet cum mensura convenientes.



ἦν δ' ἐγώ, ἡ κατὰ τὴν ὄψιν μόνον, ἢ καὶ ἡ κατὰ τὴν ἀκοήν, ἣν δὴ ποίησιν ὀνομάζομεν; Εἰκός γ', ἔφη, καὶ ταύτην. Μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τῷ εἰκότι μόνον πιστεύσωμεν ἐκ τῆς γραφικῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτὸ αὖ ἔλθωμεν τῆς διανοίας τοῦτο, ᾧ προσομιλεῖ C
ἡ τῆς ποιήσεως μιμητική, καὶ ἴδωμεν, φαῦλον ἢ σπουδαῖόν ἐστιν. Ἀλλὰ χρή. Ὧδε δὴ προθώμεθα· πράττοντας, φαμέν, ἀνθρώπους μιμεῖται ἡ μιμητικὴ βιαίους ἢ ἑκουσίας πράξεις, καὶ ἐκ τοῦ πράττειν ἢ εὖ οἰομένους ἢ κακῶς πεπραγέναι, καὶ ἐν τούτοις δὴ πᾶσιν ἢ λυπουμένους ἢ χαίροντας. μή τι ἄλλο παρὰ ταῦτα; Οὐδέν. Ἆρ' οὖν ἐν ἅπασι τούτοις ὁμονοητι-

ter Mon. et Flor. β. Recte eum interposuit Stephan. Iniuria eiecit Herm.

μόνον πιστεύσωμεν] πιστεύωμεν Mon. Flor. β.

C. ἡ τῆς ποιήσεως μιμητική] Solus Ven. Ξ. ἡ διὰ τῆς π. μ., quod recepit Stephan. Orta lectio est ex vulgatae interpretatione.

μή τι ἄλλο παρὰ ταῦτα;] Ald. Bas. 1. 2. ἄλλο ἢ π. Steph. ἄλλο ἤ, ut codd. habent, exceptis Flor. β. Mon.

πόῤῥω μὲν τῆς ἀληθείας ὂν τὸ αὑτῆς ἔργ.] Dedimus nunc ὄν pro vulg. οὖσα, quod et exigua nititur codicum auctoritate et specie veri magis quam ipsa re et veritate commendatur. Exprobratur enim ita arti pictoriae et imitatoriae primum, quod eius opus tertio gradu a veritate absit, de quo iam p. 602. C. monitum est, deinde quod cum animi nostri parte a prudentia remotiore conversetur nullius sani et veri caussa; ex quibus omnibus denique colligitur ipsam tamquam vilem cum vili rem habentem vilia generare.

B. Μὴ τοίνυν — τῷ εἰκότι —] Τοίνυν hic rursus non συλλογιστικῶς, sed μεταβατικῶς positum, ut Lat. Iam vero, apud Ciceron. pro Lege Manil. c. 14. c. 15. al. Socrates enim postquam artem μιμητικήν, quatenus ad visum pertineat et artibus pingendi ac similibus subsit, a vero multum abesse et ad deteriorem animi facultatem pertinere docuit, dehinc porro ostendit eandem etiam ad auditum comparatam et in poesi conspicuam deteriori animi parti adulari, ita ut hic quoque dicenda sit vilis cum vili rem habere et viles fetus procreare. Iam vero, inquit, ne ei tantum fidem habeamus, quod videtur ex arte pingendi; sed ad ipsam hanc animi partem accedamus, qua utitur poeseos imitatio, ac videamus, vilis illa sit an melior.

C. μή τι ἄλλο παρὰ ταῦτα;] Veterem lectionem Ald. et Bass. ἄλλο ἢ παρὰ τ. Stephan. mutavit ita, ut orationem non purgaverit, sed alia labe consperserit. Nam illud ἤ,

D κῶς ἄνθρωπος διάκειται; ἢ ὥςπερ κατὰ τὴν ὄψιν
ἐστασίαζε καὶ ἐναντίας εἶχεν ἐν ἑαυτῷ δόξας ἅμα περὶ
τῶν αὐτῶν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς πράξεσι στασιάζει τε
καὶ μάχεται αὐτὸς αὑτῷ; ἀναμιμνήσκομαι δέ, ὅτι
τοῦτό γε νῦν οὐδὲν δεῖ ἡμᾶς διομολογεῖσθαι· ἐν
γὰρ τοῖς ἄνω λόγοις ἱκανῶς πάντα ταῦτα διωμολο-
γησάμεθα, ὅτι μυρίων τοιούτων ἐναντιωμάτων ἅμα
γιγνομένων ἡ ψυχὴ γέμει ἡμῶν. Ὀρθῶς, ἔφη. Ὀρ-
E θῶς γάρ, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὃ τότε ἀπελίπομεν, νῦν
μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι διεξελθεῖν. Τὸ ποῖον;
ἔφη. Ἀνήρ, ἦν δ' ἐγώ, ἐπιεικὴς τοιᾶςδε τύχης μετα-
σχών, υἱὸν ἀπολέσας ἤ τι ἄλλο ὧν περὶ πλείστου
ποιεῖται, ἐλέγομέν που καὶ τότε ὅτι ῥᾷστα οἴσει τῶν
ἄλλων. Πάνυ γε. Νῦν δέ γε τόδ' ἐπισκεψώμεθα,

D. *πάντα ταῦτα διωμ.*] Sic Par. A. Ang. Vulgo *ταῦτα πάντα.*

*ἐναντιωμάτων ἅμα γιγν.*] In ed. Steph. *ἅμα* excidit, quod etiam in Flor. *α.* desideratur.

E. *τοιᾶςδε τύχης*] Par. A. Ven. Ξ. Vind. alii *ψυχῆς*. Pessime. Mox formam *ἀχθέσεται* debemus libris Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. x. *α.* et pr. Ven. II. Vulgo *ἀχθεσθήσεται*, quod ab Atticorum usu abhorrere arbitrantur vett. grammatici. Utramque futuri formam illustrant intpp. Thomae Mag. s. v. et Moer. p. 21.

P. 604. *Τόδε δὴ νῦν μοι*] Sic Mon. Flor. *β.* pro vulg. *Τὸ* quod exhibuit, ferri profecto nullo modo potest, propterea quod *μή* habet vim ac potestatem interrogandi. Itaque Ast. scripsit: *μή τι ἄλλο ἦν παρὰ ταῦτα;* ut *ἦν* Atticorum more positum vim praesentis temporis habere putaretur. Sed etsi verissime observatum a grammaticis est imperfectum saepenumero a Graecis scriptoribus usurpari, ubi recentiorum linguarum usu praesens adhiberi consueverit; tamen Graeci non tanta hoc in genere licentia usi sunt, ut temere praeteritum posuerint de iis rebus, in quibus nulla plane superioris temporis ratio haberi queat. Duplex autem discerni potest imperfecti usus, quo pro praesenti positum videatur. Aut enim significatur aliquid secus atque exspectatum erat evenisse; aut ad aliquid respicitur, quod iam antea erat memoratum. cf. Matth. Gr. §. 505. 2. Neutrum ex his nunc locum habet. Nam neque res indicatur, quae iam praeter opinionem vera videatur; neque respicitur ad partem aliquam sermonis superioris, ubi hoc argumentum illustratum fuerit. Nam quod Schneiderus ad illa Libr. III. p. 399. A. B. respici arbitratur, res longe alia ibi agitur: neque ea ratio convenit cum superiore *φαμέν*, quod ita esse debebat *ἔφαμεν*. Itaque amplexi sumus



πότερον οὐδὲν ἀχθέσεται, ἢ τοῦτο μὲν ἀδύνατον, με-
τριάσει δέ πως πρὸς λύπην. Οὕτω μᾶλλον, ἔφη, τό
γε ἀληθές. Τόδε δὴ νῦν μοι περὶ αὐτοῦ εἰπέ· πό- 604
τερον μᾶλλον αὐτὸν οἴει τῇ λύπῃ μαχεῖσθαί τε καὶ
ἀντιτενεῖν, ὅταν ὁρᾶται ὑπὸ τῶν ὁμοίων, ἢ ὅταν ἐν
ἐρημίᾳ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν γίγνηται; Πολύ
που, ἔφη, διοίσει, ὅταν ὁρᾶται. Μονωθεὶς δέ γε, οἶ-
μαι, πολλὰ μὲν τολμήσει φθέγξασθαι, ἃ εἴ τις αὐ-
τοῦ ἀκούοι αἰσχύνοιτ' ἄν, πολλὰ δὲ ποιήσει, ἃ οὐκ
ἂν δέξαιτό τινα ἰδεῖν δρῶντα. Οὕτως ἔχει, ἔφη.
Cap. VI. Οὐκοῦν τὸ μὲν ἀντιτείνειν διακελευόμενον
λόγος καὶ νόμος ἐστί, τὸ δὲ ἕλκον ἐπὶ τὰς λύπας B
αὐτὸ τὸ πάθος; Ἀληθῆ. Ἐναντίας δὲ ἀγωγῆς γι-
γνομένης ἐν τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὸ αὐτὸ ἅμα δύο

*δὲ νῦν μοι*, quod servant Turr. Herm. Vat. Θ. Ang. Vat. m. Stobaeus Serm. CXXIII. *τόδε νῦν μ.*, ut dedit Schneider.

*καὶ ἀντιτενεῖν*] V. *ἀντιτείνειν*, quod iam Stephan. in *ἀντιτενεῖν* mutandum vidit. Futurum praebuerunt Mon. et Flor. *β.* receptum etiam a Bekkero, spretum a Schn. Turr. Herm. Quanquam erunt qui temporum enallagen illis tueantur, qualia sunt quae collegit Lobeck. ad Phrynich. p. 747. Deinde iidem libri *αὐτὸς μόνος ἐν ἐρημίᾳ*. Cobet. Varr. Lectt. p. 361: *μόνος* delendum censet.

*Οὕτως ἔχει, ἔφη.*] Sic libri fere omnes. Vett. editt. *Οὕτως, ἔφη, ἔχει.*

Cap. VI. B. *ἐν τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὸ αὐτὸ ἅμα δύο τινέ, φ.*] Sic Mon. et Flor. *β.* pro vulg. *ἅμα δύο φαμὲν αὐτῷ* lectionem codicum Florent. *β.* et Monac., qui *ἢ* recte omittunt. Facile autem apparet *ἐστίν* intelligendum relinqui, quod quum librarii non perspexissent, pravo consilio *ἢ* invexerunt. De *ἄλλο παρὰ ταῦτα* v. libr. I. p. 337. E. VI. p. 506. B. Phaedon. p. 80. B. p. 107. A. Phaedr. p. 107. A. Politic. p. 295. D. E. Gorg. p. 507. A. et quae collegi ad Phileb. p. 21. D.

D. *ἐν γὰρ τοῖς ἄνω λόγοις*] Libri III. initio coll. IV. c. 14. p. 439. C.

E. *ὃ τότε ἀπελίπομεν*] quod tunc a nobis est praetermissum; unde tum deflexit oratio.

*τοιᾶςδε τύχης μετασχών, υἱὸν ἀπολέσας*] Participium *ἀπολέσας* inservit explicandis verbis *μ. τοιᾶςδε τύχης*, ut hic sensus sit: eam fortunam expertus, ut filium amiserit aut aliud quid eorum, quae plurimi faciat. — *καὶ τότε.* Libr. III. p. 387. D. E.

*μετριάσει δέ πως πρὸς λύπην*] h. e. *μετρίως ἕξει.*

Cap. VI. P. 604. B. *Ἐναντίας δὲ ἀγωγῆς — ἅμα δύο τινέ, φαμέν, ἐν αὐτῷ ἀναγκαῖον εἶναι.*] Hic quoque sequutus sum fidem codd. Monac. et Flor. *β.*, ut iam Bekkerus fecerat, a quo tamen in eo dis-

τινέ, φαμέν, ἐν αὐτῷ ἀναγκαῖον εἶναι. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν τὸ μὲν ἕτερον τῷ νόμῳ ἕτοιμον πείθεσθαι, ᾗ ὁ νόμος ἐξηγεῖται; Πῶς; Λέγει που ὁ νόμος, ὅτι κάλλιστον ὅ τι μάλιστα ἡσυχίαν ἄγειν ἐν ταῖς ξυμφοραῖς καὶ μὴ ἀγανακτεῖν, ὡς οὔτε δήλου ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ τῶν τοιούτων, οὔτε εἰς τὸ
C πρόσθεν οὐδὲν προβαῖνον τῷ χαλεπῶς φέροντι, οὔτε τι τῶν ἀνθρωπίνων ἄξιον ὂν μεγάλης σπουδῆς, ὅ τε δεῖ ἐν αὐτοῖς ὅ τι τάχιστα παραγίγνεσθαι ἡμῖν, τούτῳ ἐμποδὼν γιγνόμενον τὸ λυπεῖσθαι. Τίνι, ἦ δ' ὅς, λέγεις; Τῷ βουλεύεσθαι, ἦν δ' ἐγώ, περὶ τὸ γεγονὸς καὶ ὥςπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τί-

ἀναγκαῖον εἶναι, quod retinuerunt Schneider. Turr. Herm. sed v. expl. Flor. α. ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἅμα δύο φαμὲν ἐν αὐτῷ περὶ τὸ αὐτὸ εἶναι. Morgenstern. Symboll. Critt. p. VI. corrigebat: περὶ τὸ αὐτὸ ἅμα, δύο φαμὲν αὐτῷ, ἀναγκαῖον εἶναι, h. e. φαμέν· ἀναγκαῖόν ἐστι, δύο αὐτῷ εἶναι.

C. ὁ λόγος αἱρεῖ] Sic Ven. Ξ. Mon. Ang. Flor. α. β. γ. et ex corr. Vat. Θ. cum Stobaeo et Plutarcho Consolat. ad Apollon. p. 112. E. F. Vulgo pessime ἐρεῖ, quod nec nuperi editt. servarunt.

ἐχομένους τοῦ πληγέντος] Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. et ex corr. Par. A. cum Bas. 2. τοῦ πλήττοντος. Sed vide interpretationem.

cessi, quod φαμέν commatis a reliqua oratione seclusi. Alioquin enim sibi non constat verborum constructio. Nunc verba ἅμα δύο τινὲ ἐν αὐτῷ περὶ τὸ αὐτὸ εἶναι cohaerent cum ἀναγκαῖον, ad quod more haud infrequenti, de quo vide Schaefer. Melett. critt. p. 43 sq. et ad Lamb. Bos. Ellips. p. 605., verbum substantivum ἐστίν intelligendum relinquitur. Quod vulgo legitur, ferri propterea non potest, quod saltem requiritur ἐν αὐτῷ. Fieri igitur potest, ut in plurimorum librorum lectione vitium haereat in ἀναγκαῖον εἶναι, quod mutandum fortasse in ἀναγκαῖον ἐνεῖναι.

ὡς οὔτε δήλου ὄντος — οὔτε εἰς τ. πρ. οὐδ. προβαῖνον] Nominativus absolutus post genitivum illatus, ut Euthyphron. p. 29. ed. min. p. 4. D: ὡς ἀνδροφόνου ὄντος καὶ οὐδὲν ὂν πρᾶγμα. Xenoph. Mem. II, 2, 13: ὡς οὔτε ἂν τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυόμενα — οὔτε ἄλλο καλῶς καὶ δικαίως οὐδὲν ἂν τούτου πράξαντος. Thucyd. VII, 25: ὡς Ἀθηναίων προςδοκίμων ὄντων καὶ τὸ παρὸν στράτευμα αὐτῶν διαπολεμησόμενον. — τῶν τοιούτων, talium casuum. — De ἐμποδὼν γίγνεσθαι et εἶναι v. Thom. Mag. p. 304. Gorg. p. 492. B: μηδενὸς ἐμποδὼν ὄντος. Plura dabit Valcken. in Epistol. ad I. A. Ernesti p. 159. ed. Tittm.

C. πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὐτοῦ πράγματα] ut in talorum iactu, prouti tali ceciderunt, res disponere. Sumpsit hinc Plutarch. ad Apollon. p. 112. E., monente Porsono Adversar. p. 256., qui praeter Eurip. Hippol. v. 713. El. v. 644. comparat Alexin Stobaei CIII. p. 560. 13. Terent. Adelph. IV, 7, 21. Praeterea Ast. de vitae humanae cum tesserarum ludo comparatione conferri iussit Plutarch. De anim. tranquill. p. 467. A. Gataker. ad M. Anton. VII, 38. Opp. Critt. p. 754. Iacobs. ad Antholog. Gr. Vol. II. P. III. p. 247. — ὁ λόγος αἱρεῖ, ratio evincit, ut saepe. v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 231. Heindorf. ad Euthydem. p. 141. D. nostra ad Criton. p. 124.

καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τοῦ πληγέντος] neque, ubi offenderimus, sicuti pueros, manu tenentes partem plaga affectam, clamori indulgere. Prorsus eodem modo Demosthen. adv. Philipp. I. §. 40: ὥςπερ δὲ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ. καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τις, ἐκεῖσέ εἰσιν αἱ χεῖρες· προβάλλεσθαι δὲ ἢ βλέπειν ἐναντίον οὔτ' οἶδεν οὔτ' ἐθέλει, de cuius loci interpretatione Rostio prorsus assentior.

D. τὸ πεσόν τε καὶ νοσῆσαν] id quod lapsum et morbo affectum est. Ceterum Thomas Mag. ἐπανορθοῦμαι, inquit, κάλλιον ἢ ἐπανορθῶ. Platoni utrumque frequens. Activum legimus Protagor. p. 340. D. Gorg. p. 461. C. p. 462. A. Theaet. p. 146. C. p. 167. E. De Rep. IV. p. 426. B., medium De Rep. IV. p. 225. E, II. 361. E. al.



θεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα, ὅπῃ ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν, ἀλλὰ μὴ προςπταίσαντας, καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τοῦ πληγέντος ἐν τῷ βοᾶν διατρίβειν, ἀλλ' ἀεὶ ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅ τι τάχιστα γίγνεσθαι πρὸς τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πε- D
σόν τε καὶ νοσῆσαν, ἰατρικῇ τὴν θρηνῳδίαν ἀφανίζοντα. Ὀρθότατα γοῦν ἄν τις, ἔφη, πρὸς τὰς τύχας οὕτω προςφέροιτο. Οὐκοῦν, φαμέν, τὸ μὲν βέλτιστον τούτῳ τῷ λογισμῷ ἐθέλει ἕπεσθαι. Δῆλον δή. Τὸ δὲ πρὸς τὰς ἀναμνήσεις τε τοῦ πάθους καὶ πρὸς τοὺς ὀδυρμοὺς ἄγον καὶ ἀπλήστως ἔχον αὐτῶν ἆρ' οὐκ ἀλόγιστόν τε φήσομεν εἶναι καὶ ἀργὸν καὶ δει-

D. ἰατρικῇ τὴν θρηνῳδίαν] Voces ἰατρικῇ τὴν vulgo desunt. Receptam lectionem Mon. Flor. β. cum Stobaeo et Plutarcho ad Apollon. p. 112. E. servarunt. Prope ad verum accedunt Flor. a. c. γ. Par. A. Vat. m. ἰατρικὴν θρηνῳδίαν exhibent, unde Schneid. Turr. Herm. ἰατρικῇ θρηνῳδίαν dederunt. In Vat. Θ. Ven. II. Vind. Par. DK. Ang. Vat. r. Flor. α. x. est ἰατρικὴν καὶ θρ.

τούτῳ τῷ λογισμῷ] Editt. omnes λογιστικῷ. Mutavimus ex Par. A. repetitae lectionis. Flor. x. α. β. Vat. Θ r. Ven. II. Par. DK. M. Stob. CVIII. et CXXIII.

λίας φίλον; Φήσομεν μὲν οὖν. Οὐκοῦν τὸ μὲν πολ-
E λὴν μίμησιν καὶ ποικίλην ἔχει, τὸ ἀγανακτητικόν·
τὸ δὲ φρόνιμόν τε καὶ ἡσύχιον ἦθος, παραπλήσιον
ὂν ἀεὶ αὐτὸ αὐτῷ, οὔτε ῥᾴδιον μιμήσασθαι οὔτε μι-
μουμένου εὐπετὲς καταμαθεῖν, ἄλλως τε καὶ πανη-
γύρει καὶ παντοδαποῖς ἀνθρώποις εἰς θέατρα ξυλλε-
γομένοις. ἀλλοτρίου γάρ που πάθους ἡ μίμησις αὐ-
605 τοῖς γίγνεται. Παντάπασι μὲν οὖν. Ὁ δὴ μιμητικὸς
ποιητὴς δῆλον ὅτι οὐ πρὸς τὸ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς
πέφυκέ γε, καὶ ἡ σοφία αὐτοῦ τούτῳ ἀρέσκειν πέ-
πηγεν, εἰ μέλλει εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ
πρὸς τὸ ἀγανακτητικόν τε καὶ ποικίλον ἦθος διὰ τὸ
εὐμίμητον εἶναι. Δῆλον. Οὐκοῦν δικαίως ἂν αὐτοῦ
ἤδη ἐπιλαμβανοίμεθα, καὶ τιθεῖμεν ἀντίστροφον αὐ-
τὸν τῷ ζωγράφῳ; καὶ γὰρ τῷ φαῦλα ποιεῖν πρὸς
ἀλήθειαν ἔοικεν αὐτῷ, καὶ τῷ πρὸς ἕτερον τοιοῦτον
B ὁμιλεῖν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ βέλτιστον, καὶ

E. *ἔχει, τὸ ἀγανακτητικόν·*] Sic tum hoc loco tum fere postea Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. Flor. a. c. γ. pro vulg. *ἀγανακτικόν*. Mox pro vulg. *μιμούμενον* Vat. Θ. Vind. Φ. Par. DK. Mon. Flor. B. recte *μιμουμένου*. Stob. *μιμουμένους*.

P. 605. *τιθεῖμεν ἀντίστροφον*] V. *τιθείημεν*, contra fidem optimorum plurimorumque codicum.

B. *καὶ τρέφει*] Sic libri mss. omnes pro vulg. *καὶ στρέφει*. Dein vett. editt. *ἰσχυρὸν ποιοῦν*. Recte *ποιῶν* Vat. Θ. Ven. Ξ II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. et sex Florentini cum pr. Par. A. repetitae lectionis.

*χαριεστέρους φθείρῃ*] V. *φθείροι*. Coniunctivum praebuerunt Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Flor. a. c. α. γ. et corr. A. cum edit. Bas. 2.

C. *ἐλάττω διαγιγνώσκοντι*] Par. K. *διαγιγνώσκοντα*. Sed hic quidem servandus est dativus. In proximis autem ipsa sententia requirebat, ut pro *εἰδωλοποιοῦντι* et *ἀφεστῶτι* scriberetur *εἰδωλοποιοῦντα* et *ἀφεστῶτα*. Et *ἀφεστῶτα* scriptum exhibent Par. ADK. Vat. Θ. Mon. Ven. II. Angel. Flor. α. β. γ. x. Itaque nunc non dubitavimus *εἰδωλοποιοῦντα* sine librorum consensione revocare, quamvis dissentientibus nuperis editt. uno Hermanno excepto, qui nobiscum facit.

*πολλὴν μίμησιν καὶ ποικίλην ἔχει*] multam ac variam habet imitationem, i. e. multis variisque modis imitando exprimi potest. De appositione *τὸ ἀγανακτητικὸν* post *τὸ μὲν* illato v. Gorg. p. 501. A. ibique Heindorf. coll. infra p. 605. B.

*οὔτε μιμουμένου*] sc. *αὐτοῦ*, quod refertur ad *τινὰ*, cuius significatio latet in *ῥᾴδιον μιμήσασθαι*. v. ad Libr. VI. p. 503. D. p. 588. B. Ficinus: si imitemur. Soloece editt. omnes *μιμούμενον*.

P. 605. *ὅτι οὐ πρὸς τὸ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς πέφυκέ γε*] Cornarius et Valkenaerius ad Eurip. Phoeniss. p. 339. verbis transpositis scribendum suspicati sunt: *ψυχῆς πέπηγέ γε — ἀρέσκειν πέφυκεν*. Quae coniectura placuit etiam Astio et Morgensternio. Sed vulgatam lectionem bene defendit Schleiermach., qui locum sic interpretatur: „Offenbar also, dass der nachbildende Dichter nicht für dieses in der Seele geartet ist, und seine Kunst sich nicht daran hängen darf, nicht darauf gerichtet ist, diesem zu gefallen, wenn er Ruhm haben will bei der Menge, sondern für die gereizte und wechselreiche Gemüthsstimmung eignet er sich, weil diese leicht ist nachzubilden.“ Necvero haec interpretatio displicuit Schneidero. Fortasse vero *οὐ* post *τούτου* excidit, ut Stephanus suspicatus est. Loquutionem *εὐδοκιμεῖν ἐν πολλοῖς* exemplis illustravit Heind. ad Protagor. p. 585.

*τιθ. ἀντίστροφον*] V. ad Phileb. p. 40. D.

B. *ὥςπερ ἐν πόλει ὅταν — φθείρῃ*] h. e. quemadmodum fit in civitate, quando ctr. Nam patet haec dicta esse *ἐλλειπτικῶς*. Deinde explanationis caussa subiunguntur verba: *ταὐτὸν* (pariter) *καὶ τὸν μιμητικὸν π. κ. τ. λ.* Neque enim assentior Morgensternio Symbol. Critt. p. VI. locum ita distinguenti: — *τὸ λογιστικόν. Ὥςπερ ἐν πόλει — φθείρῃ· ταὐτὸν κτλ.* Illud vero idem vir egregius verissime observavit, legendum esse *εἴδωλα εἰδωλοποιοῦντα, τοῦ δὲ ἀληθοῦς πόῤῥω πάνυ ἀφεστῶτα*. Verbo *εἰδωλοποιεῖν* utuntur etiam Plutarch. T. II. p. 347. A. et Longin. de



ταύτῃ ὡμοίωται. καὶ οὕτως ἤδη ἂν ἐν δίκῃ οὐ πα-
ραδεχοίμεθα εἰς μέλλουσαν εὐνομεῖσθαι πόλιν, ὅτι
τοῦτο ἐγείρει τῆς ψυχῆς καὶ τρέφει καὶ ἰσχυρὸν ποι-
ῶν ἀπόλλυσι τὸ λογιστικόν, ὥςπερ ἐν πόλει ὅταν τις
μοχθηροὺς ἐγκρατεῖς ποιῶν παραδιδῷ τὴν πόλιν,
τοὺς δὲ χαριεστέρους φθείρῃ· ταὐτὸν καὶ τὸν μιμη-
τικὸν ποιητὴν φήσομεν κακὴν πολιτείαν ἰδίᾳ ἑκά-
στου τῇ ψυχῇ ἐμποιεῖν, τῷ ἀνοήτῳ αὐτῆς χαριζό-
μενον καὶ οὔτε τὰ μείζω οὔτε τὰ ἐλάττω διαγιγνώ- C
σκοντι, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τοτὲ μὲν μεγάλα ἡγουμένῳ,
τοτὲ δὲ σμικρά, εἴδωλα εἰδωλοποιοῦντα, τοῦ δὲ ἀλη-
θοῦς πόῤῥω πάνυ ἀφεστῶτα. Πάνυ μὲν οὖν.
Cap. VII. Οὐ μέντοι πω τό γε μέγιστον κατη-
γορήκαμεν αὐτῆς. τὸ γὰρ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ἱκανὴν
εἶναι λωβᾶσθαι, ἐκτὸς πάνυ τινῶν ὀλίγων, πάνδεινόν
που. Τί δ' οὐ μέλλει, εἴπερ γε δρᾷ αὐτό; Ἀκούων
σκόπει. οἱ γάρ που βέλτιστοι ἡμῶν ἀκροώμενοι Ὁμή-

D ῥου ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τραγῳδοποιῶν μιμουμένου
τινὰ τῶν ἡρώων ἐν πένθει ὄντα καὶ μακρὰν ῥῆσιν
ἀποτείνοντα ἐν τοῖς ὀδυρμοῖς ἢ καὶ ᾄδοντάς τε καὶ
κοπτομένους, οἶσθ' ὅτι χαίρομέν τε καὶ ἐνδόντες ἡμᾶς
αὐτοὺς ἑπόμεθα ξυμπάσχοντες, καὶ σπουδάζοντες ἐπαι-
νοῦμεν ὡς ἀγαθὸν ποιητήν, ὃς ἂν ἡμᾶς ὅ τι μά-
λιστα οὕτω διαθῇ; Οἶδα· πῶς δ' οὔ; Ὅταν δὲ οἰ-
κεῖόν τινι ἡμῶν κῆδος γένηται, ἐννοεῖς αὖ, ὅτι ἐπὶ
τῷ ἐναντίῳ καλλωπιζόμεθα, ἂν δυνώμεθα ἡσυχίαν
E ἄγειν καὶ καρτερεῖν, ὡς τοῦτο μὲν ἀνδρὸς ὄν, ἐκεῖνο
δὲ γυναικός, ὃ τότε ἐπῃνοῦμεν; Ἐννοῶ, ἔφη. Ἦ κα-
λῶς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὗτος ὁ ἔπαινος ἔχει, τὸ ὁρῶντα
τοιοῦτον ἄνδρα, οἷον ἑαυτόν τις μὴ ἀξιοῖ εἶναι ἀλλ'

ἢ καὶ ἄλλου] καὶ om. Par. repetitae lectionis cum Vat. Θr. Ven. II. Ang. Par. DK. Mon. Flor. x. β. Itaque tandem delevimus.

Cap. VII. τῶν τραγῳδοποιῶν] V. τραγῳδιοποιῶν, quod e Vind. Ang. Vat. m. Flor. a.c. mutatum. cf. p. 597. E.

D. τινὰ τῶν ἡρώων — ὄντα — ἀποτείνοντα] V. τινὰς — ὄντας — ἀποτείνοντας, quod propter sequentia a grammaticis invectum videtur. Numerum singularem hic servant Par. A. Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Angel. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ., quorum lectionem bene restituit Bekkerus. Pro καὶ ᾄδοντας Winckelm. coni. καὶ ἀλύοντας, coll. p. 388. A.

ἑπόμεθα ξυμπάσχοντες, καὶ σπουδ.] V. ἑπόμεθα, συμπάσχοντές τε καὶ σπ. Quod mutandum vidit Schleiermacherus. Et

Subl. §. 15. Usum voc. ταὐτόν ne incertum atque dubium esse putes, conferas Sympos. p. 178. E. Phileb. p. 37. E. Cratyl. p. 404. E. Politic. p. 308. E. Legg. III. p. 689. B. De Republ. VII. p. 535. D. ibique ann.

Cap. VII. D. μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνοντα] Recte Casaubon. ad Theophrast. Charact. p. 173. ed. Fisch. „Plato, inquit, de iis poetis loquitur, qui lamentationes praelongas et multorum versuum heroibus tribuunt in suis poematis, qualis illa apud Sophoclem vere μακρὰ ῥῆσις in Trachiniis, quales item multae in tragoediis, Euripidis praesertim.“ cf. etiam Lobeck. ad Sophocl. Aiac. v. 1029. et quae scripsit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 228., ubi ῥῆσις μακρά explicatur διεξοδικὸς λόγος μακρός.

ἢ καὶ ᾄδοντάς τε καὶ κ.] vel etiam querula carmina canentes ac pectora plangentes. Canentes hi opponuntur ei, qui μακρὰν ῥῆσιν recitat. Repetendum autem ἐν ὀδυρμοῖς. Quare non iam probaverim ἢ κλάοντας, quod coniecit Astius: nec ἀλύοντας, coniecturam Winckelmanni.

ἐνδόντες ἡμᾶς αὐτούς] Timaeus Gloss. p. 101. ἐνδοῦναι· προδοῦναι, παραδοῦναι, ἢ καὶ εἶξαι, ubi v. Ruhnk. Germanice dicas: uns ihnen ganz hingebend.

P. 606. πεπεινηκὸς τοῦ δακρῦσαι] et quod desiderio flagraverit flendi et lamentandi satis atque prorsus dolori indulgendi. Πεινῆν et πεῖνη de quavis vehementiore cupiditate ardentique alicuius rei desiderio non solum in N. T., sed etiam apud alios scriptores usurpatum reperiri docuerunt Gataker De stylo N. T. c. XX. et Raphelius in Obss. Xenophonteis ad N.T. p. 15. Praeterea notanda vis verbi ἀποδύρασθαι, quae uberius explicatur adiecto ἀποπλησθῆναι. Herodot. III, 64: ἀπέκλαιε Σμέρδιν. ἀποκλαύσας δὲ καὶ περιημεκτήσας τῇ ἁπάσῃ συμφορῇ. Sophocl. Philoct. v. 694: παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον — ἀποκλαύσειεν.



αἰσχύνοιτο ἄν, μὴ βδελύττεσθαι, ἀλλὰ χαίρειν τε καὶ
ἐπαινεῖν; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐκ εὐλόγῳ ἔοικε.
Ναί, ἦν δ' ἐγώ, εἰ ἐκείνῃ γ' αὐτὸ σκοποίης. Πῇ; 606
Εἰ ἐνθυμοῖο, ὅτι τὸ βίᾳ κατεχόμενον τότε ἐν ταῖς
οἰκείαις ξυμφοραῖς καὶ πεπεινηκὸς τοῦ δακρῦσαί τε
καὶ ἀποδύρασθαι ἱκανῶς καὶ ἀποπλησθῆναι, φύσει
ὂν τοιοῦτον οἷον τούτων ἐπιθυμεῖν, τότ' ἐστὶ τοῦτο
τὸ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πιμπλάμενον καὶ χαῖρον· τὸ
δὲ φύσει βέλτιστον ἡμῶν, ἅτε οὐχ ἱκανῶς πεπαιδευ-
μένον λόγῳ οὐδὲ ἔθει, ἀνίησι τὴν φυλακὴν τοῦ θρη-
νώδους τούτου, ἅτε ἀλλότρια πάθη θεωροῦν καὶ B
ἑαυτῷ οὐδὲν αἰσχρὸν ὄν, εἰ ἄλλος ἀνὴρ ἀγαθὸς φά-
σκων εἶναι ἀκαίρως πενθεῖ, τοῦτον ἐπαινεῖν καὶ

omittunt τε Par. ADK. Ven. II. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. β. γ.

P. 606. τότ' ἐστὶ τοῦτο] In Mon. et Flor. β., est τοῦτο ἐστι τὸ ὑπὸ τ. omisso τότ'. Ficinus: illud ipsum est, quod poetae explent. Par. DK. τὸ τί. Equidem prius τότε puto significare antea, quum privatae inciderent calamitates, ut scriptor ipse explicat; alterum hoc τότε autem refero ad tempus, quo fabulae poetarum spectantur, tum, in spectandis fabulis scenicis. Erunt tamen qui in voculae repetitione haereant.

B. ἀκαίρως πενθεῖ] Sic optimi libri. Vulgo soloece πενθῇ. Mox Bas. 2. ἀπολαμβάνειν pro ἀπολαύειν.

ἀνίησι τὴν φυλακὴν τοῦ θρηνώδους τούτου] h. e. custodire desinit atque coërcere eam animi nostri partem, quae ad lacrimas et querelas propensa est.

B. καὶ ἑαυτῷ οὐδὲν αἰσχρὸν ὄν] h. e. καὶ νομιζόμενον ἑαυτῷ οὐδὲν αἰσχρὸν εἶναι. Nam ἅτε etiam ad nominativum absolutum referri debet. v. Matth. Gr. §. 568. coll. Bornemano ad Xenoph. Sympos. VIII, 4. Sensus hic est: quippe alienas spectans perturbationes atque sibi nullam afferre turpitudinem existimans, si alius vir, qui se bonum profiteatur, intempestive lugeat, hunc laudare ac miserari.

*ἐλεεῖν· ἀλλ' ἐκεῖνο κερδαίνειν ἡγεῖται, τὴν ἡδονήν, καὶ οὐκ ἂν δέξαιτο αὐτῆς στερηθῆναι καταφρονήσας ὅλου τοῦ ποιήματος. λογίζεσθαι γάρ, οἶμαι, ὀλίγοις τισὶ μέτεστιν, ὅτι ἀπολαύειν ἀνάγκη ἀπὸ τῶν ἀλλο-*

C. *Ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λ.*] Vulgo *Ἆρ' οὖν οὐχ.* Sed *οὖν* om. Par. A. Vind, Vat. m. pr. Ven. Ξ. probantibus etiam recentioribus editt.

*ὅ τι ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιο —*] Vett. editt. *ὅ τι ἂν αὐτὸς αἰσχύνῃ γ., ἐν μ. δὲ κ. ἢ καὶ ἰδίᾳ ἀκ. σφ. χαιρῇς καὶ μὴ μιμήσῃ, ταὐτὸν ποιεῖς ὅπερ ἐν τοῖς ἐλέοις.* Optativum *αἰσχύνοιο* praebuerunt Par. ADK. Ven. Ξ. Mon. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. β. γ. et Bas. 2. Firmant etiam Vat. Θ. Ven. II., qui habent *αἰσχύνοις.* Voculas *ἢ καὶ* invitis aliis omittunt Par. DK. Mon. Flor. β. Et *ἢ* om. etiam Vat. Θ. Ven. II. Deinde Mon. Flor. β. *χαρήσῃ,* unde olim efformavi *χαρήσεις,* Pro *καὶ μὴ μιμήσῃ* Par. A. *μὴ μισῇις.* Vat. ΘII. *καὶ μιμήσῃς.* Flor. a. x. Ang. *μὴ μισήσῃς.* Flor. a. c. Vat. m. *καὶ μισήσεις.* Flor. β. Mon. *καὶ οὐ μιμήσεις,* quod olim probavimus. Verba *ὡς πονηρά* ex Par. ADK. Vat. Θ. m. r. Ven. II. Vind. Angel. et sex Flor. addita. Pro *ποιεῖς* Bas. 2. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vat. r. *ποιεῖν,* unde prodiit *ποιῶν,* quod legitur in Flor. β. et Mon.

*ἡγεῖται, τὴν ἡδονήν*] Appositionis genus iam ad p. 604. D. notatum. Conferas etiam Protagor. p. 323. B. Gorg. p. 476. E. et quae observavit Matth. Gr. ampl. §. 288. 5. p. 580.

*ὅτι ἀπολαύειν ἀνάγκη —*] Paucorum est reputare secum fieri non posse, quin ex alienis ad nostra aliquid mali trahamus. Nam ita *ἀπολαύειν* nunc intelligendum arbitror, quod Ast. in *ἀπολαβεῖν* mutandum censuit. v. ad Criton. p. 54. A. Constructionem verbi tetigit Matth. Gr. §. 326. 4. Quid vero haec sibi velint, accuratius declarare non opus est, propterea quod Plato ipse proximis verbis sententiam explicavit. Hoc tamen monendum, *ἰσχυρὸν τρέφειν τὸ ἐλεεινόν* dictum esse, ut *αὔξειν τινὰ μέγαν* et similia, de quibus supra expositum.

C. *Ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος — ἐλέοις*] Scriptum dedimus locum qualis in libris optimis repraesentatus esse narratur. Est autem manifesto depravatus. Quamobrem viri docti eum varie tentaverunt. Nam ut de antiquioribus criticis taceamus, tractarunt eum nuper Astius, Schneiderus, C. Fr. Hermannus, Neukirchius, Naegelsbachius Explicatt. et emendatt. Platonic. p. 6 sqq. Quorum tamen omnium omnia iudicia referre longum est. Quamobrem satis erit memorasse, quid recentissimi Platonis editores de eo existimaverint. Itaque primum quidem audiamus Schneiderum, cuius rationem etiam Turicenses amplexi sunt. Is vero verba hoc modo refingenda statuit: *Ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου, ὅτι, ἂν* (i. e. *ἃ ἂν*) *αὐτὸς αἰσχύνοιο γελωτοποιῶν, ἐν μιμήσει δὲ κωμῳδικῇ ἢ καὶ ἰδίᾳ ἀκούων σφόδρα χαρῇς καὶ μὴ μισῇς ὡς πονηρά, ταὐτὸν ποιεῖς, ὅπερ ἐν τοῖς ἐλέοις; ὃ γὰρ τῷ λ. κ. τ. λ.* Quibus ita restitutis iungit inter se verba sic: *ὅτι ταὐτὸν ποιεῖς, ὅπερ ἐν τοῖς ἐλέοις,* quae cohaereant cum antegressis *ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου,* hoc sensu: Nonne idem de ridiculo est statuendum, idem te facere, quod in miserationibus? Intermedia autem ex *ἂν* sive *ἃ ἂν* pendere statuit, quod duplici verbi modo, tam optativo quam coniunctivo, coniunctum sit, ita ut efficiatur protasis bimembris, quam *ταὐτὸν ποιεῖς* excipiat tanquam apodosis. Haec igitur Schneideri est sententia. Quae tamen sicuti Neukirchio, Hermanno, aliisque improbata est,



*τρίων εἰς τὰ οἰκεῖα· θρέψαντα γὰρ ἐν ἐκείνοις ἰσχυρὸν τὸ ἐλεεινὸν οὐ ῥᾴδιον ἐν τοῖς αὑτοῦ πάθεσι κατέχειν. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λό-* C
*γος καὶ περὶ τοῦ γελοίου; ὅ τι ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιο*

ita nobis quoque multis magnisque laborare videtur difficultatibus. Nam primum quidem ita misere perversa est ratio protasis et apodosis, quandoquidem haec illi neutiquam apte respondet. Deinde quod vir doctus contendit, istud *ἂν*, quod ipse excogitavit, deinde simul et optativum et coniunctivum regere, permira ista opinio est, cuius caussam et rationem reddere nemo quisquam poterit, sicuti nec ipse facere potuit. Itaque de hac quidem loci expediendi ratione pluribus exponere minime opus videtur. Aliam viam ingressus est Hermannus. Is enim quum nec contortam Naegelsbachii explicationem, qua is loco succurrere conatus esset, sibi satisfacere nec Schneideri critica tentamina satis probabilia esse sensisset, arripuit quidem quod suasit Schneiderus *ὅτι, ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιτο*, sed praeterea *δὲ* commutavit in *δή*, insertoque ante *σφόδρα* vocabulo *ἐὰν* coniunctivis *χαρῇς* et *μισῇς* dedit, unde penderent, neutiquam tamen repugnaturus, si quis his participia potius *χαρείς* et *μισήσας* substituere maluerit. Fatemur vero nobis nec hanc rationem usquequaque probari. Nam quod in Schneideri ratione molestum accidit, ut iungantur verba: *Ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου, ὅτι ταὐτὸν ποιεῖς,* id hic quoque vehementer offendit. Nec aequo animo tulerimus *ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιτο.* Denique displicet etiam universae sententiae conformatio, quae habet nescio quid contorti et perplexi, quod a facilitate sermonis Platonici multum recedit. Sed nolumus diutius in alienis sententiis examinandis morari. Praestat aliam rationem afferre in medium, si forte fieri possit, ut lis diu agitata aliquando componatur. Nam quae olim ipsi de re controversa commentati sumus, ea fatemur nunc nobis non amplius placere, postquam intelleximus, codicum Mon. et Flor. β. talibus in locis haud sane magnam esse auctoritatem. Putamus autem partem loci priorem mutata tantum interpunctione sic esse refingendam: *Ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου, ὅ τι ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιο γελωτοποιῶν;* Nonne eadem ratio etiam ridiculi est, si quod ipsum te puderet ridicule dicere? Posteriorem autem sententiae partem ita emendandam censemus, ut cum Hermanno post *ἀκούων* voculam *ἂν* intercidisse statuamus. Qua restituta verba sic interpretari

γελωτοποιῶν, ἐν μιμήσει δὲ κωμῳδικῇ ἢ καὶ ἰδίᾳ ἀκούων, σφόδρα χαρῇς καὶ μὴ μισῇς ὡς πονηρά, ταὐτὸν ποιῶν ὅπερ ἐν τοῖς ἐλέοις; ὃ γὰρ τῷ λόγῳ αὖ κατεῖχες ἐν σαυτῷ βουλόμενον γελωτοποιεῖν, φοβούμενος δόξαν βωμολοχίας, τότ᾽ αὖ ἀνίης, καὶ ἐκεῖ νεανικὸν ποιήσας ἔλαθες πολλάκις ἐν τοῖς οἰκείοις ἐξενεχθείς, ὥςτε κωμῳδοποιὸς γενέσθαι. Καὶ μάλα,
D ἔφη. Καὶ περὶ ἀφροδισίων δὴ καὶ θυμοῦ καὶ περὶ πάντων τῶν ἐπιθυμητικῶν τε καὶ λυπηρῶν καὶ ἡδέων

*ὥςτε κωμῳδοποιός*] Sic Par. A. pr. Ven. Ξ. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. et sex Flor. Vulgo *κωμῳδιοποιός*. cf. p. 597. E.

licebit: In imitatione vero comoediae vel privatim ista audiens si valde iis laeteris neque tanquam prava oderis, idem facis, quod in miserationibus. Sed quid nobis velimus, fortasse melius perspicietur, ubi iam loci interpretationem vernaculam exhibuerimus. Videtur autem isto modo refictus haud incommode Germanice sic reddi posse: Gilt nicht dasselbe Urtheil auch von dem Laecherlichen, hinsichtlich dessen du dich schämen würdest, wenn du es selbst vorbrächtest? Allein falls du bei einer komischen Darstellung oder auch im Privatkreise es mit Lust anhörest und es nicht als fehlerhaft verwirfst, so thust du dasselbe, wie bei den tragischen Iammerscenen, h. e. in eadem incidis vitia. Apparet vero ex hac loci translatione, putare nos, verba: *ὅ τι ἂν αὐτὸς αἰσχ. γελωτοποιῶν*, cum antecedentibus ita connectenda esse, ut unum orationis membrum efficiatur. Quod sicuti per ipsius sententiae rationes commodissime fieri potest — nihil enim cogit, ut inde ab *ὅ τι ἂν* novum enuntiati membrum exordiamur — ita loquendi consuetudini est accommodatissimum. Nam quod post *τοῦ γελοίου* infertur *ὅ τι*, sic enim scribendum cum vulg., non *ὅτι*, quod Schneiderus posuit, rectissime ita dicitur, quoniam *ὅ τι* universe et generaliter ad *τοῦ γελοίου* notionem refertur, ut quum Germanice dicimus: vom Lächerlichen, von etwas dessen du ctr. conf. Matthiae Gr. Gr. §. 453. p. 1073. ed. 3. Neque obscurum est, *ὅ τι* cum *γελοτοποιῶν* cohaerere, quandoquidem consequutio verborum haec est: *ὅ τι γελωτοποιῶν* (i. e. *εἰ γελωτοποιοίης*) *αἰσχύνοιο ἄν*. Iam vero quod in proximis *ἂν* coniunctionem excidisse suspicati sumus, haud scimus an eandem etiam Ficinus desideraverit, locum ita interpretans: quum in comoedica vel privata imitatione audis, tanquam ridiculum lubentissime auscultas et imitaris. Sed is quidquid legit, illud certe clarissime apparet, coniunctivos non posse a superiore *ὅ τι ἂν* suspensos esse, qua ratione tota sententia misere pervertitur. Quam facile autem vocula oblitterari potuerit, vix monere atti-



ἐν τῇ ψυχῇ, ἃ δή φαμεν πάσῃ πράξει ἡμῖν ἕπεσθαι, ὅτι τοιαῦτα ἡμᾶς ἡ ποιητικὴ μίμησις ἐργάζεται. τρέφει γὰρ ταῦτα ἄρδουσα, δέον αὐχμεῖν, καὶ ἄρχοντα ἡμῖν καθίστησι δέον ἄρχεσθαι αὐτά, ἵνα βελτίους τε καὶ εὐδαιμονέστεροι ἀντὶ χειρόνων καὶ ἀθλιωτέρων γιγνώμεθα. Οὐκ ἔχω ἄλλως φάναι, ἦ δ᾽ ὅς.
Οὐκοῦν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ὅταν Ὁμήρου ἐπαινέταις E
ἐντύχῃς, λέγουσιν, ὡς τὴν Ἑλλάδα πεπαίδευκεν οὗτος ὁ ποιητὴς καὶ πρὸς διοίκησίν τε καὶ παιδείαν

D. *ἄρχοντα ἡμῖν κ.*] Flor. β. Mon. *ἄρχοντα ἐν ἡμῖν*.

net. Verba porro *ἢ καὶ ἰδίᾳ* ne quis moleste ferat, comoediarum fabulis in scena actis opponitur ridiculi repraesentatio in vita privata quoque ab artificibus vel *γελωτοποιοῖς* factitata. Quod profecto ad rem est longe aptissimum. Iam vero istud *ὡς πονηρά* patet perinde subiunctum esse, ac si post *ἀκούων* additum esset *αὐτῶν*, quod tamen post *ὅ τι ἂν* intelligendum relinquitur. Quod profecto nihil affert molestiae, quandoquidem a numero singulari ad pluralem quum alias tum imprimis post *ὅςτις* et *ὅςτις ἄν* creberrime transiri solet. Itaque totus locus videtur integritati suae isto modo restitutus esse. Atque hac eius emendatione probata etiam illud intelligetur, cur ante *ἐν μιμήσει δὲ* non praecedat *αὐτὸς μέν*, quod sane requireretur, si vulgaris verborum lectio et interpunctio recta atque vera esset.

*αὖ κατεῖχες*] item, ut antea *θρηνῶδες*.

*ἐκεῖ νεανικὸν ποιήσας ἔλαθες*] Verbum *ἔλαθες* nectendum cum *ἐξενεχθείς*, ut sensus hic sit: et quum illic, in rebus ludicris cum voluptate contemplandis, animi partem ad ridendum proclivem reddideris vehementem (*νεανικόν*), saepenumero inscius et imprudens in tua re (*ἐν τοῖς οἰκείοις*), eo abriperis, ut ipse comicus evadas. Verbum *ἐκφέρεσθαι*, abripi ad aliquid, illustravit Dorvill. ad Chariton. p. 187. Sophocl. Electr. v. 628: *ὁρᾷς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει;*

D. *ἕπεσθαι, ὅτι τοιαῦτα ἡμᾶς —*] Astius suspicatur particulam *ὅτι* propter verbum praegressum *φαμέν* interpositam esse, qua expuncta orationem censet evadere expeditiorem. Quocirca scribendum putat: *ἕπεσθαι· τὰ τοιαῦτα κ. τ. λ.* Amicus *δῆλον ὅτι* coniiciebat. Equidem e superioribus intelligendum existimo *ὁ αὐτὸς λόγος ἐστίν*. De metaphora verbi *ἄρδειν* v. ad VIII. p. 550. A.

*ἵνα βελτίους — ἀντὶ χειρόνων*] Eadem duplicis comparativi ratio, quae obtinet in talibus locis, qualem legimus libr. III. p. 409. D: *σοφώτερος ἢ ἀμαθέστερος δοκεῖ αὐτῷ εἶναι.* cf. Matth. Gr. §. 456. Rost. Gr. §. 97. 9. b. aa. p. 414. ed. VII.

τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἄξιον ἀναλαβόντι μανθάνειν τε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν ποιητὴν πάντα τὸν
607 αὐτοῦ βίον κατασκευασάμενον ζῆν, φιλεῖν μὲν χρὴ καὶ ἀσπάζεσθαι ὡς ὄντας βελτίστους εἰς ὅσον δύνανται, καὶ ξυγχωρεῖν Ὅμηρον ποιητικώτατον εἶναι καὶ πρῶτον τῶν τραγῳδοποιῶν, εἰδέναι δέ, ὅτι ὅσον μόνον ὕμνους θεοῖς καὶ ἐγκώμια τοῖς ἀγαθοῖς ποιήσεως παραδεκτέον εἰς πόλιν· εἰ δὲ τὴν ἡδυσμένην μοῦσαν παραδέξει ἐν μέλεσιν ἢ ἔπεσιν, ἡδονή σοι καὶ λύπη ἐν τῇ πόλει βασιλεύσετον ἀντὶ νόμου τε

E. *ἄξιον ἀναλαβόντι*] V. *ἄξιον* cum Par. A. Sed *ἄξιος* Vat. Θ. Ven. ΞII. Vind. Par. DK. Mon. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. β. γ. et Bas. 2. quod receperunt Schn. et Turr. — *ἀναλαβόντας* Par. K. *ἀναλαβόντα* Mon. a m. rec.

P. 607. *τῶν τραγῳδοποιῶν*] Sic Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. et pr. Par. A. Duebneri pro *τραγῳδιοποιῶν*.

*ἐγκώμια τοῖς ἀγαθοῖς*] Sic Par. A. Ang. Flor. γ. x. pro vulg. *τῆς ἀγαθῆς*. Coniecerat Orellius.

*εἶναι βελτίστου λόγου*] Morgenstern. ante *λόγου* com-

E. *ἄξιον ἀναλαβόντι μανθάνειν*] Ad *ἄξιον* frequenti usu *ἐστί* intelligendum relinquitur. v. Schaefer. ad Lambert. Bos. Ellips. p. 605 sq. Participium *ἀναλαβόντι* (sc. *τὰ αὐτοῦ ποιήματα*) interpretari liceat repetito studio. Quemadmodum enim *λαμβάνειν τι* dicuntur, qui aliquid suscipiunt et tractare instituunt, ita *ἀναλαμβάνειν* non solum dicitur de iis, qui aliquid suscipiunt, sed etiam de illis, qui quid *denuo* resumunt, adeoque rem aliquam *iterum iterumque tractandam suscipiunt*. Apolog. Socr. p. 22. B: *ἀναλαμβάνων οὖν αὐτῶν τὰ ποιήματα — διηρώτων ἂν αὐτούς*, h. e. suscipiens deinceps legenda eorum carmina, ubi item iterationis notio tenenda, ut vel additum *διηρώτων ἂν* docet. Phaedon. p. 95. E: *καὶ ἐξεπίτηδες πολλάκις ἀναλαμβάνω*. Similem usum habet verbum *ἀνερωτᾶν*, quod pro di versa praepositionis significatione modo est sciscitari, modo denuo interrogare, modo iterum iterumque rogitare. — *Ἄξιόν τινι* vocatur, quod ab aliquo aliqua re dignum iudicatur, observante etiam Matth. Gr. §. 387. Itaque verba *καὶ (ὡς) — ἄξιον ἀναλαβόντι (τινὶ) μανθάνειν* hoc significant: atque operae pretium esse, ut quis eum repetito studio cognoscat. Deinde mutatur constructio ita, ut loco dativi accusativus *κατασκευασάμενον* inferatur. In quo nemo haerebit, quandoquidem subiectum vel cum *ἄξιον* vel cum infinitivo consociari recte potuit, nihilque hac enallage frequentius.

P. 607. *φιλεῖν μὲν χρὴ καὶ ἀσπάζεσθαι*] Horum verborum coniunctionem notavimus libr. V. p. 479. E. Apolog. Socr. p. 29. C. Lysid. p. 217. B. Legg. III. p. 689. A. — *καὶ πρῶτον*



καὶ τοῦ κοινῇ ἀεὶ δόξαντος εἶναι βελτίστου λόγου. Ἀληθέστατα, ἔφη.

Cap. VIII. Ταῦτα δή, ἔφην, ἀπολελογήσθω B
ἡμῖν ἀναμνησθεῖσι περὶ ποιήσεως, ὅτι εἰκότως ἄρα τότε αὐτὴν ἐκ τῆς πόλεως ἀπεστέλλομεν τοιαύτην οὖσαν· ὁ γὰρ λόγος ἡμᾶς ᾕρει. προςείπωμεν δὲ αὐτῇ, μὴ καί τινα σκληρότητα ἡμῶν καὶ ἀγροικίαν καταγνῷ, ὅτι παλαιὰ μέν τις διαφορὰ φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ· καὶ γὰρ ἡ λακέρυζα πρὸς δεσπόταν κύων ἐκείνη κραυγάζουσα καὶ μέγας ἐν ἀφρό-

mate distingui voluit. Astio *λόγου* ex glossemate ortum indicanti non assentior.

B. *ἀπολελογήσθω*] *ἀπολελογίσθω* Par. A. Ven. II. Flor. γ. probante Hermanno. Nec illud omnino spernendum. Quanquam praestat vulgat.

Cap. VIII. B. *πρὸς δεσπόταν*] Sic Par. ADK. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. r. et Florentini pro vulg. *πρ. δεσπότην*. Ficinus videtur *δέσποιναν* legisse. Vertit enim: ad aures dominae latrans. Ang. Flor. x. *κράζουσα*.

*τῶν τραγῳδοποιῶν*. v. ad p. 595. C.

*καὶ ἐγκώμια τοῖς ἀγαθοῖς*] Recte Ficinus: hymnos in deos et in optimos viros laudationes duntaxat. De dativo v. Matth. Gr. §. 389. Sympos. p. 194. D: *τοῦ ἐγκωμίου τῷ ἔρωτι*. Legg. II. p. 653. D: *ἑορτῶν ἀμοιβαὶ τοῖς θεοῖς*. — *ὅσον μόνον*, eatenus tantum, quatenus. Formam *ἡδυσμένην* tetigit Matth. Gr. ampl. I. p. 524. De re ipsa tenendum, lyricum poesis genus a Platone in civitate sua retineri. v. Libr. III. p. 397. D. V. p. 459. C. 468. D. itaque h. l. adeo ex Homero hymnos et encomia retineri iubet. conf. Legg. VII. p. 801. E. sqq. VIII. p. 829. C.

*ἀντὶ νόμου τε καὶ τοῦ — λόγου*] Quorsum haec pertineant et referenda sint, patet ex superioribus p. 604. B. C.

Cap. VIII. B. *ὁ γὰρ λόγος ἡμᾶς ᾕρει*] Dicitur *ὁ λόγος* *αἱρεῖν* vel *αἱρεῖν τινα*, si quid alicui persuadet et velut ad partes suas trahit. Plura dabunt Gataker. ad Anton. IV, 24. Wyttenbach. ad Plutarch. de N. V. p. 8. Heindorf. ad Parmenid. p. 232. Sed addito pronomine cogendi et vincendi notio tenenda.

*ὅτι παλαιὰ μέν τις διαφορὰ φ.*] Veterem philosophiae cum poesi intercessisse simultatem et inimicitiam philosophus testatur etiam Legg. XII. p. 967. C. D. conf. Apolog. Socr. 19. A. p. 26. E. cf. schol. ad Aristoph. Nubb. v. 95 sqq. Plura in hanc rem disputavit Morgenstern. Commentatt. p. 263 sq.

*καὶ γὰρ ἡ λακέρυζα —*] Haec unde sumta sint, ignoramus. Sed primum istud dicterium: *ἡ λακέρυζα — κραυγάζουσα*, ipso Platone teste Legg. XII. p. 967. C. D. ab aliquo poeta adversus Anaxagoram

C *νων κενεαγορίαισι καὶ ὁ τῶν Δία σοφῶν ὄχλος κρατῶν καὶ οἱ λεπτῶς μεριμνῶντες, ὅτι ἄρα πένονται, καὶ ἄλλα μυρία σημεῖα παλαιᾶς ἐναντιώσεως τούτων. ὅμως δὲ εἰρήσθω, ὅτι ἡμεῖς γε, εἴ τινα ἔχοι λόγον εἰπεῖν ἡ πρὸς ἡδονὴν ποιητικὴ καὶ ἡ μίμησις, ὡς χρὴ αὐτὴν εἶναι ἐν πόλει εὐνομουμένῃ, ἄσμενοι ἂν καταδεχοίμεθα· ὡς ξύνισμέν γε ἡμῖν αὐτοῖς κηλουμένοις ὑπ' αὐτῆς. ἀλλὰ γὰρ τὸ δοκοῦν ἀληθὲς οὐχ ὅσιον προδιδόναι. ἦ γάρ, ὦ φίλε,*
D *οὐ κηλεῖ ὑπ' αὐτῆς καὶ σύ, καὶ μάλιστα, ὅταν δι'*

C. *τῶν Δία σοφῶν*] Sic Bekker. e Par. A. Vulgo *διὰ σοφῶν*. Multi libri *διασοφῶν*. Car. Schmidt. Ep. ad. Turr. p. 20. corr. *τῶν διασόφων*, comparans *διάκενος διάσεμνος διάλαμπρος* al.
D. *ἀπολογησομένη*] *ἀπολογησαμένη* Vat. Θr. Ven. Ξ. Vind. Par. D. Ang. Mon. Flor. β. x. Quod iniuria receperunt Schneid. Turr. Caussa enim poesi non extra civitatem agenda intelligitur.

eiusque asseclas iactatum est astris divinitatem eripientes. Narrat enim ibi philosophus, orta illa doctrina exstitisse qui *τοὺς φιλοσοφοῦντας* compararent *κυσὶ ματαίαις χρωμέναισιν ὑλακαῖς*, atque *ἄλλα ἀνόητα* dicerent. Qui locus sicuti hinc aliquid lucis accipit, ita hic vicissim inde nonnihil illustratur. Voc. *λακέρυζα* Schol. interpretatur: *μέγα κράζουσα*. Suidas: *λακέρυζα κορώνη· ἡ μεγάλα κρώζουσα.* Hesychius: *λακέρυζα· κράκτρια, λοίδορος, φλυαρῶν, μεγάλα κράζουσα κορώνη· ἢ λάλος.* Etym. M. *λακέρυζα· ἡ μεγάλως κράζουσα.* Verbo *κραυγάζειν*, a Grammaticis improbato, utitur etiam Demosthen. p. 1258. 26. De eo consulas Lobeckium ad Phrynich. p. 337. Reliqua item manifesto referunt colorem poeticum. Voc. *κενεαγορίαι* non repertum est usquam alibi, ut sit *ἅπαξ λεγόμενον*.

C. *ὁ τῶν Δία σοφῶν ὄχλος κρατῶν*] Ita Bekker. ex Par. A. scripsit. Eleganter Schleiermacherus: „Und der Gottweisen herrschendes Volk.“ Lectionem receptam tuentur Theaet. p. 194. E: *ὁ πάντα σοφὸς ποιητής*. Scilicet acerbe philosophi dicti sunt *Δία σοφοί*, quasi ipsius Iovis vim et maiestatem plane perspectam haberent, quum de eo docerent impia, numen ipsius ad naturae vires referentes. Schneiderus tamen *Δία* cum *κρατῶν* iungit, sapientium turbam Iove superiorem intelligens. Quod in codicibus nonnullis legitur *διασοφῶν*, id ex illa lectione originem traxisse arbitramur, neque derivandum est a *διάσοφος* adiectivo, quod Graecis auribus inauditum fuit, licet verbo *διασοφίζεσθαι* usus sit Aristoph. Avv. v. 1619. Proxima ista, *ὅτι ἄρα πένονται*, ipse philosophus ex mente comicorum adiecisse videtur.

*ὅμως δὲ εἰρήσθω —*] Respondent haec superioribus: *ὅτι παλαιὰ μέν τις διαφορά κ. τ. λ.*,



*Ὁμήρου θεωρῇς αὐτήν; Πολύ γε. Οὐκοῦν δικαία ἐστὶν οὕτω κατιέναι, ἀπολογησομένη ἐν μέλει ἤ τινι ἄλλῳ μέτρῳ; Πάνυ μὲν οὖν. Δοῖμεν δέ γέ που ἂν καὶ τοῖς προστάταις αὐτῆς, ὅσοι μὴ ποιητικοί, φιλοποιηταὶ δέ, ἄνευ μέτρου λόγον ὑπὲρ αὐτῆς εἰπεῖν, ὡς οὐ μόνον ἡδεῖα, ἀλλὰ καὶ ὠφελίμη πρὸς τὰς πολιτείας καὶ τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινόν ἐστι· καὶ εὐμενῶς ἀκουσόμεθα. κερδανοῦμεν γάρ που, ἐὰν μὴ μόνον ἡδεῖα φανῇ ἀλλὰ καὶ ὠφελίμη. Πῶς δ'* E
*οὐ μέλλομεν, ἔφη, κερδαίνειν; Εἰ δέ γε μή, ὦ φίλε ἑταῖρε, ὥςπερ οἵ ποτέ του ἐρασθέντες, ἐὰν ἡγήσων-*

[*ἢ*] *ἐν μέλει —*] *ἢ* om. Bas. 2. et codd. Vat. Θ. Ven. ΞΠ. Par. DK. Mon. Ang. Vat. m. r. atque Par. A. repetitae lectionis. Itaque *ἢ* delevimus.
E. *οἵ ποτέ του ἐρασθέντες*] V. *που*, quod ex Par. ADK. Vat. Θ. Ven. Π. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. β. γ. correximus.

quibus statim subiungendum erat: *ἡμεῖς δέ γε, εἴ τινα ἔχοι λόγον — ἄσμενοι ἂν καταδεχοίμεθα κ. τ. λ.* Sed quum inimicitiae illius argumenta post priorem sententiae partem continuo attulerit, inchoata enuntiatio relinquenda ac deinde alio modo ordienda fuit. Ceterum, *καταδέχεσθαι* quum proprie dicatur de iis, qui exsulem in patriam restituunt eumque benevole excipiunt, quam eleganter hic positum sit, demonstrare non est operae pretium. Eadem elegantia mox inest in verbo *κατιέναι*.

*ξύνισμέν γε ἡμῖν αὐτοῖς κηλουμένοις*] Structuram verbi *συνειδέναι* diligenter illustravit Matth. Gr. §. 548. 2. nec huius loci immemor. In proximis adverte *ἦ γάρ;* in principio interrogationis collocatum, cuius usus exempla collegit Heindorf. ad Phaedr. p. 338.

D. *οὕτω κατιέναι, ἀπολογησομένη —*] Distinximus post *κατιέναι*, quia haec: *ἀπολογησομένη ἐν μέλει ἢ ἔν τινι ἄλλῳ μέτρῳ*, vocis *οὕτω* explanandae gratia subiuncta sunt, hoc sensu: Nonne iustum est, eam ita demum in patriam redire, si se defendat vel carmine melico vel alio quodam metro? Verbum *κατιέναι* et *κατέρχεσθαι* de exulibus in patriam redeuntibus sollemne ad Apolog. Socrat. p. 21. A. illustravimus.

*Δοῖμεν δέ γέ που ἂν καὶ τοῖς πρ.*] *Πρόστατι* quia Athenis dicti sunt cives, qui peregrinorum caussas in foro vel in iudiciis agerent; acute coniecit Schleiermach. philosophum hoc ipso nomine indicare voluisse poesin non in Attica natam, sed ab Ionibus et Doricis gentibus eo allatum esse; atque inde etiam caussam apparere, cur Plato universam poesin dramaticam ad Homerum ut auctorem atque principem retulerit. Vereor tamen ne haec subtilius quam verius sint disputata.

*κερδανοῦμεν γάρ που*] *Κερδαίνειν* sine casu obiecti po-

ται μὴ ὠφέλιμον εἶναι τὸν ἔρωτα, βίᾳ μέν, ὅμως
δὲ ἀπέχονται, καὶ ἡμεῖς οὕτως διὰ τὸν ἐγγεγονότα
μὲν ἔρωτα τῆς τοιαύτης ποιήσεως ὑπὸ τῆς τῶν κα-
608 λῶν πολιτειῶν τροφῆς εὖνοι μὲν ἐσόμεθα φανῆναι
αὐτὴν ὡς βελτίστην καὶ ἀληθεστάτην, ἕως δ' ἂν μὴ
οἵα τ' ᾖ ἀπολογήσασθαι, ἀκροασόμεθ' αὐτῆς ἐπᾴ-

P. 608. *ὃν ἐλέγομεν*] Ficinus: oratione supra exposita. Bekker. cum Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vat. r. Flor. a. x. *λέγομεν* dedit, suffragantibus Turr.

*αἰσθόμεθα δ' οὖν*] Vulgo *αἰσθώμεθα*. Sed *αἰσθόμεθα*

situm, ut libr. II. p. 366. A. Nostrates ad eundem modum dicunt: denn wir werden dabei gewinnen.

E. *βίᾳ μέν, ὅμως δὲ ἀπ.*] Lucian. Ver. Hist. T. II. p. 140: *ἄκουσα μέν, εἶπε δὲ ὅμως.* Alciphron. I, 38: *ὀψὲ μέν, ὅμως δέ.* Liban. Parent. in Iulian. §. 79: *ἄκων μέν, εἶξε δ' ὅμως ταῖς ἀνάγκαις.* Plura dabit Wyttenbach. Biblioth. Crit. T. III. P. II. p. 40. Mox *τῶν καλῶν πολιτειῶν* ironice dictum. Neque enim philosophus ex animo laudare potuit eam civitatem, in qua ipse natus erat, quippe quae a perfecta civitatis imagine multum abesse videretur.

P. 608. *εὖνοι μὲν ἐσόμεθα φανῆναι* —] h. e. *εὐνοϊκῶς μὲν οἰησόμεθα*: benevole quidem concedemus, videri eam quam optimam et verissimam; ea erimus benevolentia ut largiamur ctr. Breviloquentiae genus admodum notabile.

*ἐπᾴδοντες ἡμῖν αὐτοῖς — ἐπῳδήν*] *Ἐπᾴδειν* et *ἐπῳδή* eleganti metaphora de sermonibus et rationibus philosophicis positum. cf. Gataker. Miscell. p. 478. Muret. V. L. I. 4. intpp. ad Eurip. Hippolyt. v. 491. Plat. Charmid. p. 155. D. E. 157. A.

*αἰσθόμεθα δ' οὖν, ὡς οὐ σπ.*] Hic locus dubitari non potest quin labem contraxerit. Nam quum vulgata scriptura *αἰσθώμεθα* inepta sit, propterea quod cohortationi nunc non est locus, *εἰσόμεθα* autem, quod in Mon. et Flor. β. scriptum exstat, non magis conveniat argumentationi, tum ne *αἰσθόμεθα* quidem, quamvis plurimorum librorum fide et auctoritate confirmatum, satis sincerum videtur. Neque enim probae Graecitatis scriptoribus verbum *αἴσθομαι* usitatum fuit, quamvis id Buttmannus Gramm. Gr. Vol. II. p. 102. ed. 2. Lobeckio ibidem dubitantius ea de re statuente atque Schneiderus ad h. l. graviter adseveraverint. Quae quidem sententia nostra his argumentis confirmatur. Primum quidem illius formae in codicibus manu scriptis non alia fere reperiuntur exempla, quam infinitivi, quum in probae Graecitatis auctoribus hoc uno Platonis loco excepto vix unus alterve locus reperiatur. ubi *αἴσθεται, αἴσθομαι, αἰσθόμεθα*, denique finitum verbum auctoritate codicum satis tuta perscriptum exhibeatur. De *αἴσθεσθαι* pro *αἰσθέσθαι* in libris reperto consulendi sunt Poppo ad Thucyd. II. 93. V. 26. VI. 58. VII. 75. et Dindorf. ad Xenoph. Anab. II. 5, 4. Sed quae verbi finiti extant exempla, ea et nu-



δοντες ἡμῖν αὐτοῖς τοῦτον τὸν λόγον, ὃν ἐλέγομεν, καὶ ταύτην τὴν ἐπῳδήν, εὐλαβούμενοι πάλιν ἐμπεσεῖν εἰς τὸν παιδικόν τε καὶ τὸν τῶν πολλῶν ἔρωτα. αἰσθόμεθα δ' οὖν, ὡς οὐ σπουδαστέον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ποιήσει ὡς ἀληθείας τε ἁπτομένῃ καὶ σπουδαίᾳ, ἀλλ'

Par. ADK. Vind. Ven. II. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. Bas. 1. 2. *εἰσόμεθα* Mon. Flor. β. probante Schleierm. In Vat. Θ. Ven. II. Par. DK. Vind. Ang. Vat. m. Flor. β. Mon. *οὖν* omissum. sed vid. explicat.

mero pauca et fide adeo dubia atque incerta sunt, ut paene nullam auctoritatem habeant. Congesta sunt a viris doctis ad hunc usque diem haec rei documenta. Isocrat. Nicocl. p. 27. D., ubi Bekkerus ex uno cod. Urbin. edidit: *ὥστ' οὐκ αἴσθωνται τούτῳ πράγματι δυσμενῶς ἔχοντες.* Hoc vero unicum est rei exemplum apud veteris Attici sermonis auctorem repertum. Atqui ibi scriptura neutiquam certa, quandoquidem ceteri codd. *αἰσθάνονται* scriptum fuisse testantur. Fronto Epist. p. 382: *τοῦ σοῦ κάλλους αἴσθομαι οὐδενὸς ἧττον*, ubi Fr. Iacobs. in Wolfii Anal. I. 110. *αἰσθάνομαι* requirit. Hipp. Mul. II. 842. Tom. II: *αἴσθεται καὶ δάκνεται*, ubi Lobeckius *ἀείρεται* restituendum coniecit. Hermes ap. Stobaeum Eclogg. I. 43. p. 704. Vol. II. ed. Heeren: *πᾶν τὸ πάσχον αἴσθεται, πᾶν τὸ αἰσθανόμενον πάσχει*, ubi quum *αἰσθανόμενον* adiunctum sit, verissime Lobeckius istud *αἴσθεται* iudicavit perquam suspectum videri debere. Reliqua igitur sunt formae exempla, quae apud citerioris Graecitatis scriptores exstant. Et ex his ipsis repetita sunt quae ad h. l. collegit Schneiderus, qui memorat Origen. c. Cels. p. 420, 27. *συναίσθονται*. Clem. Al. Strom. III. p. 519, 19. Pott. et VII. 882, 24. *αἴσθεται*. II. 457, 10. *συναίσθεται*. Schol. ad Iliad. XVII. 1. p. 423. Bekk. *αἴσθεται*. Quid igitur? haec quum ita sese habeant, quis tandem sibi persuadebit veteres Atticos revera usurpasse istud *αἴσθομαι*, quum in plurimis illis atque amplissimis eorum operibus, licet creberrima esset huius verbi ponendi opportunitas, tamen praeter hunc Platonis locum paucissima, imo paene nulla verbi finiti extent exempla, unde de usu ipsius certius constet? Atqui, inquiunt, testantur tamen Grammatici satis certo eius usurpationem, adeoque verborum *αἰσθάνεσθαι* et *αἴσθεσθαι* discrimina rimantur. Nimirum iuvabit illorum audire testimonia. Lexic. Seguer. in Bekker. Anecd. I. p. 183: *Αἴσθεσθαι καὶ αἰσθάνεσθαι· ἀμφότερα ἐπὶ τοῦ εἰδέναι.* Ibid. p. 216: *Αἴσθεσθαί ἐστι τὸ εἰδέναι τι ἀκριβῶς. αἰσθάνεσθαι· ἀντὶ τοῦ ὑποπτεύειν καὶ ὑπονοεῖν.* Ibid. p. 359: *ἔνιοι διαφορὰν ὑπέλαβον εἶναι τοῦ αἴσθεσθαι καὶ αἰσθάνεσθαι, καὶ διεπεφήναντο τοὺς ῥήτορας κεχρῆσθαι τῷ αἰσθάνεσθαί μου ἐπὶ τοῦ ἀκριβῶς εἰδέναι τι, τῷ δὲ αἰσθάνεσθαι ἐπὶ τοῦ ὑπονοεῖν. ἡμεῖς δὲ περὶ ἀμφοτέρων ἐροῦμεν. τὸ αἰσθάνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ εἰδέναι τι ἔταξαν· οὕτως Ἀντιφῶν· καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποπτεύ-*

B εὐλαβητέον αὐτὴν τῷ ἀκροωμένῳ, περὶ τῆς ἐν αὐτῷ πολιτείας δεδιότι, καὶ νομιστέα ἅπερ εἰρήκαμεν περὶ ποιήσεως. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, ξύμφημι. Μέγας γάρ, ἔφην, ὁ ἀγών, ὦ φίλε Γλαύκων, μέγας, οὐχ ὅσος δοκεῖ, τὸ χρηστὸν ἢ κακὸν γενέσθαι, ὥςτε οὔτε

αὐτὴν τῷ ἀκρ.] ὅν vulgo post αὐτήν intrusum delevi cum

ειν, ὡς Λυσίας. Itaque postremo loco disertis verbis asseveratur, veteres utique oratores, ut Antiphontem et Lysiam, verbo αἰσθάνεσθαι utraque vi et potestate usos esse, quum alii inter αἴσθεσθαι et αἰσθάνεσθαι id discriminis intercedere statuerint, ut αἴσθεσθαι dicerent esse aliquid accurate et exacte cognitum habere, αἰσθάνεσθαι autem putarent esse suspicari aliquid, coniecturam de aliqua re habere. Nimirum apparet hinc satis clare, istos posterioris temporis usum ob oculos habuisse, quo quum iuxta αἰσθάνομαι etiam αἴσθομαι celebrari coepisset, utriusque verbi discrimen certius definire conati sunt. Atque ita sine dubio etiam ea accipienda sunt, quae Zonaras Lex. Vol. I. p. 94. scribit: Αἴσθεσθαι ἐνεστώς ἐστι· αἰσθέσθαι δὲ ὑπερσυντελικός. αἴσθεσθαι καὶ αἰσθάνεσθαι διαφέρει. τὸ γὰρ αἴσθεσθαι ὑπερ τοῦ ἀκριβῶς εἰδέναι τι· τὸ δέ αἰσθάνεσθαι ἐπὶ τοῦ ὑπονοεῖν τι κ. τ. λ. Hesychius: Αἴσθεσθε· μάθετε. Suidas: Αἴσθομαί σου· τὸ τῆς αἰσθήσεως ἐπιλαμβάνομαι. Iam vero ab ipsis Grammaticis discimus, αἴσθεσθαι ita fuisse usurpatum, ut ad animum translatum significaret, certo et accurate scire, vel etiam diligenter cognoscere, quo significatu tamen ab antiquis oratoribus etiam αἰσθάνεσθαι dictum esse testantur. Quid igitur? Hic si fuit verbi usus, ille Platoni certe nullo pacto obtrudendus est. Nam primum quidem veteribus Atticis plane fuit incognitus, in quorum scriptis nulla eius vestigia deprehenduntur, ut omnia infinitivi αἴσθεσθαι exempla apud Thucydidem, Xenophontem, alios obvia, inter sordes et quisquilias ex posterioris aetatis consuetudine natas referenda atque tandem aliquando de medio tollenda videantur. Deinde si αἴσθεσθαι ea vi et potestate usurpatum fuit, qua intellexerunt grammatici, facile apparet illud in hunc Platonis locum minime convenire. Neque enim Socrates Platonicus post ea, quae modo disputata sunt, potest iam asseverare sese accurate et exacte cognitum habere, quid de poesi statuendum sit. Censuerat enim etiam defensionem poesis esse audiendam. Ineptus igitur et importunus foret, si iam de exacta et certo explorata totius caussae notitia verba faceret. Ex his omnibus igitur necessario efficitur, ut istud αἰσθόμεθα, quod Bekkerus recepit et Schneiderus cupidissime defendit, pro vitioso ducendum sit. Nimirum restituendum Platoni sine dubio est: αἰσθανόμεθα δ' οὖν κ. τ. λ. Quo facto et usui loquendi et ipsi verborum sententiae optime consultum erit. Est enim ita loci sensus hic: sed haec quidem (de quibus modo explicatum est) utcunque se



τιμῇ ἐπαρθέντα οὔτε χρήμασιν οὔτε ἀρχῇ οὐδεμιᾷ οὐδέ γε ποιητικῇ ἄξιον ἀμελῆσαι δικαιοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς. Ξύμφημί σοι, ἔφη, ἐξ ὧν διεληλύθαμεν· οἶμαι δὲ καὶ ἄλλον ὁντινοῦν.

Cap. IX. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, τά γε μέγιστα C

Flor. α. x. Angel. servarunt alii. Adulterinam originem videtur etiam collocationis prodere importunitas.

habebunt, hoc certe sentimus et intelligimus, hoc certe animadvertimus ctr. Nam ita αἰσθάνεσθαι ad animum translatum usurpari solet, ut Gorg. p. 518. E. Symp. 202. A. Phaedr. p. 241. D. Protag. p. 317. A. aliis locis plurimis. Quod ipsum criticis vel scribis, posterioris aetatis consuetudini loquendi adsuefactis, verbi corrumpendi occasionem dedit, loco insuper prave intellecto. Praeterea vero etiam diligenter animadvertendus est usus vocularum δὲ οὖν, quae saepe ita ponuntur, ut vel continuae enumerationi vel dubitationi ac deliberationi diuturnae cum asseveratione et confirmatione aliqua finis imponatur, veluti Parmenid. p. 130. E: Phaedr. p. 266. B. Tim. p. 28. B. Cratyl. p. 386. B. al. v. Hermann. ad Lucian. De histor. conscr. p. 254 sq. Kühner. ad Xenoph. Anabas. I. 2, 12.

περὶ τῆς ἐν αὐτῷ πολιτείας] Cf. libr. IX. p. 591. E. seq.

B. Μέγας γάρ, ἔφην, ὁ ἀγών] Magnum enim, inquam, certamen est, o care Glauco, magnum profecto, nec (modo) tantum, quantum vulgo videtur, utrum quis honestus an malus evadat: quocirca neminem decet neque honoribus elatum neque opibus neque imperio nec vero etiam poesi iustitiam reliquamque virtutem negligere. Similiter Phaedon. p. 114. C. — οὐχ ὅσος i. q. οὐ τοσοῦτος μόνον, ὅσος. Sic Sophist. p. 217. E: τῷ γὰρ ὄντι τὸ νῦν ῥηθὲν οὐχ ὅσον ὧδε ἐρωτηθὲν ἐλπίσειεν ἂν αὐτὸ εἶναί τις, ἀλλὰ τυγχάνει λόγου παμμήκους ὄν, h. e. οὐκ ἔστι τοσοῦτον μόνον, ὅσον κ. τ. κ. Phaedon. p. 83. B: οὐδὲν τοσοῦτον κακὸν ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν, ὅσον ἄν τις οἰηθείη. Mox p. 608. C: οἴει ἀθανάτῳ πράγματι ὑπὲρ τοσούτου δεῖν χρόνου ἐσπουδακέναι, i. e. ὑπὲρ οὕτως ὀλίγου. Add. Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 250. a. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 188. De simili usu Lat. tantus quantus dixerunt intpp. ad Cicer. Epist. ad Fam. I, 7, 8. — Post οὔτε — οὔτε infertur οὐδέ γε, propterea quod ποιητική cum maiore gravitate et vi commemoratur. Libr. VI. p. 492. E: οὔτε γὰρ γίγνεται οὔτε γέγονε οὐδὲ οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος. Ibid. p. 499. B: οὔτε πόλις οὔτε πολιτεία οὐδέ γε ἀνήρ. Legg. VIII. p. 840. A: οὔτε τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο, οὐδ' αὖ παιδός. Apolog. Socr. p. 19. D: οὔτε τούτων οὐδέν ἐστιν, οὐδέ γε εἴ τινος ἀκηκόατε κ. τ. λ., ubi v. annot. coll. Matth. Gr. §. 609.

οἶμαι δὲ καὶ ἄλλον ὁντινοῦν] intell. ξυμφάναι, sollemni post οἶμαι δὲ καί ellipsi. v. Sympos. p. 176. A. Protagor. p. 314. C. ibique annot.

Cap. IX. C. τά γε μέγι-

ἐπίχειρα ἀρετῆς καὶ προκείμενα ἆθλα οὐ διεληλύθαμεν. Ἀμήχανόν τι, ἔφη, λέγεις μέγεθος, εἰ τῶν εἰρημένων μείζω ἐστὶν ἄλλα. Τί δ' ἄν, ἦν δ' ἐγώ, ἔν γε ὀλίγῳ χρόνῳ μέγα γένοιτο; πᾶς γὰρ οὗτός γε ὁ ἐκ παιδὸς μέχρι πρεσβύτου χρόνος πρὸς τὸν πάντα ὀλίγος πού τις ἂν εἴη. Οὐδὲν μὲν οὖν, ἔφη. Τί οὖν; οἴει ἀθανάτῳ πράγματι ὑπὲρ τοσούτου δεῖν
D χρόνου ἐσπουδακέναι, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τοῦ παντός; Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη. ἀλλὰ τί τοῦτο λέγεις; Οὐκ ᾔσθησαι, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ οὐδέποτε ἀπόλλυται; Καὶ ὃς ἐμβλέψας μοι καὶ

Cap. IX. C. *πρὸς τὸν πάντα*] *τόν*, ante Bekkerum omissum, servarunt Mon. et Flor. *β*. Abiecerunt rursus Schneider. Turr. Hermann. Sed temporis universitas, *ὁ πᾶς χρόνος*, vitae humanae aetatibus opposita postulat articulum. Igitur rationi, non codicum numero, obtemperandum fuit. v. explicat. Grammatici mero arbitrio hic extruserunt *τόν*, quia continuo iterum infertur *ὑπὲρ τοῦ παντός*. Ita etiam optimorum codicum auctores temere saepe grassati sunt. Mox vett. editt. *Τί γοῦν;* praeter fidem librorum fere omnium atque perinepte.

D. *Εἰ μὴ ἀδικῶ γε, ἔφην*] Vett. editt. *ἔφη*, quod quum per se ineptum sit, tum plurimorum optimorumque librorum auctoritate emendatum est.

*στα ἐπίχειρα* —] Utrumque nomen iunctum est etiam in praeclaro fragmento sive Sophoclis sive Euripidis ap. Clem. Al. Strom. IV. p. 496. B: *ὁθούνεκ' ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη Οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει, Αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.* — Verbum *προκεῖσθαι* vel *ἐν μέσῳ κεῖσθαι* proprium de proposito certaminis praemio; v. Bremi ad Demosthen. Oratt. Select. P. I. p. 116. — *ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ*, h. e. tam exiguo huius vitae spatio. De sententia compares libr. VI, 10: *εἰς σμικρόν γ', ἔφη, χρόνον εἴρηκας. Εἰς οὐδὲν μὲν οὖν, ἔφην, ὥς γε πρὸς τὸν ἅπαντα.* Ibidem: *τότε πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἅπαντα ἀφορῶσιν αἰῶνα. καὶ γὰρ ὁ μακρότατος βίος ὀλίγος ἐστὶ καὶ στιγμαῖος πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα.* Phaedon. p. 107. C: *ἐπιμελείας δὴ δεῖται (ἡ ψυχή) οὐχ ὑπὲρ τοῦ χρόνου τούτου μόνον, ἐν ᾧ καλοῦμεν τὸ ζῆν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ παντός.* unde simul apparet h. l. utique *τὸν* in *πρὸς τὸν πάντα* requiri. conf. etiam Tim. p. 38. C. Plutarch. ad Apollon. p. 111. C. Senec. Epistol. 77. Nulla vita est non brevis. Nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris et Statiliae brevis est, quae inscribi monumento suo iussit annis se nonaginta novem vixisse. Idem Epist. 99. Omnes, quantum ad brevitatem aevi, si universo compares, et senes et iuvenes in aequo sumus. Minus enim ad nos ex omni aetate venit, quam quod minimum esse quis dixerit, quoniam quidem minimum aliqua pars est, hoc, quod vivimus, proximum nihilo est. Ibid. Propone profundi temporis vastitatem et universum complectere; deinde hoc, quod aetatem vocamus humanam, compara immenso; videbis quam exiguum sit quod optamus, quod extendimus.



θαυμάσας εἶπε· Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε· σὺ δὲ τοῦτ' ἔχεις λέγειν; Εἰ μὴ ἀδικῶ γ', ἔφην. οἶμαι δὲ καὶ σύ· οὐδὲν γὰρ χαλεπόν. Ἔμοιγ', ἔφη· σοῦ δ' ἂν ἡδέως ἀκούσαιμι τὸ οὐ χαλεπὸν τοῦτο. Ἀκούοις ἄν, ἦν δ' ἐγώ. Λέγε μόνον, ἔφη.

Ἀγαθόν τι, εἶπον, καὶ κακὸν καλεῖς; Ἔγωγε. E
Ἆρ' οὖν ὥςπερ ἐγὼ περὶ αὐτῶν διανοεῖ; Τὸ ποῖον; Τὸ μὲν ἀπολλύον καὶ διαφθεῖρον πᾶν τὸ κακὸν εἶναι, τὸ δὲ σῶζον καὶ ὠφελοῦν τὸ ἀγαθόν. Ἔγωγ', ἔφη. Τί δέ; κακὸν ἑκάστῳ τι καὶ ἀγαθὸν λέγεις;
οἷον ὀφθαλμοῖς ὀφθαλμίαν καὶ ξύμπαντι τῷ σώματι 609

*οἴει ἀθανάτῳ πράγματι* —] Subiectum in dativo casu locatum, ut Phileb. p. 33. B: *μηδὲν δεῖν μήτε μέγα μήτε σμικρὸν χαίρειν τῷ τὸν τοῦ νοεῖν καὶ φρονεῖν βίον ἑλομένῳ.* Plura id genus Matth. Gr. §. 411. ann. 4. Sententia est: num censes ei, quod immortale sit, propter tantillum tempus esse elaborandum et ad virtutem enitendum, nec propter aeternitatem? Phaedon. p. 107. C: *εἴπερ ἡ ψυχὴ ἀθάνατός ἐστιν, ἐπιμελείας δὴ δεῖται οὐχ ὑπὲρ τοῦ χρόνου τούτου μόνον, ἐν ᾧ καλοῦμεν τὸ ζῆν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ παντός.* De voc. *πρᾶγμα* v. ad Crit. p. 53. C.

D. *Εἰ μὴ ἀδικῶ γε*] h. e. *δίκαιός εἰμι λέγειν.* P. 612. D: *ἢ οὐ μνημονεύεις; Ἀδικοίην μέντ' ἄν, ἔφη, εἰ μή.* Charmid. p. 156. A: *καὶ τοὔνομά μου σὺ ἀκριβοῖς; Εἰ μὴ ἀδικῶ γε, ἔφη*, ubi Heindorf. formulae vim explicavit. — *οἶμαι δὲ καὶ σύ*, sc. *ἔχεις λέγειν*: Ac ne quis forte *καὶ σέ* scribendum opinetur, cf. Legg. I. p. 647. A: *ὃν δὴ καὶ καλοῦμεν τὸν φόβον ἡμεῖς γε, οἶμαι δὲ καὶ πάντες, αἰσχύνην.* coll. annot. ad libr. VI. p. 507. D.

*Ἀκούοις ἄν, ἦν δ' ἐγώ*] H. e. audi. Formula urbanitatis plena, qua alter modeste rogatur, ut rem audire velit. Tim. p. 19. B: *ἀκούοιτ' ἂν ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα περὶ τῆς πολιτείας*, h. e. audite iam deinceps. Politic. p. 269. C: *κάλλιστ' εἶπες, καὶ λέγε μηδὲν ἐλλείπων. ΞΕΝ. ἀκούοις ἄν.* Ibid. p. 267. D: *λέγοις ἄν.* Ibid. p. 268. E. Mox p. 614. A. *λέγοις ἄν, ἔφη.* al.

E. *Ἀγαθόν τι — κακὸν καλεῖς;*] Sollemnis Platoni formula in tali argumentationis initio. Protag. p. 358. D: *καλεῖτέ τι δέος καὶ φόβον;* Ibid. p. 352. A: *ἀφροσύνην τι καλεῖς;* Menon. p. 76. A: *ἐπίπεδον καλεῖς τι;* Ibid. p. 75. E. 88. A. Phaedon. p. 103. C. Cratyl. p. 399. D. 427. A. al.

νόσον, σίτῳ τε ἐρυσίβην, σηπεδόνα τε ξύλοις, χαλκῷ
δὲ καὶ σιδήρῳ ἰόν, καί, ὅπερ λέγω, σχεδὸν πᾶσι
ξύμφυτον ἑκάστῳ κακόν τε καὶ νόσημα; Ἔγωγ', ἔφη.
Οὐκοῦν ὅταν τῴ τι τούτων προςγένηται, πονηρόν
τε ποιεῖ ᾧ προςεγένετο, καὶ τελευτῶν ὅλον διέλυσε
καὶ ἀπώλεσε; Πῶς γὰρ οὔ; Τὸ ξύμφυτον ἄρα
κακὸν ἑκάστου καὶ ἡ πονηρία ἕκαστον ἀπόλλυσιν,
ἢ εἰ μὴ τοῦτο ἀπολεῖ, οὐκ ἂν ἄλλο γε αὐτὸ ἔτι
B διαφθείρειεν. οὐ γὰρ τό γε ἀγαθὸν μή ποτέ τι ἀπο-
λέσῃ, οὐδὲ αὖ τὸ μήτε κακὸν μήτε ἀγαθόν. Πῶς
γὰρ ἄν; ἔφη. Ἐὰν ἄρα τι εὑρίσκωμεν τῶν ὄντων,
ᾧ ἔστι μέν τι κακόν, ὃ ποιεῖ αὐτὸ μοχθηρόν, τοῦτο
μέντοι οὐχ οἷόν τε αὐτὸ λύειν ἀπολλύον, οὐκ ἤδη
εἰσόμεθα, ὅτι τοῦ πεφυκότος οὕτως ὄλεθρος οὐκ
ἦν; Οὕτως, ἔφη, εἰκός. Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ· ψυχῇ
ἆρα οὐκ ἔστιν ὃ ποιεῖ αὐτὴν κακήν; Καὶ μάλα, ἔφη,

P. 609. B. *εὑρίσκωμεν τῶν ὄντων*] Sic codd. meliores omnes pro vulg. *τῶν ὄντων εὑρίσκωμεν*. Dein *τι* om. Par. ADK. Vat. *Θ*. Ven. II. Mon. Ang. Vat. r. Flor. *α*. *β*. x. probantibus Turr.

P. 609. *σίτῳ τε ἐρυσίβην*] Frugibus robiginem. Schol.: *θηρίδιόν τι ἐν τῷ σίτῳ γιγνόμενον, ὃ λυμαίνεται τὸν καρπόν. τινὲς δὲ νόσον ἐκ τοῦ περιέχοντος ἐπιγιγνομένην τοῖς σπέρμασιν.* cf. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 122.

B. *οὐ γὰρ τό γε ἀγαθὸν — ἀπολέσῃ*] En satis certum exemplum voc. *οὐ μή* cum aoristo primo activi iunctorum. Neque enim quisquam *ἀπολέσει* restituere voluerit, hoc est formam futuri, in scriptoribus Atticis vix ferendam, de qua v. Lobeck. ad Phrynich. p. 732. coll. p. 746. Buttmann. Gr. Ampl. T. II. p. 198. Reisig. Comment. crit. ad Oedip. Col. p. 251. Multo minus etiam, quae foret nimia audacia, *ἀπολεῖ* scripseris. Sed vanitatem praecepti Dawesiani exemplis demonstrarunt Heindorf. ad Phaedon. p. 44. Ast. ad Legg. p. 295. Hermann. ad Sophocl. Aiac. v. 557., quibus nuper accessit etiam Matth. Gr. §. 517. 1. Rost. Gr. §. 122. p. 657. not. *). ed. VII.

*ὅτι τοῦ πεφυκότος οὕτως ὄλεθρος οὐκ ἦν;*] h. e. *τοῦ οὕτω πεφυκότος.* Isocrat. Paneg. §. 22: *τῷ ποιεῖν εὖ προςαγόμενοι τὰς πόλεις*, ubi *εὖ* iungendum cum *τῷ ποιεῖν*. Areopagitic. §. 11: *ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον ἐτήρουν, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων λύσουσι μήτε ἔξω τῶν νομιζομένων προςθήσουσι*, i. e. *τῶν ἔξω νομ.* Pertinent huc etiam talia. Xenophon. Cyro. II, 1, 25. *πρὸς τὸ γιγνώσκειν ἀλλήλους*, h. e. *πρὸς τὸ ἀλλήλους γ.* Pro *οὐκ ἦν* ne quis *οὐκ ἔστι* requirat, imperfecto indicatur rem secus habere atque



ἃ νῦν δὴ διῇμεν πάντα, ἀδικία τε καὶ ἀκολασία C
καὶ δειλία καὶ ἀμαθία. Ἦ οὖν τι τούτων αὐτὴν
διαλύει τε καὶ ἀπόλλυσι; καὶ ἐννόει μὴ ἐξαπατηθῶ-
μεν οἰηθέντες τὸν ἄδικον ἄνθρωπον καὶ ἀνόητον,
ὅταν ληφθῇ ἀδικῶν, τότε ἀπολωλέναι ὑπὸ τῆς ἀδι-
κίας, πονηρίας οὔσης ψυχῆς. ἀλλ' ὧδε ποίει· ὥςπερ
σῶμα ἡ σώματος πονηρία νόσος οὖσα τήκει καὶ διόλ-
λυσι καὶ ἄγει εἰς τὸ μηδὲ σῶμα εἶναι, καὶ ἃ νῦν
δὴ ἐλέγομεν ἅπαντα ὑπὸ τῆς οἰκείας κακίας, τῷ
προςκαθῆσθαι καὶ ἐνεῖναι διαφθειρούσης, εἰς τὸ μὴ D
εἶναι ἀφικνεῖται — οὐχ οὕτω; Ναί. Ἴθι δή, καὶ
ψυχὴν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον σκόπει. ἆρα ἐνοῦσα
ἐν αὐτῇ ἀδικία καὶ ἡ ἄλλη κακία τῷ ἐνεῖναι καὶ
προςκαθῆσθαι φθείρει αὐτὴν καὶ μαραίνει, ἕως ἂν
εἰς θάνατον ἀγαγοῦσα τοῦ σώματος χωρίσῃ; Οὐ-
δαμῶς, ἔφη, τοῦτό γε. Ἀλλὰ μέντοι ἐκεῖνό γε ἄλο-

C. *ἀλλ' ὧδε ποίει*] Margo Flor. a. x. et Ang. *ἀλλ' εἰ ὧδε ποίει*. Flor. *β*. Mon: *ὧδέ πῃ*.

*καὶ ἐνεῖναι*] In Par. A. syllabae *ἐν* superscript. *Δι* ab antiq. man.

visa sit vel videri potuerit antea. Nam non erat i. q. non est, licet antea secus videretur. Temere hanc interpretationem calumniatur Schneiderus ipse scilicet existimans imperfectum indicare tempus, quo res nondum satis fuerit cognita et tamen ita comparata, ut nunc est. v. Matth. Gr. §. 505. 3. Prorsus eodem modo libr. IV. p. 436. C: *εἰσόμεθα, ὅτι οὐ ταὐτὸν ἦν, ἀλλὰ πλείω.*

C. *καὶ ἐννόει, μὴ ἐξαπατηθῶμεν*] Verbo *ἐννοεῖν* continetur cavendi notio, unde additur *μὴ ἐξαπατηθῶμεν*. Gorg. p. 495. B: *ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄθρει, μὴ οὐ τοῦτο ᾖ τὸ ἀγαθόν, τὸ πάντως χαίρειν.* Hipp. Maj. p. 300. D: *ἐνθυμοῦμαι — μὴ παίζῃς πρός με.*

*ὅταν ληφθῇ ἀδικῶν*] h. e. *καταληφθῇ*. Gorg. p. 473. B: *ἐὰν ἄνθρωπος ληφθῇ τυραννίδι ἐπιβουλεύων.* Libr. III. p. 389. D: *ἂν τινα λαμβάνῃ ψευδόμενον.*

*ἀλλ' ὧδε ποίει*] Verba ad illa referenda sunt, quae sequuntur: — *καὶ ψυχὴν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον σκόπει.* Nec video, cur Ast. *νόει* vel *σκόπει* scribendum suspicatus sit.

*καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν —*] h. e. *καὶ ὥςπερ ἅπαντα, ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἀφικνεῖται* (ad interitum adducitur) *ὑπὸ τῆς οἰκείας κακίας* (per pravitatem ipsis insitam c. *ἔμφυτον*), *διαφθειρούσης* (sc. *αὐτὰ*) *τῷ προςκαθῆσθαι καὶ ἐνεῖναι*, eo quod rebus adiuncta est atque inest. Post *ἀφικνεῖται* posui lineolam, interruptae orationis signum. Etenim inchoata haec sententia absolvitur demum verbis: *κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον*

γον, ἦν δ' ἐγώ, τὴν μὲν ἄλλου πονηρίαν ἀπολλύ-
ναι τι, τὴν δὲ αὑτοῦ μή. Ἄλογον. Ἐννόει γάρ,
E ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, ὅτι οὐδ' ὑπὸ τῆς τῶν σιτίων
πονηρίας, ἣ ἂν ᾖ αὐτῶν ἐκείνων, εἴτε παλαιότης
εἴτε σαπρότης εἴτε ἡτισοῦν οὖσα, οὐκ οἰόμεθα δεῖν
σῶμα ἀπόλλυσθαι· ἀλλ' ἐὰν μὲν ἐμποιῇ ἡ αὐτῶν
πονηρία τῶν σιτίων τῷ σώματι σώματος μοχθηρίαν,
φήσομεν αὐτὸ δι' ἐκεῖνα ὑπὸ τῆς αὑτοῦ κακίας νό-
610 σου οὔσης ἀπολωλέναι· ὑπὸ δὲ σιτίων πονηρίας ἄλ-
λων ὄντων ἄλλο ὂν τὸ σῶμα, ὑπὸ ἀλλοτρίου κακοῦ
μὴ ἐμποιήσαντος τὸ ἔμφυτον κακόν, οὐδέποτε ἀξιώ-
σομεν διαφθείρεσθαι. Ὀρθότατ' ἄν, ἔφη, λέγοις.
Cap. X. Κατὰ τὸν αὐτὸν τοίνυν λόγον, ἦν δ' ἐγώ,
ἐὰν μὴ σώματος πονηρία ψυχῇ ψυχῆς πονηρίαν ἐμ-
ποιῇ, μή ποτε ἀξιῶμεν ὑπ' ἀλλοτρίου κακοῦ ἄνευ
τῆς ἰδίας πονηρίας ψυχὴν ἀπόλλυσθαι, τῷ ἑτέρου

E. *ἣ ἂν ᾖ αὐτῶν ἐκ.*] Sic Par. AK. Vat. Θ. Vind. Flor. a. c. x. γ. β. Vulgo ἢ ἂν ᾖ. Angel. Flor. α. ἢ οἷα ἂν ᾖ.

*πονηρία τῶν σιτίων*] Sic Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Vind. Mon. Ang. Vat. m. r. et Florentini. Vett. editt. τῶν σιτίων omittunt.

P. 610. *Ὀρθότατ' ἄν, ἔφη, λέγοις.*] V. λέγεις. Optativum praebuerunt Ven. Ξ. et Flor. γ. Bekker. suscepto ὀρθότατα et servato indicativo ἄν delevit codicibus omnibus invitis. Eum sequuti sunt etiam Turr. Nobiscum facit Herm. Indicativum cum ἄν constructum miro iudicio servavit Schneiderus, quem stare non posse etiam Klotzius ad Devar. p. 141. censuit.

Cap. X. *ἐὰν μὴ σώματος*] μὴ ἢ σώματος Flor. β. Mon.

καὶ ψυχὴν σκόπει. Similia interpellati sermonis exempla sunt Menon. p. 81. A. Politic. p. 277. E. Sophist. p. 265. C.

E. *ἣ ἂν ᾖ αὐτῶν ἐκείνων*] h. e. quae ipsis illis propria sit. In proximis τῶν σιτίων post αὐτῶν rursus sic interpreteris: verum si ipsorum pravitas ciborum corpori corporis vitiositatem afferat. — δι' ἐκεῖνα, monente Astio, caussam remotiorem s. exteriorem indicat, propter quam talia fiant.

P. 610. *Ὀρθότατ' ἄν — λέγοις.*] Hanc assentiendi formulam qui semper indicativum postulare sibi persuasit Schneiderus, is etiam soloecismo admisso ἄν — λέγεις retinuit. Quasi vero haec formula usquam ἄν isto pacto additum habeat. At nimirum rectissime se habet ὀρθότατ' ἄν λέγοις, quum Glauco in re ad iudicandum difficiliore loquatur modestius. Eodem modo Germani fere dicunt: Da hast du ganz recht: et in caussa difficiliore: Da dürftest du wohl ganz recht haben. Id non sentientes li-



κακῷ ἕτερον. Ἔχει γάρ, ἔφη, λόγον. Ἢ τοίνυν
ταῦτα ἐξελέγξωμεν ὅτι οὐ καλῶς λέγομεν, ἢ ἕως ἂν
ᾖ ἀνέλεγκτα, μή ποτε φῶμεν ὑπὸ πυρετοῦ μηδ' αὖ B
ὑπ' ἄλλης νόσου μηδ' αὖ ὑπὸ σφαγῆς, μηδ' εἴ τις
ὅ τι σμικρότατα ὅλον τὸ σῶμα κατατέμοι, ἕνεκα
τούτων μηδὲν μᾶλλόν ποτε ψυχὴν ἀπόλλυσθαι, πρὶν
ἄν τις ἀποδείξῃ, ὡς διὰ ταῦτα τὰ παθήματα τοῦ
σώματος αὐτὴ ἐκείνη ἀδικωτέρα καὶ ἀνοσιωτέρα γί-
γνεται. ἀλλοτρίου δὲ κακοῦ ἐν ἄλλῳ γιγνομένου, τοῦ
δὲ ἰδίου ἑκάστῳ μὴ ἐγγιγνομένου, μήτε ψυχὴν μήτε
ἄλλο μηδὲν ἐῶμεν φάναι τινὰ ἀπόλλυσθαι. Ἀλλὰ C
μέντοι, ἔφη, τοῦτό γε οὐδείς ποτε δείξει, ὡς τῶν
ἀποθνησκόντων ἀδικώτεραι αἱ ψυχαὶ διὰ τὸν θά-
νατον γίγνονται. Ἐὰν δέ γέ τις, ἔφην ἐγώ, ὁμόσε
τῷ λόγῳ τολμᾷ ἰέναι, καὶ λέγειν, ὡς πονηρότερος
καὶ ἀδικώτερος γίγνεται ὁ ἀποθνήσκων, ἵνα δὴ μὴ

Dein ψυχῇ ante ψυχῆς in vett. editt. neglectum, quod nuper praebuerunt Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ II. Vind. Ang. Vat. m. r. Flor. a. c. x. α. γ. Reperit etiam Ficinus.

B. *μηδ' αὖ ὑπ' ἄλλης νόσου*] αὖ om. Angel. In Par. A. sec. Duebner. Flor. a. c. γ. Ven. Ξ. Vat. m. est μήτε φῶμεν. In proximis omnes codd. et editt.: μηδ' αὖ ὑπὸ σφαγῆς. Sed Astius ὑπὸ delevit.

*τὰ παθήματα τοῦ σώματος*] V. τὰ παθήματα τὰ τοῦ σ. Alterum τά om. Flor. a. β. γ. Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Vat. m. r. Eiecit primus Bekker.

*ἑκάστῳ μὴ ἐγγιγνομένου*] V. ἑκάστου e Par. ADK. Vat. Θ. Ven. II. Mon. Ang. Vat. r. Flor. β. γ. x. emendatum.

brarii, quum usitatae loquendi formulae meminissent, quamvis ἄν servato, tamen temere λέγεις scripserunt. Alterum huius rationis exemplum attulit C. Fr. Hermann. Legg. II. p. 656. A., ubi Par. A. et Vat. Ω. λέγοις tuentur. Legitur etiam Legg. X. p. 897. E: κάλλιστα ἂν λέγοις.

Cap. X. *ὑπ' ἀλλοτρίου κακοῦ — κακόν*] Haec per appositionem adiecta sunt superioribus illis: ὑπὸ δὲ σιτίων πονηρίας. Praepositionem in appositione sic iteratam notavimus Apolog. Socr. p. 35. C. Gorg. p. 474. E. Phaedon. p. 81. B. p. 110. E., ubi v. annot. Fallitur igitur Ast. ὑπ' ante ἀλλοτρίου putans aut delendum esse aut in τοῦ mutandum. conf. Bernhardy Synt. p. 201.

B. *ἀλλοτρίου δὲ κακοῦ — ἀπόλλυσθαι*] Alieno autem malo in alio prorumpente, proprio non inhaerente, neque animum neque aliud quid sinamus dicere quenquam interire.

C. *ὁμόσε τῷ λόγῳ τ. ἰέναι*] H. e. adversari Eu-

ἀναγκάζηται ἀθανάτους τὰς ψυχὰς ὁμολογεῖν, ἀξιώσομέν που, εἰ ἀληθῆ λέγει ὁ ταῦτα λέγων, τὴν ἀδικίαν εἶναι θανάσιμον τῷ ἔχοντι ὥςπερ νόσον, καὶ
D ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἀποκτιννύντος τῇ ἑαυτοῦ φύσει, ἀποθνήσκειν τοὺς λαμβάνοντας αὐτό, τοὺς μὲν μάλιστα θᾶττον, τοὺς δ' ἧττον σχολαίτερον, ἀλλὰ μή, ὥςπερ νῦν διὰ τοῦτο ὑπ' ἄλλων δίκην ἐπιτιθέντων ἀποθνήσκουσιν οἱ ἄδικοι. Μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, οὐκ ἄρα

D. *ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἀποκτ.*] *ὑπ' αὐτοῦ τούτου ἀπ.* Bekkerus cum Mon. et Flor. β. Sed recte alii *ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἀποκτ.* quod servarunt etiam Schn. Turr. Herm. licet cum Astio malim *ὑπ' αὐτοῦ τούτου, τοῦ ἀποκτ.* Idem deinde pro *ἑαυτοῦ* mavult *αὐτοῦ*.

*διὰ τοῦτο ὑπ' ἄλλων*] V. *τούτου*, quod e Mon. et Flor. β. correxi. Servarunt tamen *τούτου* Schn. Turr. quos merito deseruit Hermann. Deinde scribebatur *ἐπιθέντων*, quod cum Bek-

stath. ad Iliad. V. p. 935. ed. Rom. = p. 155. ed. Lips. *Ὅρα δέ*, inquit, *ὅτι ἐκ τοῦ ὁμόσε ἦλθεν ἡ μάχη λαβόντες ἀρχὴν οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ παρασκευῆς πολεμικῆς ἢ καὶ ἄλλης ἐναντιωματικῆς τὸ ὁμόσε τιθέασι, λέγοντες ὁμόσε ἦλθεν ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι, τοῦτ' ἔστιν, ἀντικατέστη ὡς εἰς πόλεμον, καὶ ὁμόσεν ἦλθε τοῖς λόγοις ἢ ταῖς ἀντιλογίαις.* v. Ruhnk. ad Tim. Gloss. p. 191. ann. ad Euthyphr. p. 3. C. ibique Schol.

*τὴν ἀδικίαν εἶναι θανάσιμον*] Grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 99: *Θανατήριον ἀξιοῦσιν, οὐ θανάσιμον λέγειν. Πλάτων Πολιτείας δευτέρῳ. Εὐριπίδης Μηδείᾳ.* Recte Bastius ad Gregor. Corinth. p. 156. *δεκάτῳ* pro *δευτέρῳ* scribendum censet, monens etiam grammatici sententiam esse, adiectivum *θανάσιμος*, quod alii Atticis abiudicaverint, Platonis et Euripidis auctoritate satis muniri. — *τῷ ἔχοντι*, sc. *αὐτήν*, ut mox *τῷ λαμβάνοντι*, et *τὸν δ' ἔχοντα*, et libr. II. p. 357. B. p. 366. E. p. 367. B. D. E. al.

D. *καὶ ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ ἀποκτ. —*] Iungendum: *καὶ τοὺς λαμβάνοντας αὐτὸ* (sc. *τὴν ἀδικίαν*) *ἀποθνήσκειν ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ* (*τῆς ἀδικίας*) *ἀποκτιννύντος τῇ ἑαυτοῦ φύσει*, hoc sensu: et ab illo, utpote sua ipsius natura pernicioso atque letifero, mori eos, qui ipsum acceperint eoque laborent. Formulam *ἀποθνήσκειν ὑπό τινος*, et Lat. mori ab aliquo, interire ab aliquo, abunde illustrarunt Matth. Gr. §. 496. 3. Heusinger. ad Ciceron. Offic. 1, 2, 12. Görenz. ad Academ. I, 11. Nec opus est de neutro pronominis post nomen feminini generis illato dicere, quem usum loquendi quum alibi, tum ad Protagor. p. 352. B. attigimus. Verba *τῇ ἑαυτοῦ φύσει* neque cum Astio in *τῇ αὐτοῦ φύσει* mutem, nec cum Schleiermachero interpreter: ieder seiner eigenen Natur gemäss. Alterum enim librorum auctoritati, alterum loquendi consuetudini adversatur. Nimirum connectenda sunt illa cum *τοῦ ἀποκτιννύντος*.



πάνδεινον φανεῖται ἡ ἀδικία, εἰ θανάσιμον ἔσται τῷ λαμβάνοντι· ἀπαλλαγὴ γὰρ ἂν εἴη κακῶν. ἀλλὰ μᾶλλον οἶμαι αὐτὴν φανήσεσθαι πᾶν τοὐναντίον τοὺς ἄλλους ἀποκτιννῦσαν, εἴπερ οἷόν τε, τὸν δ' ἔχοντα E
καὶ μάλα ζωτικὸν παρέχουσαν, καὶ πρός γ' ἔτι τῷ ζωτικῷ ἄγρυπνον· οὕτω πόῤῥω που, ὡς ἔοικεν, ἐσκήνηται τοῦ θανάσιμος εἶναι. Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. ὁπότε γὰρ δὴ μὴ ἱκανὴ ἥ γε οἰκεία πονηρία

kero ex Par. A. Vind. Angel. Vat. m., nos e Flor. a. c. x. α. γ. mutavimus.

E. *καὶ πρός γ' ἔτι τῷ ζωτικῷ*] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. α. γ. Vulgo *πρός γέ τι*, quod correxit Bekkerus. Dein Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. γ. *ἐσκήνηται*, probante Bekkero. Reliqui libri *ἐσκήνωται*. conf. p. 614. E. 621. A.

*ἀλλὰ μή, ὥςπερ νῦν διὰ τοῦτο —*] Male vulgo post *ὥςπερ νῦν* commate interpungunt. Nam verba cohaerent sic: *ἀλλὰ μή* (*ἀποθνήσκειν*), *ὥςπερ νῦν — ἀποθνήσκουσιν οἱ ἄδικοι*, ut vere monuit Morgenstern. Symboll. p. VII. Eadem post *ἀλλὰ μή* ellipsis est Phaedon. p. 101. B: *οὐκοῦν τὰ δέκα τῶν ὀκτὼ δυεῖν πλείω εἶναι — φοβοῖο ἂν λέγειν, ἀλλὰ μὴ* (sc. *πλείω εἶναι*) *πλήθει*. Praeterea sustulimus gravius etiam vitium, quo locus laborabat. Quod enim vulgo circumfertur *διὰ τούτου*, quis est quin de errore admonitus statim videat esse prorsus importunum? Conieci *διὰ τοῦτο*. Inspexi codicum lectiones. Coniecturam vidi ab optimis libris Mon. et Flor. β. firmari. Sic p. 609. E: *φήσομεν αὐτὸ δι' ἐκεῖνα ὑπὸ τῆς αὐτοῦ κακίας ἀπολωλέναι*, ubi vim praepositionis accusativo iunctae declaravimus. Argutias agit Schneiderus *διὰ* etiam cum genitivo copulatum caussam remotiorem significare posse contendens.

*οὐκ ἄρα πάνδεινον —*] Similiter Phaedon. p. 107. C., ubi v. Wyttenbach.

*εἴη κακῶν*] a malis nunc cum iniustitia coniunctis. Neque enim *κακῶν* pro masculino accipiendum.

E. *καὶ πρός γ' ἔτι τῷ ζωτικῷ ἄγρυπνον*] et praeterquam, quod vitalem faciat, etiam insomnem reddentem, utpote etiam noctu aliis insidiantem et mala intentantem. Horat. Epist. I. 2, 32: Ut iugulent homines, surgunt de nocte latrones. Sympos. p. 195. C: *νέος μὲν οὖν ἐστι· πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπαλός.* Theaet. p. 185. E: *καλός τε κἀγαθός· πρὸς δὲ τῷ καλῷ εὖ ἐποίησάς με κ. τ. λ.* Phaedr. p. 240. B. E. Phaedon. p. 106. C. Plurima huiusmodi exempla collegit Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 115. B. = p. 766. ed. Ox.

*οὕτω πόῤῥω που — ἐσκήνηται*] adeo longe — abest, ut afferat mortem. Notabis usum verbi metaphoricum.

καὶ τὸ οἰκεῖον κακὸν ἀποκτεῖναι καὶ ἀπολέσαι ψυ-
χήν, σχολῇ τό γε ἐπ' ἄλλου ὀλέθρῳ τεταγμένον κα-
κὸν ψυχὴν ἤ τι ἄλλο ἀπολεῖ, πλὴν ἐφ' ᾧ τέτακται.
Σχολῇ γ', ἔφη, ὥς γε τὸ εἰκός. Οὐκοῦν ὁπότε μηδ'
ὑφ' ἑνὸς ἀπόλλυται κακοῦ, μήτε οἰκείου μήτε ἀλλο-
611 τρίου, δῆλον ὅτι ἀνάγκη αὐτὸ ἀεὶ ὂν εἶναι· εἰ δ'
ἀεὶ ὄν, ἀθάνατον. Ἀνάγκη, ἔφη.

Cap. XI. Τοῦτο μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, οὕτως
ἐχέτω. εἰ δ' ἔχει, ἐννοεῖς, ὅτι ἀεὶ ἂν εἶεν αἱ αὐταί.
οὔτε γὰρ ἄν που ἐλάττους γένοιντο μηδεμιᾶς ἀπολ-
λυμένης, οὔτε αὖ πλείους· εἰ γὰρ ὁτιοῦν τῶν ἀθα-
νάτων πλέον γίγνοιτο, οἶσθ' ὅτι ἐκ τοῦ θνητοῦ ἂν
γίγνοιτο καὶ πάντα ἂν εἴη τελευτῶντα ἀθάνατα.
Ἀληθῆ λέγεις. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, μήτε τοῦτο οἰώ-
B μεθα, ὁ γὰρ λόγος οὐκ ἐάσει, μήτε γε αὖ τῇ ἀλη-
θεστάτῃ φύσει τοιοῦτον εἶναι ψυχήν, ὥςτε πολλῆς
ποικιλίας καὶ ἀνομοιότητός τε καὶ διαφορᾶς γέμειν

Cap. XI. P. 611. *εἰ δ' ἔχει*] V. *ἔχοι*, praeter fidem codicum.

B. *μήτε τοῦτο οἰώμεθα*] V. *οἰόμεθα*. Coniunctivum, quem desiderabat Steph., codd. omnes fere praebuerunt. Vat. m. a pr. m. *οἰόμεθα*.

*Οὔκουν εἰκός γε*] Flor. γ. *οὐκ οὖν*. Flor. x. *οὐκοῦν*. Ceteri omnes *οὔκουν*. Recte. Conf. libr. III. p. 398. C. VIII. p. 552.

*σχολῇ τό γε ἐπ' ἄλλου*] Lenius dictum pro nullo modo. Schol. *σχολῇ νῦν ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς*.

Cap. XI. P. 611. *ὅτι ἀεὶ ἂν εἶεν αἱ αὐταί*] Postquam animum docuit esse immortalem, quippe qui nec suo nec alieno malo pessumdetur; eundem etiam immutabilem esse probat et ab omni vicissitudinis inconstantia liberum atque immunem.

*ἀεὶ ἂν εἶεν αἱ αὐταί*] Locus memorabilis, unde Platonem intelligimus statuisse numerum animorum perpetuo manere eundem. Pythagoricum fortasse hoc placitum est, quod habet nescio quid coniunctionis cum animorum metempsychosi.

*οἶσθ' ὅτι ἐκ τοῦ θν.*] *Οἶσθ' ὅτι* est formula assensum exspectantis, Platoni magnopere frequentata, de qua dictum est ad Phaedon. p. 72. B. et Gorg. p. 486. A. Acuta tamen est Schleiermacheri suspicio, respici putantis ad Phaedon. p. 71 — 72. D.

B. *οἱ ἄλλοι ἀναγκάσειεν ἄν*] Verbum *ἀναγκάζειν* probandi et evincendi significatione positum illustravit Heindorf. ad Theaet. p. 153. C. §. 27. Quod *οἱ ἄλλοι λόγοι* pro immortalitate animorum expositi memorantur, respicitur manifesto ad disputationes in Phaedro ac Phaedone de hoc argumento institutas.



αὐτὸ πρὸς αὐτό. Πῶς λέγεις; ἔφη. Οὐ ῥᾴδιον, ἦν
δ' ἐγώ, ἀΐδιον εἶναι σύνθετόν τε ἐκ πολλῶν καὶ μὴ
τῇ καλλίστῃ κεχρημένον συνθέσει, ὡς νῦν ἡμῖν ἐφάνη
ἡ ψυχή. Οὔκουν εἰκός γε. Ὅτι μὲν τοίνυν ἀθά-
νατον ψυχή, καὶ ὁ ἄρτι λόγος καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκά-
σειαν ἄν· οἷον δ' ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ, οὐ λελωβημένον
δεῖ αὐτὸ θεάσασθαι ὑπό τε τῆς τοῦ σώματος κοι- C
νωνίας καὶ ἄλλων κακῶν, ὥςπερ νῦν ἡμεῖς θεώμε-
θα, ἀλλ' οἷόν ἐστι καθαρὸν γιγνόμενον, τοιοῦτον
ἱκανῶς λογισμῷ διαθεατέον, καὶ πολύ γε κάλλιον
circa aptissime additur οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων. Quippe ὑποζώματα navium dicti sunt funes, qui a prora ad puppim tanquam succingula quaedam extendebantur, quo naves firmius constringerentur, qui tormenta a Latinis vocantur, de quibus Isidor. Orig. 19, 4. 4. Tormentum funis in navibus longus, qui a prora ad puppim extenditur, quo magis constringantur. Tormenta autem a tortu dicta restes funesque. Vocabuli usum docte illustravit A. Boeckhius in opere: Urkunden über das Seewesen d. att. Staat. p. 133 — 138. pristinis confutatis erroribus. Itaque lucis illa columna (axis universi) eatenus cum istis tormentis vel funibus navalibus comparatur, quod vi sua omnem rerum universitatem constringat, licet ei non extrinsecus sit circumfusa, sed intus per medium mundum ab uno polo ad alterum extenta sit. Non inepte comparaveris Philolai ἑστίαν τοῦ παντός, quam ille etiam Διὸς οἶκον et βωμόν τε καὶ συνοχὴν καὶ μέτρον φύσεως atque Διὸς φυλακήν appellavit. v. Stob. Ecl. Phys. I. p. 488. coll. 452. ed. Heer. Plutarch. Placit. Phil. III. 11. Aristot. De coel. II. 12. Chalcid. in Tim. p. 219.

ἐκ δὲ τῶν ἄκρων —] Ex his ipsis vinculorum verticibus ad mediam lucis columnam (axem) colligatis aptus nexusque dicitur esse Necessitatis fusus, quo mundi sphaerae vertantur et agitentur. Similiter Parmenides finxit Necessitatem Ἀνάγκην vel Δίκην coeli habenas moderantem atque universi κυβερνήτην καὶ κληδοῦχον. v. Parm. Fragm. ap. Karsten. p. 42. v. 127. Stob. Eclogg. Phys. I. 23. p. 482 sqq. Plut. Placit. Phil. I. 25. et quae de hoc illius decreto disputavit Karsten. in Parm. Reliqq. p. 235 sqq. De vocabulo ἄτρακτος disseruit Lobeck. in Ῥηματικῷ p. 95. ann. 35. Locum hunc Platonis tractat Proclus in Tim. p. 284. 9. a fin. Theol. Platon. VI. 23. p. 405. Instructus autem ἄτρακτος est scapo et hamo (ἠλακάτῃ καὶ ἀγκίστρῳ) eoque adamantino, i. e. longe firmissimo. Nam ἀδάμας dicitur ferrum indomitum, durissimum. Sic dira Necessitas apud Horat. Carm. III. 24. 5: summis verticibus figit clavos adamantinos; ubi plura de hoc usu intpp.

D. τὸ μὲν σχῆμα οἵαπερ ἡ τοῦ ἐνθάδε·] figura qui-

ἐνθάδε· νοῆσαι δὲ δεῖ ἐξ ὧν ἔλεγε τοιόνδε αὐτὸν εἶναι, ὥςπερ ἂν εἰ ἐν ἑνὶ μεγάλῳ σφονδύλῳ κοίλῳ καὶ ἐξεγλυμμένῳ διαμπερὲς ἄλλος τοιοῦτος ἐλάττων ἐγκέοιτο ἁρμόττων, καθάπερ οἱ κάδοι οἱ εἰς ἀλλήλους ἁρμόττοντες· καὶ οὕτω δὴ τρίτον ἄλλον καὶ τέταρτον καὶ ἄλλους τέτταρας. ὀκτὼ γὰρ εἶναι τοὺς
E ξύμπαντας σφονδύλους, ἐν ἀλλήλοις ἐγκειμένους, κύκλους ἄνωθεν τὰ χείλη φαίνοντας, νῶτον συνεχὲς

D. *καθάπερ οἱ κάδοι*] Sic Par. A. Vat. Θ. Ven. Ξ. Vind. Vat. m. r. Flor. a. c. α. γ. Vulgo *κάδδοι*.

dem talem, qualis eius verticilii est, quo nos utimur.

*τοιόνδε αὐτὸν εἶναι — ἁρμόττοντες*] Verticillum ait cavum esse atque insertos habere alios minores verticillos apte inter se nexos atque iunctos, ita ut omnino numero sint octoni. Significantur octo orbes corporum coelestium, quae circa terram in medio rerum universitatis positam volvuntur, quorum extimus est summi coeli sive fixarum stellarum: vid. Timaeum p. 36. A—E. et quae ibi exposuimus. Ibid. p. 38. D. E. Legg. VII. p. 821. sqq. Itaque extimus verticillus est stellarum inerrantium, quo inclusi tenentur verticilli sive orbes Saturni, Jovis, Martis, Mercurii, Veneris, Solis et Lunae. Ista vero verticillorum sibi invicem insertorum convenientia ultro nos admonet Parmenidis *στεφάνας περιπεπλεγμένας ἐπαλλήλους*, de quibus v. Stobaeus Eclogg. Phys. I. p. 482. ed. Heer.

*κύκλους ἄνωθεν τὰ χείλη φ.*] H. e. *ὡς κύκλους*, labia sua margines zonarum latitudines tanquam circulos ostentantes superne vel desuper, nempe si quis eos desuper spectet. Fuit enim Er eductus in celsiores lucis regiones.

*νῶτον συνεχὲς — ἠλακάτην*] unius verticilli tergum continuum efficientes circa hamum, sc. fusi Necessitatis. Nimirum zona zonae iuncta apparet, ut unum efficiatur tergum continuum. Dixit de his Plutarch. Symposiac. IX. p. 745. F. locum respexit Themist. Orat. XXXII. p. 356. B. C. Ceterum *νῶτον* coelo tribuitur etiam in Phaedro p. 247. C. *ἔστησαν ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ*.

E. *διὰ μέσου τοῦ ὀγδόου δ. ἐλ.*] scapum penitus per medium octavum (h. e. Lunam) esse adactum; die Stange sei durch den achten mitten hindurch getrieben, quo firmius scilicet omnes denique contineantur, ita ut, ubi spectentur superne, unum tanquam tergum efficere videantur. Terrae quod hic nulla mentio iniecta est, meminisse debemus, eam in medio universo fixam stare neque in modum sphaerarum agitari. conf. Tim. p. 40. B. ibique annot. nostram.

*τὸν μὲν οὖν πρῶτόν τε — τοῦ δευτέρου.*] Ex coloribus deinde singulis orbibus attributis perspicuum fit, quo ordine illi collocati fingantur. Nam quod *τοῦ μεγίστου* orbis *ποικίλος* vocatur nihil melius potest in coeli extimi fixarum stellarum varietate distincti naturam convenire. Septimus au-



ἑνὸς σφονδύλου ἀπεργαζομένους περὶ τὴν ἠλακάτην· ἐκείνην δὲ διὰ μέσου τοῦ ὀγδόου διαμπερές ἐληλάσθαι. τὸν μὲν οὖν πρῶτόν τε καὶ ἐξωτάτω σφόνδυλον πλατύτατον τὸν τοῦ χείλους κύκλον ἔχειν, τὸν δὲ τοῦ ἕκτου δεύτερον, τρίτον δὲ τὸν τοῦ τετάρτου, τέταρτον δὲ τὸν τοῦ ὀγδόου, πέμπτον δὲ τὸν τοῦ ἑβδόμου, ἕκτον δὲ τὸν τοῦ πέμπτου, ἕβδομον δὲ τὸν

E. *ἕκτον δὲ τὸν τοῦ πέμπτου*] *τοῦ δευτέρου* Vat. Θ. Mon. Flor. β. Vat. r. et pr. Par. D. cum edit. Bas. 2.

tem quod vocatur *λαμπρότατος*, cogitandum est de Sole. A quo quidem octavus colorem vel lucem suam recipere dicitur, ut apertum sit hic Lunam significari. Iam vero secundus et quintus quod vocantur colore inter se similes, illis flaviores, Saturni et Mercurii fit indicium, quorum alter *Φαίνων*, alter *Στίλβων* appellatus est. v. Aristot. De mundo II. 8. Cicer. De nat. deor. II. 20., ubi conf. intpp. Plutarch. Moral. p. 1029. B. Tertius porro, cui color candidissimus adscribitur, aperte intelligitur Iupiter, cuius stella ideo *φαέθων* est dicta, utpote luce candidissima radians. v. intpp. ad Cicer. l. c. Iam vero orbis quartus, isque subrubicundus, Martis est, qui ideo audiit *ὁ πυρόεις*, de quo praeter Cicer. l. c. conf. Lydus De mensibus Cap. V. p. 18. Plotin. p. 140. A. Denique sextus orbis, qui dicitur *δεύτερον λευκότητι χρῶμα* referre, non alius est nisi Veneris, Graece *φωσφόρος*, Latine Lucifer appellatus, de quo rursus Cicer. l. c. coll. Platon. Epinom. p. 987. B. Tim. Locr. p. 96. E. 97. A. et Plat. Tim. p. 38. D. Itaque dubitari non potest, quin ordo sphaerarum coelestium hic idem sit qui in Timaeo est significatus, ut errasse censendi sint qui Platonem hoc loco putarunt alia statuisse. Atque cum hac ratione prorsus conveniunt etiam ea, quae deinde de celeritate et motu orbium exponuntur. Nam quod interiores septem circuli contrario motu atque extimus circulus circumverti dicuntur, de coeli fixarum stellarum motu ceteris orbibus contrario perspicue explicatum est etiam in Timaeo p. 35. A. sqq. imprimis p. 36. B. Epin. p. 612. Luna porro (*ὁ ὄγδοος*) quod celerrime dicitur ferri, pertinet hoc eo, quod illa cursum suum brevissimo temporis spatio conficere visa est. Praeterea sol, Venus et Mercurius etiam Tim. p. 38. D. celeritatis nomine consociantur, de quo decreto conf. etiam Timaeus Locr. p. 96. E., ubi Venus et Mercurius *ἰσόδρομοι ἀελίῳ* vocantur, nimirum quia Mercurius a Sole non longius unius signi intervallo abire putabatur, nec Venus duorum signorum intervallo remotius illinc discedere. v. Cicer. De nat. deor. II. 20. coll. Macrob. in Somn. Scip. II. 4. Iam vero quod tertius celeritatis locus Marti, quartus autem Iovi et Mercurio tribuitur, istud quoque egregie concordat cum Timaeo p. 36. B. C. D. E., ubi v. explicatt. Quanquam ibi minus definite ea de re explicatum est. Itaque in his nihil quidquam reperitur, quod non probabilem explicatio-

τοῦ τρίτου, ὄγδοον δὲ τὸν τοῦ δευτέρου. καὶ τὸν μὲν τοῦ μεγίστου ποικίλον, τὸν δὲ τοῦ ἑβδόμου λαμπρότατον, τὸν δὲ τοῦ ὀγδόου τὸ χρῶμα ἀπὸ τοῦ
617 ἑβδόμου ἔχειν προςλάμποντος, τὸν δὲ τοῦ δευτέρου καὶ πέμπτου παραπλήσια ἀλλήλοις, ξανθότερα ἐκείνων, τρίτον δὲ λευκότατον χρῶμα ἔχειν, τέταρτον δὲ ὑπέρυθρον, δεύτερον δὲ λευκότητι τὸν ἕκτον. κυκλεῖσθαι δὲ δὴ στρεφόμενον τὸν ἄτρακτον ὅλον μὲν τὴν αὐτὴν φοράν· ἐν δὲ τῷ ὅλῳ περιφερομένῳ τοὺς μὲν ἐντὸς ἑπτὰ κύκλους τὴν ἐναντίαν τῷ ὅλῳ ἠρέμα

P. 617. *τὸν ἕκτον*] Verbum *ὑπερβάλλει* vulgo post *τὸν ἕκτον* additum om. Par. ADK. Vat. Θ. Vind. Mon. Angel. Vat. r. Flor. a. c. x. α. Reiecerunt illud Turr. Deinde pro *δή* vett. editt. *δεῖ*, quod ex libris non paucis emendatum.

B. *τρίτον δὲ φορᾷ*] V. *τὸν τρίτον δὲ φ.*, quod e Mon. Flor. β. emendatum. Adhaesit nimirum *τὸν* per ultimam syllabam vocabuli proxime antegressi; quo extruso demum loco sua constat perspicuitas. Itaque nos quidem neutiquam assentimur Schneidero articulum inde defendenti, quod subinde etiam praedicato adiungitur. Tenuerunt tamen illum etiam Turr. et Hermann.

nem habeat, dummodo Platonem statuamus in iis exornandis eadem de rerum universitate decreta sequutum esse, quae ab eo in Timaeo explicata sunt. Una tamen restat loci difficultas. Quaeritur enim, quorsum ea pertineant, quae de circulorum divinorum labiis eorumque magnitudine vel potius latitudine exponuntur, quandoquidem orbi extimo margo latissimus, sexto sive Veneri amplitudine secundus, tertius Marti, quartus Lunae, quintus Soli, sextus Mercurio, septimus Iovi, octavus Saturno assignatur. Ista vero fatendum est Cimmeriis tenebris obtecta videri, necdum a quoquam satis sunt dilucidata. Contulisse tamen iuvabit quae de iis exposuerunt Schaubach Gesch. der gr. Astronom. p. 406. Fries Gesch. d. Philos. T. I. p. 334. Schleiermacher. Germ. Interp. p. 622 sq. Hier. Müller. ad Vers. Germ. p. 762 sq. Omnino autem Plato videtur sphaerarum zonam qualis sensibus appareret vel secundum rationem Pythagoricam quandam definire voluisse.

P. 617. B. *στρέφεσθαι δὲ αὐτὸν* —] Int. *τὸν ἄτρακτον*.

*τῶν κύκλων αὐτοῦ*] sc. *τοῦ ἀτράκτου*, a fuso effectis vel inde suspensis.

*βεβηκέναι Σειρῆνα*] Singulis orbibus coelestibus singulae adduntur Sirenes, quarum unaquaeque unum tonum emittit, ut ex octo vocibus una efficiatur harmonia. Nimirum cogitandum est de octachordo Pythagorico, de cuius rationibus explicavimus in Commentariis ad Timaeum p. 35. A. sqq. = p. 141 sqq. ed. Goth. Huic enim illi cantum sphaerarum comparaverunt. conf. Cicer. De nat. deor. I. 33. Audias Macrob. in Somn. Scipion. II. 3. „Hinc Plato in republica sua, quum de sphaerarum coelestium volubilitate tractaret, singulas ait singulis orbibus insidere, significans sphaerarum motu cantum numinibus exhiberi, nam *Siren dea canens* Graeco intellectu valet.“ Haec autem interpretatio si vera est, patet non esse *ἀνὰ τόνον* aut *διάτονον* scribendum, sed legendum potius *ἕνα τόνον*, quod tuetur etiam Proclus in Polit. p. 367. v. 15. in Timaeum p. 259. v. 27. Plutarch. De Anim. Procreat. p. 1029. C. Nimirum additum *ἕνα τόνον* per epexegesin est praecedenti *φωνὴν μίαν*. Nam quod Hermannus contendit *ἀνὰ τόνον* distributive esse accipiendum, vereor ne id linguae consuetudini adversetur, quae huic praepositionis usui apud numeralia tantum locum concessit. Itaque saltem *ἀν' ἕνα τόνον* scribendum fuit. Ceterum cavendum est, *ἁρμονίας* nomine ne in fraudem inducamur. Quippe harmonia veteribus musicis non fuit concentus vocum disparium certa quadam sonorum lege simul sonantium: qualem nos hodie fere intelligimus, quem illi concentum potius symphoniae nomine insignivisse reperiuntur; sed voluerunt eam esse aptam concinnamque variorum sonorum consecutionem secundum tonorum genera ex artis lege compositam, qualis in melodia, quam hodie dicimus, cernitur. Nec vero harmonia confundenda est cum homophonia vel homotonia, sicuti a nonnullis in hoc loco interpretando factum est. Diximus de his rebus in Commentatione, cui titulum fecimus: Musica ex Platone, edita Lipsiae 1846. 4. p. 24 sqq. Itaque sphaerarum cantus in eo positus esse putari debet, quod dum corpora mundana orbibus suis volvuntur, ordine deinceps soni octachordi exaudiuntur vel emittuntur, quippe quum mathematicae rationes motus illorum cum mathematicis sonorum octachordo comprehensorum rationibus planissime conveniant. Dilucide rem ex-



περιφέρεσθαι, αὐτῶν δὲ τούτων τάχιστα μὲν ἰέναι τὸν ὄγδοον, δευτέρους δὲ καὶ ἅμα ἀλλήλοις τόν τε B
ἕβδομον καὶ ἕκτον καὶ πέμπτον· τρίτον δὲ φορᾷ ἰέναι, ὡς σφίσι φαίνεσθαι, ἐπανακυκλούμενον τὸν τέταρτον· τέταρτον δὲ τὸν τρίτον καὶ πέμπτον τὸν δεύτερον. στρέφεσθαι δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς τῆς Ἀνάγκης γόνασιν. ἐπὶ δὲ τῶν κύκλων αὐτοῦ ἄνωθεν ἐφ' ἑκάστου βεβηκέναι Σειρῆνα συμπεριφερομένην, φωνὴν μίαν ἱεῖσαν, ἕνα τόνον· ἐκ πασῶν δὲ ὀκτὼ οὐσῶν μίαν ἁρμονίαν ξυμφωνεῖν. ἄλλας δὲ καθημένας πέ-

*φωνὴν μίαν ἱεῖσαν, ἕνα τόνον*] Sic Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. γ. et marg. Flor. x. cum Proclo in Polit. p. 357, 5. in Tim. p. 259, 27. Plutarcho de anim. procreat. p. 1029. C. Ficinus: vocem unam, tonum unum videlicet, emittentem. Vulgo *ἀνάτονον*. Non pauci libri *ἀνὰ τόνον*, quod etiam in *ἀνάτονον* latere videtur.

C ριξ δι' ἴσου τρεῖς, ἐν θρόνῳ ἑκάστην, θυγατέρας
τῆς Ἀνάγκης, Μοίρας, λευχειμονούσας, στέμματα
ἐπὶ τῶν κεφαλῶν ἐχούσας, Λάχεσίν τε καὶ Κλωθὼ
καὶ Ἄτροπον, ὑμνεῖν πρὸς τὴν τῶν Σειρήνων ἁρ-
μονίαν, Λάχεσιν μὲν τὰ γεγονότα, Κλωθὼ δὲ τὰ
ὄντα, Ἄτροπον δὲ τὰ μέλλοντα. καὶ τὴν μὲν Κλω-
θὼ τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἐφαπτομένην συνεπιστρέφειν τοῦ
ἀτράκτου τὴν ἔξω περιφοράν, διαλείπουσαν χρόνον,
τὴν δὲ Ἄτροπον τῇ ἀριστερᾷ τὰς ἐντὸς αὖ ὡσαύ-
D τως· τὴν δὲ Λάχεσιν ἐν μέρει ἑκατέρας ἑκατέρᾳ τῇ
χειρὶ ἐφάπτεσθαι. Cap. XV. Σφᾶς οὖν, ἐπειδὴ
ἀφικέσθαι, εὐθὺς δεῖν ἰέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν. προ-
φήτην οὖν τινα σφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διαστῆ-
σαι, ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς Λαχέσεως γονάτων

C. *Κλωθὼ δὲ τὰ ὄντα*] Monac. *τὰ παρόντα* ac deinde *γεγονότα* pro *μέλλοντα*. Proxima *καὶ τὴν μ. Κλωθὼ* scribit sic: *Κλωθὼ δὲ τῇ δ. χ.*

Cap. XV. E. *ὁπόστος εἰλήχειν*] V. *εἴληφε*. Contra *εἴ-*

posuit Censorinus De die natali cap. XIII. p. 57 sqq. ed. Havercamp. Quanquam iudice Pythagora dulcissima illa melodia, quam astra concinunt, a mortalibus non percipitur propter vocis magnitudinem, quam capere aurium nostrarum angustiae non possunt. De Sirenibus globis coelestibus a Platone impositis disputat Proclus ad Cratylum p. 93. ed. Boisson. et in Fragmento Commentarii *εἰς τὸν ἐν πολιτείᾳ μῦθον* ab Angelo Maio in Auctoribus Classicis ex codd. Vaticanis editt. Romae 1828. Vol. I. publicato, quod Osannus typis repeti iussit in Zimmermanni Diario: Zeitschrift f. Alterthumswiss. Vol. IX. ann. 1842. p. 602 sqq. Tractarunt locum etiam Plutarch. Sympos. IX. 14. p. 745. D. et Heraclid. Pont. De Alleg. Homer. p. 44. ed. Schow.

C. *Μοίρας, λευχειμονούσας*] Parcae, aequalibus inter se spatiis distantes, sphaerarum harmoniae ita accinunt, ut una praesentia, altera praeterita, tertia futura tempora canat. Magnifica profecto haec imago est, cuius sublimitatem nemo non sentiat. Ceterum haec quoque respexit Plutarchus De Fat. p. 568. D. E. Sympos. IX. p. 745. F., ut iam Ast. annotavit. Addimus Proclum Theol. Plat. VI. 13. 23. p. 407. extr. sq. p. 409. Aristot. De mundo VII. 7. Stob. Ecl. I. 23. Lyd. De mensib. p. 107.

Cap. XV. D. *προφήτην οὖν τινα σφᾶς — πρ.*] Proclus in Alcibiad. I. p. 143. ed. Creuzer.: *Καὶ γὰρ οἱ θεοὶ τοὺς βίους ταῖς ψυχαῖς προτείνουσι, καὶ ἑλομέναις ἀποπληροῦσι τὰ πρέποντα τοῖς βίοις· καὶ οὕτω μὲν δὴ τὸ αὐτεξούσιον ἐν μέσῃ τῇ προνοίᾳ περιέχεται καὶ κινούμενον καὶ ὁριζόμενον ἐκεῖθεν καὶ τῷ μέσῳ στρεφόμενον. καὶ ταῦτα*



κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπί
τι βῆμα ὑψηλὸν εἰπεῖν· Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης
Λαχέσεως λόγος. Ψυχαὶ ἐφήμεροι, ἀρχὴ ἄλλης πε-
ριόδου θνητοῦ γένους θανατηφόρου. οὐχ ὑμᾶς δαί- E
μων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. πρῶ-
τος δ' ὁ λαχὼν πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ συνέσται
ἐξ ἀνάγκης. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτι-
μάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει. αἰτία
ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος. Ταῦτα εἰπόντα ῥῖψαι ἐπὶ
πάντας τοὺς κλήρους, τὸν δὲ παρ' αὑτὸν πεσόντα
ἕκαστον ἀναιρεῖσθαι, πλὴν οὗ· ἓ δὲ οὐκ ἐᾶν. τῷ
δὲ ἀνελομένῳ δῆλον εἶναι, ὁπόστος εἰλήχειν. μετὰ δὲ 618
τοῦτο αὖθις τὰ τῶν βίων παραδείγματα εἰς τὸ πρό-
σθεν σφῶν θεῖναι ἐπὶ τὴν γῆν, πολὺ πλείω τῶν

*ληχε* Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. γ. Bekkerus Schneid. Turr. Hermann. ex Par. A. *εἰλήχειν*. Verissime. Nam plusquamperfectum unice aptum. De tertia persona in *ειν* terminata v. Matthiae Gr. §. 198. 4. et qui ibi laudantur.

*μὲν σαφῶς ἐν Πολιτείᾳ γέγραπται. καὶ γὰρ ἐκεῖ προτείνει ταῖς ψυχαῖς κ. τ. λ.* Idem argumentum ad h. l. attigit Schleiermach.

*Ψυχαὶ ἐφήμεροι*] De voc. *ἐφήμεροι* v. Beckium ad Aristoph. Avv. v. 685. Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 22 sq. De proximis conf. Phaedon. p. 107. D: *λέγεται δὲ οὕτως, ὡς ἄρα τελευτήσαντα ἕκαστον ὁ ἑκάστου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ κ. τ. λ.*, ubi vid. intpp. Ceterum hunc locum laudat et interpretatur Olympiodor. ad Alcibiad. I. p. 45. ed. Creuz. Adde, quos laudavit Astius, Plotin. Ennead. III, 4, 3. Clem. Al. Strom. I. p. 271, 311. II, 393. IV, 535. V, 613. B. VII. 705. 711. ed. Sylb. T. II. p. 731. ed. Potter. Theodoret. Therap. VI. p. 572. Porphyr. ap. Stob. Eclogg. Eth. p. II. p. 366 sq. ed. Heer.

E. *πρῶτος δ' ὁ λαχὼν —*] h. e. cui priori sors obtigerit, prior eligat vitam. P. 620. D. *τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ᾑρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον.*

*ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον*] domini nescia, libera nec cuiusquam propria, ut a quoque eligi, nemini eripi possit. Nobilissima sententia, quam explicat Plutarch. in Sympos. IX, 5. Multi praeterea obiter tetigerunt, de quibus v. Astium ad h. l. Idem valet de proximis verbis: *αἰτία ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος*, quae quantopere a scriptoribus posterioris aetatis celebrata sint, docebit Astius ad h. l. et Elmenhorst. ad Arnob. contra gentes II. p. 60. Ceterum compara Tim. p. 42. D: *διαθεσμοθετήσας αὐτοῖς πάντα ταῦτα, ἵνα τῆς ἔπειτα ἑκάστων κακίας εἴη ἀναίτιος.*

P. 618. *πολὺ πλείω τῶν παρόντων*] multo plura quam

παρόντων. εἶναι δὲ παντοδαπά· ζώων τε γὰρ πάν-
των βίους καὶ δὴ καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους ἅπαντας.
τυραννίδας τε γὰρ ἐν αὐτοῖς εἶναι, τὰς μὲν διατε-
λεῖς, τὰς δὲ καὶ μεταξὺ διαφθειρομένας καὶ εἰς πε-
νίας τε καὶ φυγὰς καὶ εἰς πτωχείας τελευτώσας· εἶ-
ναι δὲ καὶ δοκίμων ἀνδρῶν βίους, τοὺς μὲν ἐπὶ εἴ-
B δεσι καὶ κατὰ κάλλη καὶ τὴν ἄλλην ἰσχύν τε καὶ
ἀγωνίαν, τοὺς δ' ἐπὶ γένεσι καὶ προγόνων ἀρεταῖς,
καὶ ἀδοκίμων κατὰ ταὐτά· ὡσαύτως δὲ καὶ γυναι-
κῶν· ψυχῆς δὲ τάξιν οὐκ ἐνεῖναι διὰ τὸ ἀναγκαίως
ἔχειν ἄλλον ἑλομένην βίον ἀλλοίαν γίγνεσθαι· τὰ δ'
ἄλλα ἀλλήλοις τε καὶ πλούτοις καὶ πενίαις, τὰ δὲ
νόσοις, τὰ δὲ ὑγιείαις μεμῖχθαι, τὰ δὲ καὶ μεσοῦν
τούτων. ἔνθα δή, ὡς ἔοικεν, ὦ φίλε Γλαύκων, ὁ
πᾶς κίνδυνος ἀνθρώπῳ, καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα ἐπι-

P. 618. B. *καὶ ἀδοκίμων κατὰ τ.*] V. *εὐδοκίμων*, quod ex Par. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. *α*. *γ*. emendatum. Astius mavult: *καὶ αὖ ἀδοκίμων*. Ficinus: ignobiliumque rursus virorum vitas similiter.

*μεσοῦν τούτων*] Sic Par. A. Vind. Vat. m. Flor. a. c. Vulgat. *μέσον* mutavit Bekker.

numerus esset eorum, qui tum affuissent.

*εἰς πενίας τε καὶ φυγάς —*] Eodem modo deinde numero plurali *πλοῦτοι καὶ πενίαι*, *νόσοι* et *ὑγιεῖαι*. Euthyphr. p. 12. B: *καὶ νόσους καὶ πενίας καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα*. Protagor. p. 353. D: *νόσους τε ποιεῖ καὶ πενίας*. De his dictum ad Criton. p. 46. C.

*ἐπὶ εἴδεσι*] propter corporis speciem.

*καὶ τὴν ἄλλην ἰσχύν τε καὶ ἀγ.*] ac praeterea virium et certandi facultatem. Usum voc. *ἄλλος* ad Apol. Socr. p. 78. Gorg. p. 473. C. p. 480. D. et supra L. III. p. 404. B. notavimus. Cf. Heindorf. ad Gorg. p. 91. ad Phaedon. p. 234. Boeckh. in Min. et Legg. p. 146. Hermann. ad Sophocl. Philoct. v. 38. Fritzsch. Quaest. Luciann. p. 54 sqq.

B. *τὰ δ' ἄλλα ἀλλήλοις τε — μεμῖχθαι*] cetera autem temperata fuisse partim tam semet ipsis mutuo quam opulentia et paupertate, partim morbis, partim sanitate. Nam post *τὰ δ' ἄλλα* apparet reticeri *τὰ μέν*, de quo loquendi genere v. ad Protagor. p. 330. A. coll. De Rep. V. p. 451. E. Sed locus manifesto labem suscepit. Nam istud: *ἀλλήλοις τε καὶ πλούτοις κ. τ. λ.* utique ineptum est et absurdum. Itaque haud scimus, an verum perviderit Dobraeus Adversarr. Vol. I. p. I. p. 157. pro *ἀλλήλοις* requirens *ἄλλοις*. Nimirum isto pacto *ἄλλοις τε* praemissum est perinde ac si deinde scriptum legeretur: *καὶ πενίαις καὶ νόσοις καὶ ὑγιείαις*, non interposito *τὰ δὲ — τὰ δέ*. Sed quid rei sit, viderint sapientes.

*τὰ δὲ καὶ μεσοῦν τούτων*] nonnulla etiam medium inter ista tenere. *Μεσοῦν* intransitive positum ad Sympos. p. 175. C. ed. 3. illustravimus. Genitivi usum attigit Matth. Gr. §. 354. *η*.

*ὁ πᾶς κίνδυνος ἀνθρώπῳ*] Idem usus articuli est Gorg. p. 470. E: *ἐν τούτῳ ἡ πᾶσα εὐδαιμονία ἐστίν*.



μελητέον, ὅπως ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἄλλων μαθημά- C
των ἀμελήσας τούτου τοῦ μαθήματος καὶ ζητητὴς
καὶ μαθητὴς ἔσται, ἐάν ποθεν οἷός τ' ᾖ μαθεῖν
καὶ ἐξευρεῖν, τίς αὐτὸν ποιήσει δυνατὸν καὶ ἐπιστή-
μονα, βίον καὶ χρηστὸν καὶ πονηρὸν διαγιγνώσκοντα,
τὸν βελτίω ἐκ τῶν δυνατῶν ἀεὶ πανταχοῦ αἱρεῖσθαι,
ἀναλογιζόμενον πάντα τὰ νῦν δὴ ῥηθέντα καὶ ξυν-
τιθέμενα ἀλλήλοις καὶ διαιρούμενα πρὸς ἀρετὴν βίου
πῶς ἔχει, καὶ εἰδέναι, τί κάλλος πενίᾳ ἢ πλούτῳ
κραθὲν καὶ μετὰ ποίας τινὸς ψυχῆς ἕξεως κακὸν ἢ D
ἀγαθὸν ἐργάζεται, καὶ τί εὐγένειαι καὶ δυςγένειαι
καὶ ἰδιωτεῖαι καὶ ἀρχαὶ καὶ ἰσχύες καὶ ἀσθένειαι καὶ
εὐμάθειαι καὶ δυςμάθειαι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν
φύσει περὶ ψυχὴν ὄντων καὶ τῶν ἐπικτήτων τί ξυγ-
κεραννύμενα πρὸς ἄλληλα ἐργάζεται, ὥςτε ἐξ ἁπάν-

C. *καὶ εἰδέναι, τί κάλλος*] *καὶ* om. Par. A. Vind. Ang. Vat. m. Flor. a. c. x. *γ*. Hic vero si abest vocula, eadem certe cum Herm. ante *ἀναλογιζόμενον* erit de coniectura interponenda. Mox Flor. *β*. x. Mon. pro vulg. *εὐμαθίαι* et *δέ* recte *εὐμάθειαι καὶ δυςμάθειαι*.

C. *τούτου τοῦ μαθήματος — ἐάν ποθεν —*] Illud *τούτου τοῦ μαθήματος* explicatur verbis *ἐάν ποθεν οἷός τ' ᾖ κ. τ. λ.* De coniunctis vv. *μαθητὴς καὶ ζητητής* et *μαθεῖν καὶ ἐξευρεῖν* v. ad Alcib. I. p. 112. D. et p. 106. Cratyl. p. 438. A. et praeterea chiasmum notabis. Sententia haec est: ut ceteris disciplinis neglectis hanc scientiam investiget ac discat, num alicunde possit aliquem cognoscere et invenire, qui ipsum idoneum reddat ac sapientem, quo et bonam atque pravam vitam bene discernat et meliorem ex omnibus quaecunque eligi possint ubique eligat. In his *τίς* positum pro *ὅστις*, ut apud Xenoph. Cyrop. I, 2, 10. et alibi. Astius in edit. tert. *ὅ τι* coniecit.

*καὶ εἰδέναι, τί κάλλος —*] Hic quoque infinitivus cohaeret cum *αὐτὸν ποιήσει δυνατὸν καὶ ἐπιστήμονα*. Deinde rursus adverte numerum pluralem nominum abstractorum.

D. *τί ξυγκεραννύμενα —*] Pronomen interrogandi post hanc

των αὐτῶν δυνατὸν εἶναι συλλογισάμενον αἱρεῖσθαι, πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἀποβλέποντα, τόν τε χείρω
E καὶ τὸν ἀμείνω βίον, χείρω μὲν καλοῦντα, ὃς αὐτὴν ἐκεῖσε ἄξει, εἰς τὸ ἀδικωτέραν γίγνεσθαι, ἀμείνω δέ, ὅςτις εἰς τὸ δικαιοτέραν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα χαίρειν ἐᾶν· ἑωράκαμεν γάρ, ὅτι ζῶντί τε καὶ τελευτήσαντι
619 αὕτη κρατίστη αἵρεσις. ἀδαμαντίνως δὴ δεῖ ταύτην τὴν δόξαν ἔχοντα εἰς Ἅιδου ἰέναι, ὅπως ἂν ᾖ καὶ ἐκεῖ ἀνέκπληκτος ὑπὸ πλούτων τε καὶ τῶν τοιούτων κακῶν, καὶ μὴ ἐμπεσὼν εἰς τυραννίδας καὶ ἄλλας τοιαύτας πράξεις πολλὰ μὲν ἐργάσηται καὶ ἀνήκεστα κακά, ἔτι δὲ αὐτὸς μείζω πάθῃ, ἀλλὰ γνῷ τὸν μέσον ἀεὶ τῶν τοιούτων βίον αἱρεῖσθαι καὶ φεύγειν τὰ ὑπερβάλλοντα ἑκατέρωσε καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ ἐν παντὶ τῷ ἔπειτα· οὕτω γὰρ εὐ-
B δαιμονέστατος γίγνεται ἄνθρωπος. Cap. XVI. Καὶ

E. *χαίρειν ἐᾶν*] Par. ADK. Vind. Vat. δm. Mon. Florentini omnes *ἐάσει* quod Turr et Schn.. receperunt. *ἐάσειν* Vat. Θr.
P. 619. *ἀδαμαντίνως δὴ δεῖ*] V. *δεῖ δή*, quod ex Par. A. Vat. Θ. aliisque mutatum.

plurium rerum enumerationem iteratum notari, non expungi debuit.

E. *χαίρειν ἐᾶν*] Pendent haec ex superiore *δυνατὸν εἶναι*. Codices plurimi quod habent *ἐάσει*, receptum a recentioribus editoribus, ortum est per negligentiam, accommodatumque temere interiecto *ἄξει*: ex quo profecto non debuit defendi.

P. 619. *ἀδαμαντίνως δὴ δεῖ* —] Usum voc. *ἀδαμαντίνως*, h. e. firmiter, tenacissime, notavit Wyttenbach. ad Phaed. p. 161. 172. Mox ad *ὅπως ἂν ᾖ* intelligendum apud animum *τις*, cuius notio continetur iam verbis praecedentibus: *δεῖ — ἔχοντα — ἰέναι*. cf. ad libr. VI. p. 506. C. X. p. 611 C. Nec ab usu abhorret, quod deinde infertur *αὐτός*, de quo cf. VI. p. 503. D. Gorg. p. 469. C. ibique annot.

*φεύγειν τὰ ὑπερβάλλοντα*] Nam mediocritas sola vitam beatam efficit. Ad sententiam cf. intpp. ad Horat. Carm. II, 10, 5.

B. *γίγνεται ἄνθρωπος*] Cave *ὁ ἄνθρωπος* requiras. Libr. X. p. 603. C: *ἐν ἅπασι τούτοις ὁμονοητικῶς ἄνθρωπος διάκειται.* Ibid. p. 618. B: *ὁ πᾶς κίνδυνος ἀνθρώπῳ*. Protagor. p. 321. E: *τὴν τῆς Ἀθηνᾶς δίδωσιν ἀνθρώπῳ*. Ibid. p. 322. C: *δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις*: ubi quis erit tam temerarius, ut articulum inferciendum arbitretur? Videlicet est hoc nomen in numero eorum, quae de genere universo posita articulum modo additum habent, modo aspernantur. Vide quae scripsimus



δὴ οὖν καὶ τότε ὁ ἐκεῖθεν ἄγγελος ἤγγελλε τὸν μὲν προφήτην οὕτως εἰπεῖν· „Καὶ τελευταίῳ ἐπιόντι, ξὺν νῷ ἑλομένῳ, συντόνως ζῶντι, κεῖται βίος ἀγαπητός, οὐ κακός. μήτε ὁ ἄρχων αἱρέσεως ἀμελείτω, μήτε ὁ τελευτῶν ἀθυμείτω.“ εἰπόντος δὲ ταῦτα τὸν πρῶτον λαχόντα ἔφη εὐθὺς ἐπιόντα τὴν μεγίστην τυραννίδα ἑλέσθαι, καὶ ὑπὸ ἀφροσύνης τε καὶ λαιμαργίας οὐ πάντα ἱκανῶς ἀνασκεψάμενον ἑλέσθαι, ἀλλ' αὐτὸν C
λαθεῖν ἐνοῦσαν εἱμαρμένην παίδων αὑτοῦ βρώσεις καὶ ἄλλα κακά· ἐπειδὴ δὲ κατὰ σχολὴν σκέψασθαι, κόπτεσθαί τε καὶ ὀδύρεσθαι τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἐμμένοντα τοῖς προῤῥηθεῖσιν ὑπὸ τοῦ προφήτου· οὐ γὰρ ἑαυτὸν αἰτιᾶσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ τύχην τε καὶ δαίμονας καὶ πάντα μᾶλλον ἀνθ' ἑαυτοῦ. εἶναι δὲ αὐτὸν τῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡκόντων, ἐν τεταγμένῃ πολιτείᾳ ἐν τῷ προτέρῳ βίῳ βεβιωκότα, ἔθει ἄνευ

Cap. XVI. C. *κατὰ σχολὴν σκέψασθαι*] *σκέψαιτο* Mon. Flor. β. *σκέπταιτο* Par. Sed recte habet infinitivus post *ἐπειδή* in obliqua oratione positus. v. p. 617. D. p. 614. A.

ad Criton. p. 51. A. et ad Protag. p. 355. A.

Cap. XVI. *συντόνως ζῶντι*] h. e. enixe si studeat vitae meliori.

*καὶ ὑπὸ ἀφροσύνης — ἑλέσθαι*] Interpretantur haec verba proxime praecedentia: *εὐθὺς ἐπιόντα τὴν μεγίστην τυραννίδα ἑλέσθαι.* Erunt tamen qui *καὶ* ante *ὑπὸ ἀφροσύνης* et alterum istud *ἑλέσθαι* abesse malint. Quanquam in hac sententiae epexegesi verbi *ἑλέσθαι* iteratio sanequam est excusabilis. Deinde ante *ἐνοῦσαν εἱμαρμένην* non opus est articulo, siquidem *εἱμαρμένη* dicitur generatim ac praedicati loco habendum est, cui accommodatum est participium *ἐνοῦσαν*. Est enim sententia haec: *ἀλλ' αὐτὸν λαθεῖν βρώσεις παίδων αὑτοῦ καὶ ἄλλα κακὰ ἐνόντα* (*ὡς*) *εἱμαρμένην*.

C. *οὐκ ἐμμένοντα τοῖς προῤῥηθεῖσιν*] Dictionem illustravimus ad Criton. p. 50. C: *ἦ καὶ ταῦτα ὡμολόγητο — ἢ ἐμμένειν ταῖς δίκαις αἷς ἂν ἡ πόλις δικάζῃ.*

*πάντα μᾶλλον ἀνθ' ἑαυτοῦ*] h. e. ἢ *ἑαυτόν*.

*ἔθει ἄνευ φιλοσοφίας* —] qui sola consuetudine ac sine philosophia ad virtutem pervenisset. De gradibus virtutis quid Plato senserit, paucis exposuimus ad Phaedon. p. 68. B. C. sqq. ed. III. Cogitandum hic de virtute *πολιτικῇ* s. *δημοτικῇ*, de qua cf. Phaedon. p. 69. B. p. 82. A. — C., ubi inter alia Socrates: *Οὐκοῦν*, inquit, *εὐδαιμονέστατοι — οἱ τὴν δημοτικήν τε καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετηδευκότες —, ἐξ ἔθους τε καὶ μελέτης γεγονυῖαν ἄνευ φιλοσοφίας τε καὶ*

D φιλοσοφίας ἀρετῆς μετειληφότα. ὡς δὲ καὶ εἰπεῖν,
οὐκ ἐλάττους εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις ἁλισκομένους
τοὺς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἥκοντας, ἅτε πόνων ἀγυμνά-
στους· τῶν δ' ἐκ τῆς γῆς τοὺς πολλούς, ἅτε αὐτούς
τε πεπονηκότας ἄλλους τε ἑωρακότας, οὐκ ἐξ ἐπι-
δρομῆς τὰς αἱρέσεις ποιεῖσθαι. διὸ δὴ καὶ μεταβο-
λὴν τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ταῖς πολλαῖς τῶν
ψυχῶν γίγνεσθαι, καὶ διὰ τὴν τοῦ κλήρου τύχην.
ἐπεὶ εἴ τις ἀεί, ὁπότε εἰς τὸν ἐνθάδε βίον ἀφι-
E κνοῖτο, ὑγιῶς φιλοσοφοῖ καὶ ὁ κλῆρος αὐτῷ τῆς αἱ-
ρέσεως μὴ ἐν τελευταίοις πίπτοι, κινδυνεύει ἐκ τῶν
ἐκεῖθεν ἀπαγγελλομένων οὐ μόνον ἐνθάδε εὐδαιμο-
νεῖν ἄν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνθένδε ἐκεῖσε καὶ δεῦρο πά-
λιν πορείαν οὐκ ἂν χθονίαν καὶ τραχεῖαν πορεύε-

E. *μὴ ἐν τελευταίοις πίπτοι*] Sic Par. A. Vind. Ang. Vat. d. m. Flor. a. c. x. *α. γ.* Vett. editt. *μὴ τελευταῖος*. Bekkerus legendum coniecit *μὴ ἐν τοῖς τελευταῖος*.

P. 620. *ἐλεεινήν τε γὰρ ἰδεῖν*] Euseb. Praep. Ev. XIII, 16. p. 589. A. *ἰδεῖν μὲν γάρ*. Ceterum Ast. hic et ubique formam *ἐλεινήν* restituendam censuit, sequutus Porsonis auctoritatem, qui Praefat. ad Hecub. p. VIII. formam *ἐλεεινόν* Atticis abiudicavit.

*νοῦ;* Vid. etiam libr. VII. Reip. p. 518. D.

D. *ὡς δὲ καὶ εἰπεῖν, οὐκ ἐλάττους —*] Propemodum adeo non esse pauciores, qui in talibus deprehenderentur ex iis, qui e coelo devenirent ctr.

*οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς — ποιεῖσθαι*] non primo statim impetu et citato cursu, i. e. non temere, eligere. Adverte tropicum formulae usum.

E. *οὐκ ἂν χθονίαν καὶ τραχεῖαν*] i. e. non subterraneam. Attulit haec Suidas T. III. p. 673.

P. 620. *τὰ πολλὰ αἱρεῖσθαι*] *plerumque* eligere,

*Ὀρφέως — μίσει τοῦ γυναικείου γένους*] De Orpheo nota sunt quae ad hunc locum intelligendum pertinent. cf. Ovid. Metam, XI. in. Nec ignotus est Thamyras vel Thamyris, quem narrant cum Musis certamen iniisse superatumque oculorum acie esse privatum. v. Homer. Iliad. II, 595.

*μεταβάλλοντα εἰς ἀνθρωπίνου βίου αἵρεσιν*] h. e. vicissim accedentem sive conversum ad humanae vitae electionem. Nam *μεταβάλλειν*, ut Germ. umschlagen, sensu intransitivo positum. Cum praepositione *ἐπί* et *εἰς* iunctum alibi quoque reperitur. Conf. p. 620. D.

B. *τὴν δὲ λαχοῦσαν — ψυχήν —*] Mireris interpretum de his verbis silentium. Etenim quid tandem hic sibi vult istud: *ὡς τὸ εἰκός*? aut quorsum per-



σθαι, ἀλλὰ λείαν τε καὶ οὐρανίαν. ταύτην γὰρ δή,
ἔφη, τὴν θέαν ἀξίαν εἶναι ἰδεῖν, ὡς ἕκασται αἱ ψυ-
χαὶ ᾑροῦντο τοὺς βίους· ἐλεεινήν τε γὰρ ἰδεῖν εἶναι 620
καὶ γελοίαν καὶ θαυμασίαν. κατὰ συνήθειαν γὰρ
τοῦ προτέρου βίου τὰ πολλὰ αἱρεῖσθαι. ἰδεῖν μὲν
γὰρ ψυχὴν ἔφη τήν ποτε Ὀρφέως γενομένην κύκνου
βίον αἱρουμένην, μίσει τοῦ γυναικείου γένους διὰ
τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνατον οὐκ ἐθέλουσαν ἐν γυναικὶ
γεννηθεῖσαν γενέσθαι· ἰδεῖν δὲ τὴν Θαμύρου ἀηδό-
νος ἑλομένην· ἰδεῖν δὲ καὶ κύκνον μεταβάλλοντα εἰς
ἀνθρωπίνου βίου αἵρεσιν, καὶ ἄλλα ζῶα μουσικὰ
ὡςαύτως, ὡς τὸ εἰκός. τὴν δὲ λαχοῦσαν ψυχὴν ἑλέ- B
σθαι λέοντος βίον· εἶναι δὲ τὴν Αἴαντος τοῦ Τε-
λαμωνίου, φεύγουσαν ἄνθρωπον γενέσθαι, μεμνημέ-

Iniuria, ut arbitror. Neque ullum novi Platonis locum, ubi codd. mss. hanc formam aspernentur, aut alteram ita tueantur, ut vulgaris abiicienda videatur.

B. *ὡςαύτως, ὡς τὸ εἰκός. τὴν δὲ λ.*] *ὡςαύτως. εἰκοστὴν δὲ λαχοῦσαν* Plutarch. Quaest. Symp. IX. 5. et Schneideri Vind. F. Contra *ὡςαύτως, εἰκὸς τὴν* Par. AK. Vind. *Φ*. Ang. Vat. dm. In Flor. a. c. x. *α. γ.* item *ὡς* ante *τὸ εἰκὸς* abest.

tinet *τήν* articulus? Scribendum alicui videatur *τὴν δὲ ᾱ λαχοῦσαν ψυχήν*, quod coniecit Dobraeus Advers. Vol. I, P. I. p. 157. Sed huic coniecturae quominus multum tribuamus, quum codicum prohibent rationes, tum etiam illud, quod Plutarchus Sympos. Quaest. libr. IX, 5. p. 739. E. sqq. = p. 406 sqq. T. XI. ed. Hutten. disputat, cur Plato dixerit *εἰκοστὴν τὴν Αἴαντος ψυχὴν ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐλθεῖν*. Itaque Plutarchus legit procul dubio: *ὡςαύτως. εἰκοστὴν δὲ λαχοῦσαν ψ.* Facit autem Marcum grammaticum aenigma illud hoc modo solventem: *Τῶν Ὁμηρικῶν, ἔφη, ψυχῶν, ὅσας ἐν Νεκυίᾳ κατωνόμακεν, ἡ μὲν Ἐλπήνορος οὔπω καταμεμιγμένη ταῖς ἐν Ἅιδου διὰ τὸ μὴ τεθάφθαι τὸν νεκρὸν ὥςπερ ἐν μεθορίοις πλανᾶται τὴν δὲ Τειρεσίου ταῖς ἄλλαις οὐκ ἄξιον δήπου συγκαταριθμεῖν, Ὧι καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια· Οἴῳ πεπνύσθαι, καὶ ξυνιέναι τῶν ζώντων, πρὶν ἢ πιεῖν τοῦ αἵματος. ἂν οὖν ταύτας ὑπεξελόμενος τὰς ἄλλας διαριθμῇς, αὐτῷ συμβαίνει τὴν Αἴαντος εἰκοστὴν εἰς ὄψιν ἀφῖχθαι τοῦ Ὀδυσσέως· καὶ πρὸς τοῦτο παίζειν τὸν Πλάτωνα τῇ Ὁμηρικῇ Νεκυίᾳ προςαναχρωννύμενον.* Quae utrum vere disputata sint necne, non decernam. Hoc tamen pro certo habeo, lectionem vulgatam non esse veram, sed mutari oportere in *ὡςαύτως. εἰκοστὴν δὲ λ. ψ. κ. τ. λ.* quorsum etiam codicum optimorum vestigia perducunt. Homeri locus est Odyss. XI, 540 sqq. Ceterum conferas Vigerum ad Euseb. Praepar. Evang. XIII, 16. p. 66. ed. Col.

νην τῆς τῶν ὅπλων κρίσεως. τὴν δ' ἐπὶ τούτῳ Ἀγαμέμνονος· ἔχθρᾳ δὲ καὶ ταύτην τοῦ ἀνθρωπίνου γένους διὰ τὰ πάθη ἀετοῦ διαλλάξαι βίον. ἐν μέσοις δὲ λαχοῦσαν τὴν Ἀταλάντης ψυχήν, κατιδοῦσαν μεγάλας τιμὰς ἀθλητοῦ ἀνδρός, οὐ δύνασθαι παρελ-
C θεῖν, ἀλλὰ λαβεῖν. μετὰ δὲ ταύτην ἰδεῖν τὴν Ἐπειοῦ τοῦ Πανοπέως εἰς τεχνικῆς γυναικὸς ἰοῦσαν φύσιν· πόῤῥω δ' ἐν ὑστάτοις ἰδεῖν τὴν τοῦ γελωτοποιοῦ Θερσίτου πίθηκον ἐνδυομένην. κατὰ τύχην δὲ τὴν Ὀδυσσέως, λαχοῦσαν πασῶν ὑστάτην, αἱρησομένην ἰέναι· μνήμῃ δὲ τῶν προτέρων πόνων φιλοτιμίας λελωφηκυῖαν ζητεῖν περιιοῦσαν χρόνον πολὺν βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονος, καὶ μόγις εὑρεῖν κείμενόν που καὶ παρημελημένον ὑπὸ τῶν ἄλλων, καὶ εἰπεῖν
D ἰδοῦσαν, ὅτι τὰ αὐτὰ ἂν ἔπραξε καὶ πρώτη λαχοῦσα, καὶ ἀσμένην ἑλέσθαι. καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὴ θηρίων ὡσαύτως εἰς ἀνθρώπους ἰέναι καὶ εἰς ἄλληλα, τὰ μὲν ἄδικα εἰς τὰ ἄγρια, τὰ δὲ δίκαια εἰς τὰ ἥμερα

*ἔχθρᾳ δὲ καὶ ταύτην*] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Vat. d. m. Flor. a. c. x. γ. Vett. editt. *ἔχθραν*.

C. *ἰδιώτου ἀπράγμονος*] *ἰδιώτου καὶ ἀπράγμονος* Vat. r. et Eusebius, probante Astio. Mox formam *μόγις* loco vulg. *μόλις* e Flor. a. c. x. α. γ. Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. d. m. reduximus cum Bekkero.

E. *τῆς Ἀτρόπου ἄγειν νῆσιν*] Steph. errore *ἀγεινῆσιν*.

*τὴν δ' ἐπὶ τούτῳ Ἀγαμέμνονος*] Intell. *εἶναι* s. *λαχεῖν ψυχήν*. — *ἀετοῦ διαλλάξαι βίον*, cum aquilae vita vitam ante actam permutasse. — De Atalanta satis erit comparasse Ovid. Metam. X. v. 560 sqq. et quae ibi attulit Gierig. — *οὐ δύνασθαι παρελθεῖν*, non potuisse praeterire, h. e. negligere, sed sumpsisse s. elegisse.

C. *τὴν Ἐπειοῦ —*] Hunc narrant equi Troiani fuisse fabricatorem. Fuit autem Phocensis, filius Panopei. Cf. quae de eo memoriae tradiderunt Homer. Odyss. VIII, 493. XI, 522. Virgil. Aen. II, 264. Hygin. Fab. 108. Pausan. II. 21. De Thersite nobilis est locus Iliad. II, 212 sqq.

*βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονος*] Intelligit privati hominis otiosam ac tranquillam vitam, ut vere interpretatur Hemsterhus. ad Lucian. Necyomant. T. III. p. 414. ed. Lehm.

D. *ὅτι τὰ αὐτὰ ἂν ἔπραξε καὶ πρ. λ.*] se eadem fuisse facturam, h. e. eandam sortem electuram, etiamsi prima fuisset sortita. Nam *καὶ πρώτη λαχοῦσα* idem est quod *εἰ καὶ πρώτη ἔλαχεν*.



μεταβάλλοντα, καὶ πάσας μίξεις μίγνυσθαι. ἐπειδὴ δ' οὖν πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ᾑρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν· ἐκείνην δ' ἑκάστῳ ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τοῦ βίου καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν E
αἱρεθέντων. ὃν πρῶτον μὲν ἄγειν αὐτὴν πρὸς τὴν Κλωθὼ ὑπὸ τὴν ἐκείνης χεῖρά τε καὶ ἐπιστροφὴν τῆς τοῦ ἀτράκτου δίνης, κυροῦντα ἣν λαχὼν εἵλετο μοῖραν· ταύτης δ' ἐφαψάμενον αὖθις ἐπὶ τὴν τῆς Ἀτρόπου ἄγειν νῆσιν, ἀμετάστροφα τὰ ἐπικλωσθέντα ποιοῦντα· ἐντεῦθεν δὲ δὴ ἀμεταστρεπτὶ ὑπὸ τὸν τῆς Ἀνάγκης ἰέναι θρόνον. καὶ δι' ἐκείνου διεξελθόντα, 621
ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι διῆλθον, πορεύεσθαι ἅπαντας εἰς τὸ τῆς Λήθης πεδίον διὰ καύματός τε καὶ πνίγους δεινοῦ· καὶ γὰρ εἶναι αὐτὸ κενὸν δένδρων τε καὶ ὅσα γῆ φύει. σκηνᾶσθαι οὖν σφᾶς ἤδη ἑσπέρας γιγνομένης παρὰ τὸν Ἀμέλητα ποταμόν, οὗ τὸ ὕδωρ ἀγγεῖον οὐδὲν στέγειν. μέτρον μὲν οὖν τι τοῦ ὕδα-

Dein vett. editt. *ἐπικλωθέντα*, quod libri fere omnes aspernantur. Mox *ἀμεταστρεπτεί* soli Flor. x. et Angel. De horum adverbiorum terminatione v. Buttm. Gr. Ampl. II. p. 343.

P. 621. *σκηνᾶσθαι οὖν*] *σκηνοῦσθαι* Flor. α. *σκηνῶσθαι* Par. K.

*ἀγγεῖον οὐδὲν στέγειν*] V. *ἀγγείου*, quod unus Ang. tuetur. Pro *στέγει* item libri optimi atque plurimi *στέγειν*.

*ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον —*] Etenim unicuique homini genius vitae comes additus putabatur; v. p. 617. E. Phaedon. p. 107. D. et quae ibi annotarunt interpretes.

E. *ἀμετάστροφα τὰ ἐπικλωσθέντα ποιοῦντα*] Vix opus est de paronomasiae elegantia monere. Sententia haec est: ut redderet immutabilia stamina fatalia. Usum adverbii *ἀμεταστρεπτί* exemplis compluribus demonstravit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 25.

P. 621. *διεξελθόντα — πορεύεσθαι ἅπαντας*] Dicendum fuit proprie: *πορεύεσθαι σὺν τούτοις εἰς τὸ τῆς Λήθης πεδίον*. Sed propter verba: *ἐπειδὴ καὶ οἱ ἄλλοι διῆλθον*, mutatur structurae tenor, additurque alius subiecti accusativus. — *Λήθης* campum finxit huic similem scriptor Axiochi Dialog. §. 20. Cf. Plutarch. Sympos. IX. p. 749. D. Proclus ad Tim. V. p. 339. — *Ἀμέλητα* fluvium patet ab *ἀμελεῖν* dictum, quia animae ex eo longa bibunt oblivia.

*ἀγγεῖον οὐδὲν στέγειν*] cuius aquam nullum vas contineret. Usum verbi iam ad libr. IX. p. 586. B. notavi-

τος πᾶσιν ἀναγκαῖον εἶναι πιεῖν, τοὺς δὲ φρονήσει
μὴ σωζομένους πλέον πίνειν τοῦ μέτρου· τὸν δὲ ἀεὶ
B πιόντα πάντων ἐπιλανθάνεσθαι. ἐπειδὴ δὲ κοιμηθῆ-
ναι καὶ μέσας νύκτας γενέσθαι, βροντήν τε καὶ σει-
σμὸν γενέσθαι, καὶ ἐντεῦθεν ἐξαπίνης ἄλλον ἄλλῃ
φέρεσθαι ἄνω εἰς τὴν γένεσιν, ἄττοντας ὥςπερ ἀστέ-
ρας. αὐτὸς δὲ τοῦ μὲν ὕδατος κωλυθῆναι πιεῖν· ὅπῃ
μέντοι καὶ ὅπως εἰς τὸ σῶμα ἀφίκοιτο, οὐκ εἰδέναι,
ἀλλ' ἐξαίφνης ἀναβλέψας ἰδεῖν ἕωθεν αὐτὸν κείμε-
νον ἐπὶ τῇ πυρᾷ.

Καὶ οὕτως, ὦ Γλαύκων, ὁ μῦθος ἐσώθη καὶ
C οὐκ ἀπώλετο, καὶ ἡμᾶς ἂν σώσειεν, ἂν πειθώμεθα

B. *οὐκ εἰδέναι*] Sic Par. A. Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. d. m. Flor. a. c. x. α. γ. Vulgo *οὐδὲν εἰδέναι*.

*αὐτὸν κείμ.*] Vulgo *ἤδη κείμ.* Sed *ἤδη* om. Par. A. pr. e Vat. Θr. Ven. Ξ. Par. DK. Mon.

*Καὶ οὕτως — ὁ μῦθος*] *οὕτως* Ven. Ξ. Vind. Ang. Vat. d. m. et Par. A. Duebn. Vulgo erat *οὗτος*. Articulum *ὁ* e Par. K. addidimus.

mus. Respexit ad haec Iamblich. de myster. III. 20. p. 86.

B. *τὸν δὲ ἀεὶ πιόντα*] i. e. *ἑκάστοτε* den *iedesmal* getrunken habenden. v. ad Apol. Socr. p. 25. C. et Reip. II. p. 360. A.

*καὶ μέσας νύκτας γενέσθαι*] De numero plurali v. ann. ad Protag. p. 310. C. Significantur nocturna tempora unius noctis.

*ἄττοντας ὥςπερ ἀστέρας*] *Ἄττειν*, ut Lat. micare, promicare, de sideribus atque igne dicitur, observante Valcken. ad Phoeniss. v. 1388. et Boisson. ad Philostr. Heroic. p. 600.

*ὅπῃ μέντοι καὶ ὅπως —*] V. ad p. 612. A.

*ὁ μῦθος ἐσώθη καὶ οὐκ ἀπώλετο*] Frequens formula apud Platonem, de qua monuit etiam Scholiastes ad h. l. v. Phileb. p. 14. A. Legg. I. p. 645. B. Theaet. p. 164. D. al. Restitui autem articulum *ὁ*, in omnibus editionibus adhuc neglectum, quippe qui salvis linguae legibus abesse non possit. Est enim sententia haec: Atque sic (his ita expositis) salva evasit fabula neque periit, et nos salvos praestabit, si ei fidem habuerimus, transibimusque feliciter Lethes flumen neque animum contaminabimus. Eleganter nimirum his verbis significat philosophus, quae hactenus fabulose exposita sint, ea utique valere quum ad studium virtutis ac sapientiae tum ad vitae futurae beatitatem. Similiter Libr. III. p. 395. B: *τὸν λόγον διασώσομεν*. Dein *ἂν ἐμοὶ πειθώμεθα* ad similitudinem vulgaris formulae audacius conformatum. Libr. IV. p. 420. E: *ἂν σοι πειθώμεθα*. Euthyd. p. 304. A: *ἄν γ' ἐμοὶ πείθησθε*. Legg. X. p. 888. C: *ἂν ἐμοὶ πείθῃ*. Similiter Legg. I. p.



αὐτῷ, καὶ τὸν τῆς Λήθης ποταμὸν εὖ διαβησόμεθα
καὶ τὴν ψυχὴν οὐ μιανθησόμεθα. ἀλλ' ἂν ἐμοὶ πει-
θώμεθα, νομίζοντες ἀθάνατον ψυχὴν καὶ δυνατὴν
πάντα μὲν κακὰ ἀνέχεσθαι, πάντα δὲ ἀγαθά, τῆς
ἄνω ὁδοῦ ἀεὶ ἑξόμεθα καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονή-
σεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐ-
τοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς, αὐτοῦ τε μένοντες
ἐνθάδε, καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς κομιζώμεθα, D
ὥςπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε καὶ
ἐν τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ, ἣν διεληλύθαμεν, εὖ πράτ-
τωμεν.

*ἡμᾶς ἂν σώσειεν*] *σώσει* Mon. Flor. β. Verba *μὲν κακά* om. Mon.

C. *ἀθάνατον ψυχὴν*] Vulgo *τὴν ψυχήν*. Sed *τὴν* om. Par. A. Duebn. DK. Vat. Θr. Ang. Mon. Flor. x. β. conf. ad Phaedon. p. 83. C.

D. *εὖ πράττωμεν*] *εὖ πράττοντες* Flor. β. Mon. Par. DK. Paullo ante *χιλιέτι* Par. A. ex corr. Schneiderus *χιλιέτει*, quod Par. A. denuo excussus a pr. m. scriptum exhibuit.

638. E: *πειρώμενος, ἂν ἄρα δύνωμαι — ἡμῖν δηλοῦν*.

C. *πάντα δὲ ἀγαθά*] Intelligendum per zeugma est verbum *ἀναιρεῖσθαι* vel simile aliquod, quandoquidem *ἀνέχεσθαι* tantummodo ad *κακά*, nec vero ad *ἀγαθά* referri potest. Nam qui nuper cogitavit de bonis sapienter et moderate ferendis, is non vidit significari potius praemia, quibus animus post hanc vitam terrestrem aliquando potiri queat, nec vero sermonem esse de animi fortitudine, qua adversa constanter, secunda atque fausta sapienti moderatione perferuntur. Itaque ipsa sententiae ratio postulat profecto atque flagitat, ut zeugma statuamus, quale significavimus. De cuius audacia quod criticus conquestus est, certe ille non reputavit, quousque Graeci et Latini in huius figurae usu progressi sint. v. Ruddim. Institt. Gr. Lat. T. II. p. 362 sq.

*τῆς ἄνω ὁδοῦ ἀεὶ ἑξόμεθα*] semper sequemur ac tenebimus viam sursum ducentem. Verbi *ἔχεσθαι* usum notavimus ad Phaed. p. 101. D.

C. *δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως*] Prudenter omnem disputationem concludit sic, ut his duobus verbis summam totius operis significet, quod in informanda omnis vitae humanae iustitia sive morali perfectione sapientiae opibus atque boni ideae cognitione sustentata contineri meminimus: de qua re v. quae exposuimus in Prolegomenis.

D. *διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν*] Nihili est quod libri quidam offerunt *εὖ πράττοντες*. Recte iudicavit Morgenstern. Symboll. p. IX. respondere sibi haec duo periodi membra: *αὐτοῦ τε μένοντες ἐν-*

*ϑάδε*, et *καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆϑλα αὐτῆs κομιζώμεϑα, ὥsπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι.* Itaque post *καί* ante verba *ἐνϑάδε καί* mente iterandum *ἵνα*. Ita universi loci sententia haec est: ut et nobismet ipsis amici simus et diis, et quidem tum in hac vita morantes, tum postquam virtutis praemia reportaverimus, sicuti qui victoriae palmam gerunt circumeuntes; utque tum hic, tum in mille annorum itinere, quod enarravimus, beata vita fruamur. Qua quidem ratione patet duplicem ostendi vitae iustae fructum, alterum, qui cernitur in conscientia propriae virtutis ac divini favoris tam praesenti quam futuro tempore positum, alterum, qui continetur huius et futurae post mortem vitae beata fortuna. Quae sententia apprime respondet iis, quae Socrates de virtutis praemiis antea exposuit. Pervertit sententiam Schneiderus *πράττωμεν* putans per particulam *τε* inter *αὐτοῦ* et *μένοντες* positam priori *ὦμεν* adiunctum esse, verbis autem *καὶ ἐνϑάδε καὶ ἐν τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ* alteram eamque certiorem loci felicitatis futurae significationem contineri. Quae ratio cur improbabilis sit, sponte appariturum esse rem propius considerantibus non temere videmur statuere et existimare. De reliquis Timaeus Gloss. p. 215: *Περιαγειρόμενοι νικηφόροι· οἱ νικήσαντες ἐν δημοσίῳ ἀγῶνι καὶ δῶρα παρὰ τῶν φίλων καὶ οἰκείων λαμβάνοντες καὶ περιιόντες.* Laudat h. l. etiam Suidas s. v. *Περιαγειρόμενοι* et *Ὥsπερ οἱ νικηφόροι.* Photius s. v. *Ἀγειρόμενοι* et Apostol. Proverb. XV, 97. De *ἐπαγερμῷ*, sive more illo, quo ludorum gymnicorum victores circumeuntes munuscula a singulis spectatoribus exigebant, egregie exposuerunt Casaubon. ad Sueton. Neron. c. 25. Ruhnken. ad Tim. l. c. Ignarra De Palaestra Neapolit. p. 25.

# Brevis admonitio
# De codicis Parisini A.
## nuperis collationibus deque lectionibus eius unius maxime auctoritate tacite a nobis receptis.

In ipso operis exitu placet pauca quaedam addere de codice Parisino A. nuper post Im. Bekkeri operam iterum iterumque excusso deque lectionibus inde a nobis, nulla fere admonitione in commentariis criticis adiecta, passim restitutis; de quibus rebus in Prolegg. Vol. I. p. CXXVIII. sqq. plenius exponere omisimus, alio loco opportuniore de iis verba facturi, quandoquidem legentium videbatur non parum interesse, ut de illis aliquanto certius constaret.

Primum igitur de iis, quae Prolegg. p. CXXIX. scripsimus, animadverti volumus, Schneiderum collationem Par. A. a Cel. Duebnero in usum editionis Didotianae factam in Praefat. ad Vol. II. P. I. Platon. Opp. ed. Par. a. 1846. non integram, sed excerptam tantum et plurimis omissis in brevius contractam exhibuisse, ac postea demum, quum Turicenses in editione Politiae altera minore a. 1847. Praefat. p. VIII. ostendissent, parum diligenter videri istam codicis praestantissimi explorationem institutam esse, quandoquidem ipsis praesto esset aliquanto plenior et accuratior eius collatio, quae secum a Dübnero essent communicata, plena nec decurtata in vulgus emisisse in libello superiori Politiae editioni numeris et paginis accommodato: Addi-

menta ad Civitatis Platonicae libros X. Lipsiae a. MDCCCXXX. XXXI. XXXIII. editos a C. E. Chr. Schneidero. Lipsiae 1854. 8. pagg. 87. In quo quid vir doctus sequutus sit, etsi iudicare difficile est, tamen verisimiliter suspicari ex iis licet, quae ipse Praef. ad edit. Parisin. p. II. sq. prodidit, ubi sese narrat Politiae libros ex iis, quae tum suppetiissent, critices praesidiis recognitos Parisios transmisisse; ibi vero Dübnerum, edendo operi praefectum, summa codicis Parisini A. auctoritate intellecta, faciendum putasse, ut librum praestantissimum, utpote nondum satis accurate excussum, denuo quam accuratissime conferret, et inventa ea, quae editor, si illa iam habuisset cognita, recepturus fuisse videretur, maximam partem ad hiatum et elisionem pertinentia, suo periculo Platoni imperti-ret; reliqua vero cum eodem ita communicaret, ut ille ipse, si qua opus videretur, secundum ea mutaret. Itaque Schneiderus in Didotiana editione mero arbitrio suo ea tantum ex mss. Duebneri publicavit, quae ad sermonis Platonici emendationem, hoc est ad hiatum et elisionem et res similes mutandas, vel a Duebnero vel a se ipso essent adhibita; alia multo saepe graviora atque utiliora in scriniis retinuit, usque dum, a Turicensibus publice compellatus, etiam reliqua publici iuris facere constituit ad ampliorem operis editionem supplendam accommodata. Ex quibus omnibus apertum est, Schneiderum neutram editionem suam plane ad exemplum Parisini codicis conformavisse, ut mirandum non sit, quod nec in opere Parisino a superiore editione multum recessit. Dignum est autem animadversione, collationem Duebnerianam in Additamentis a Schneidero tandem cum eruditis communicatam tam esse plenam, tam accuratam, tam denique exactam, ut cum Turicensi utique de praestantiae laude contendere videatur, licet haec quoque propria quaedam ac peculiaria habeat, unde ad Platonem emendandum proficiatur. Quocirca utramque consulendam duximus, ita tamen ut Duebnerianam imprimis memoraremus vel etiam omnino codicem recens denuo excussum vel repetitae lectionis laudaremus; idque non sine magno quodam utilitatis fructu fecisse videmur, quandoquidem inde locis non paucis lux salu-



taris affulsit, adeoque clarius apparuit eam, quam nos in omnibus Platonis nostri voluminibus constanter observavimus, orthographiam maximam partem etiam libri Parisini auctoritate certissime confirmari, ut prope mirum acciderit, quod Schneiderus hac in caussa pristina placita sua mordicus tenere, quam veritati atque optimi libri auctoritati aliquando concedere maluerit. De qua re quoniam non necessarium putavimus omnibus ac singulis locis exponere, sed taedii vitandi caussa satis duximus data opportunitate semel iterumve monere; hoc loco summatim rettulisse iuvabit, quid in effingenda singulorum quorundam vocabulorum scriptura sequuti simus.

Primum igitur infinitivos in $\overline{\alpha\nu}$ et $\overline{\eta\nu}$ terminatos ubique omisso iota, quod subscriptum vocant, exarari iussimus, quum eam rationem non modo in aliis Platonis scriptis egregii libri Clarkiani sive Bodleiani testimonio, sed etiam in Politia ac Legibus libri Parisini auctoritate testatam habeamus. De qua quidem scriptura disputaverunt Fr. A. Wolfius Analect. Litter. II. p. 419 sqq. Göttling. ad Theodos. p. 226 sq. Elmsleius Praef. ad Soph. Oed. Tyr. p. IX. sq. Quippe antiquissimis temporibus non *λέγειν* et *γράφειν*, sed *λέγεν* et *γράφεν* dicebant Graeci, quae forma in dialecto Dorica permansit. Itaque in contractis verbis non *βοᾷν* et *δηλοῖν* dicebant, sed *βοᾶν* et *δηλοῦν*, utpote ex *βοάεν* et *δηλόεν* contracta. — Porro secundam personam verbi passivi et deponentis vulgo in $\overline{ῃ}$ finitam semper et ubique in $\overline{\varepsilon\iota}$ terminavimus, ne uno quidem loco excepto. Admirabili enim constantia Par. A. pr. m. cum cod. Bodl. ad alios libros excusso ubique tuetur terminationem in $\overline{\varepsilon\iota}$ factam, consentientibus plerumque etiam aliis quibusdam codicibus, ex quibus tamen ea forma minus diligenter enotata est. De qua re semel explicavi ad libr. I. p. 337. C. ann. crit. Unus tantummodo superest locus libri X. p. 596. E. ubi codices *ἔρχῃ* pro *ἔργει* ad unum omnes tenere videntur. Nam nec de libr. VII. p. 523. C. *εἴσει*, item p. 528. E. et Libr. X. p. 596. D. ubi vulgo *αἰσθάνῃ* scribitur, ulla iam adhuc restat dubitatio, quandoquidem ibi quoque terminationem in $\overline{\varepsilon\iota}$ factam in Par. A. liquido scriptam extare repetita libri praestantissimi exploratione certius edocti sumus. Quam-

obrem nescimus sane quibus rationibus ductus Schneiderus etiam in editione Didotiana locis plurimis alteram formam retinendam iudicaverit, praesertim quum quae Praef. ad Vol. I. ed. Polit. Lips. p. LI. de hac scripturae varietate exposuit, nec aliorum codicum fide usquequaque fulciantur. — Iam vero etiam de adverbiorum *δυτικοφανῶν* terminatione acervatim exponere licebit. Addidimus enim in his vocabulis ubique iota subscriptum, quod vulgo dicitur. Firmat enim eam rationem Par. A. cum Bodleiano codice per omnia, ut nec in hac parte usquam ab optimorum librorum fide recedendum esse existimemus, sicuti hic quoque fecit Schneiderus, qui cum aliis scripsit *πῆ, πάντη, πανταχῆ, διχῆ, πολλαχῆ, κ. τ. λ.* qua ratione in libris illis ne uno quidem loco scriptum legi videtur; id quod tanto est gravius, quod illi iota, sicuti fit in codd. vetustioribus, non subscriptum sed adscriptum habent. Quin proceditur in his codicibus etiam longius, quandoquidem exaratum exhibent etiam *πέρᾳ, περαιτέρω ι, πoῤῥωτέρω ι, ἀπωτέρῳ* al. Quae voces quum speciem dativi nullam fere prae se ferant, nec constanter ita scriptae reperiantur, haud scimus an nimia grammaticorum constantia ita factum sit, ut et ipsae adiecto iota pingerentur. Quocirca in istis quidem nos putavimus iota abiiciendum esse. — Paullo aliter iudicandum de plusquamperfecto in *ειν* et *η* terminato. Nam quum vett. grammatici formam *η* Platoni diserte tamquam Atticam tribuant, de qua re v. ann. ad Apol. Socrat. p. 31. D. 22. D. Symp. 198. C. tamen id non videtur sic accipiendum esse, ac si philosophus altera forma plane abstinuerit. Quocirca Platoni forma in *η* terminata restituenda videtur, sicubi in bonis codicibus satis testata habetur, id quod in Par. A. non ita raro fieri meminimus; aliis autem locis, ubi communis terminatio omnium librorum auctoritate munita est, nihil rerum novarum moliendum arbitramur. Atque idem fere tenendum videtur etiam de *ᾔ* et *ᾔν*, quorum discrimen donec certius fuerit investigatum, utrumque suo loco, hoc est, ubi codices suadent, Platoni impertiendum erit. — Pergimus ad nominum quorumdam scripturam, ex quibus tamen duo tantum considerare consultum putamus. Magna enim semper fuit virorum doctorum dubitatio, essetne *ἀνδρία* scribendum an *ἀνδρεία*. Atque etiam in Platone utrumque promiscue usurpatum est et hodie quoque ab Schneidero aliisque promiscue editum. Atqui optimos codices ubi sequimur, accuratius quidem exploratos, dubitari profecto non potest, quin ubique *ἀνδρεία* sribendum sit. Tantum enim abest, ut illi in huius nominis scriptura fluctuent, ut ubique constantissime *ἀνδρεία* offerant: quam formam, ex Ionico *ἀνδρηίη* oriundam, ipse quoque Plato spectavit in Cratylo p. 413. D. E. ad quem locum ea de re disputavimus. Itaque eam in Politia ubique reposuimus utpote quum aliis libris tum omnibus fere locis Parisini accuratius excussi auctoritate firmissime munitam. Ac similiter de *ὠφέλεια* et *ὠφελία* existimandum putamus, ex quibus alterum, *ὠφελία*, in Par. A. ubique primitus fuit perscriptum, alterum omnibus prope locis a secunda sed eadem antiqua manu iota duobus punctis notato, ut *ει* intelligeretur, et correcto accentu, restitutum est. Scripsimus igitur ubique, non monitis lectoribus, *ὠφέλεια*, aliis libris fere consentientibus, licet *ὠφελία* cognatum sit Ionico *ὠφελίη* atque aetate Platonis poeticum videatur fuisse, etiam a Thucydide in pedestri sermone usurpatum. Neque enim ullus facile locus reperitur, quo altera forma non sit satis munita bonorum librorum praesidiis ipsiusque libri Parisini perpetua correctione, adeoque verisimile est Platonem eodem modo usurpasse formam *ὠφέλεια*, quo dixit *ἀλήθεια*, quod utrumque pari cognatione cum adiectivis *ὠφελής* et *ἀληθής* continetur. In quo tenendum etiam illud est, quod Etymologus Magn. p. 462. 20. scribit, utramque terminationem fuisse usitatam, sed alteram in *ια* factam extitisse vulgarem. Videtur enim posterior, sicuti factum est multis vocabulorum formis, quum olim fuisset in sermone pedestri rarior et maxime a poetis celebrata, posteris temporibus in communem usum recepta esse ideoque in codicibus, expulsa vera scriptura, magis magisque regnare coepisse. Atque haud scimus an plane eadem sit ratio formarum *εὐηθία* Libr. I. 348. D. III. 400. E. *κακοηθία* III. 401. A. al. quae primitus scriptae, postea mutatae sunt. — Sed nolumus nunc etiam aliorum vocabulorum usum singulatim persequi. Satius erit, opinor, verbo monuisse, nos in aliis quo-

que vocibus scribendis, ut quum constanter *γίγνεσθαι* pro vulg. *γίνεσθαι*, aut *γιγνώσκειν* pro *γινώσκειν*, aut *ἀμηγέπῃ* et *ἀμωσγέπως* pro *ἀμηγέπη* et *ἀμ.* aut *ἀθρόον*, quod placebat etiam Aristarcho, pro *ἀθρόον*, effinximus, tacite quum aliorum tum imprimis optimi libri auctoritatem reveritos esse. Quamquam sunt etiam bene multa, in quibus eundem librum sectari merito dubitaveris. Nam in usu pronominum *αὐτοῦ* et *αὑτοῦ κ. τ. λ.* adeo fluctuat, ut saepissime scripturam referat manifesto depravatam. Quamobrem talibus in locis res solo mentis iudicio, non testimonii auctoritate decernenda est. Idem creberrime *τί δαί* pro *τί δέ* a secunda manu habet adscriptum, ut utriusque formulae discrimen ablitteratum sit a critico, cui istae correctiones debentur. Praeterea multum peccatur in permutatione temeraria formarum *ἔστι* et *ἐστί*, ut hic quoque opus sit fere subtiliore scripturae diiudicatione. Neque novit codex rectum verbi *ἐρέσθαι* accentum, scriptum exhibens fere *ἔρεσθαι*. Idem hic et illic *αἰεί*, formam ionicam et poeticam, pro vulgari *ἀεί* exhibet, ut I. p. 331. A. II. p. 367. E. III. p. 407. C. quam tamen exploratum habemus a Platone non esse usurpatam nisi in Ionicae dialecti imitatione; quamquam alibi vicissim cum aliis dissentiens non *αἰεί* tuetur, sed *ἀεί* scriptum exhibet, ut III. p. 396. C. 408. B., quod ipsum argumento est, illis locis mero errore alteram formam esse invectam. conf. Porson. Praef. ad Hecub. p. IV. et Elmslei. Praef. ad Soph. Oed. Reg. p. XI. ed. Lips. Sed quum his in partibus orthographica eius ratione parum aut nihil confidere liceat, tum in admittendo hiatu et facienda elisione tanto minus dubitavimus eius auctoritatem quam diligentissime sequi, quanto magis in his similibusque rebus etiam alios bonos codices habet consentientes. Bonum factum igitur, quod et Duebneri et generosissimi viri, qui Turicensibus nuper suam eius collationem ultro subministravit, diligentia hoc in genere maxima fuit, qui hiatus, elisiones, crases, aphaereses, alia id genus, videntur indicasse fide religiosissima. Itaque nos quidem in textu refingendo diligentissimam eorum habuimus rationem, quae ab illis notata sunt, taciteque eorum significationes comprobavimus. Id quod Schneiderus quidem nec in editione postrema



ubique fecit. Nam hiatum quidem quod Platoni crebrius reddere non dubitavimus, multum ille hac in re discessit ab usu Isocratis aliorumque aequalium scriptorum. Cuius rei luculentum extat testimonium Ciceronis, Orator. c. 44. §. 150. sq. quod mirum est adhuc a criticis plane neglectum esse. Ibi enim Tullius haec: „Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, quin vocales nolit coniungere (i. e. vocalium concursionem fugiat). In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas litteras tanto opere fugerit; etsi id magister eius Isocrates (sc. ita fecit). At non Thucydides; ne ille quidem haud paullo maior scriptor Plato; nec solum in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in proeliis interfecti, quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit: in ea est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte ut vitiosam fugit Demosthenes. Sed Graeci viderint: nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere voces conceditur." En igitur Tullii testimonium, unde Platonem hiatum haudquaquam vitasse perspicue intelligitur. Quocum contendas etiam ea, quae Demetrius de Elocut. p. 31. sq. de vituperanda in vocalibus coniungendis cura disputat. Itaque multo etiam crebrius quam in editione Schneideri Parisina et in novissima Turicensi factum est duce codice Parisino concursionem vocalium reduximus, indicia rei nuper diligentissime facta ubique religiose sequuti. Quamquam fatemur aliquot locis, ubi unam collationem Turicensem ob oculos habuimus, Duebneri significationes nos praeteriisse. Hunc enim si audimus, etiam Libr. III. p. 391. E. *οὔτε ἀληθῆ* pro *οὔτ' ἀλ.* Ibid. p. 393. A. *οὐδὲ ἐπιχειρεῖ* pro *οὐδ' ἐπ.*, Ibid. p. 393. D. *ἀλλὰ ἁπλῆ* pro *ἀλλ' ἁπλ.*, Ibid. p. 396. B. *Εἰ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ,* pro *Εἰ ἄρ', ἦν δ' ἐγώ*, Ibid. p. 401. C. *ἵνα ὥςπερ* — pro *ἵν' ὥςπερ* — Ibid. 402. D. *ὥςτε ἐθέλειν* pro *ὥστ' ἐθέλειν*, IV. p. 438. E. *ἅμα δὲ αὖ* pro *ἅμα*

δ' αὖ, V. p. 460. E. εἴκοσι ἔτη cum quinque Florr. pro εἴκοσιν ἔτη. VI. p. 503. D. δέ γε, ἔφαμεν, pro δέ γ', ἔφαμεν, VII. p. 520. C. ὧδε ἔχει pro ὧδ' ἔχει, vicissimque hiatu sublato elisione admissa Libr. III. p. 390. A. ὅσ' ἄλλα pro ὅσα ἄλλα, IV. p. 434. C. αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ, V. p. 465. C. τὰ δ' ἐξαρνούμενοι pro τὰ δὲ ἐξ., VI. p. 508. A. οὔτ' ἐν ᾧ ἐγγ. pro οὔτε ἐν ᾧ ἐγγ., refingendum est. Haec igitur, si quibus volupe est, postliminio restituantur, quamquam fatemur partim nos de eorum veritate ideo dubitare, quia in his ipsis alibi in eodem codice diversa quoque reperitur scribendi ratio neque codd. reliqui, sicuti alibi fere factum, maiore numero addicunt. — Sed mittamus has minutias, quamquam, si verum fateri volumus, in tali caussa nihil est minutum aut leve. Addamus potius nonnulla, quae gravioris momenti videantur, quandoquidem ad confirmandas iudicandasve receptas lectiones nonnullas valeant. Memoramus igitur hoc loco primum lectionem Libr. II. p. 383. B. παιῶν' ἐπευφήμισεν, dudum a nobis ex Schol. restitutam, teste Duebnero in Par. A. liquido perscriptam reperiri, quamquam ea de re Bekkerus et is, qui in usum Turicensium contulit codicem, omnino tacent. — Praeterea non indignum videtur animadversione, Libr. V. p. 457. A. lectionem ἐλαφρώτερα pro v. ἐλαφρότερα a Bekkero receptam iudice Duebnero a Par. A. pr. man. confirmari. — Nec negligendum Libr. III. p. 400. D. articulum τὸ ante ἄρρυθμον etiam in libris Ambr. Aug. Ven. Vind. et quattuor Florentinis esse repetitum. — Sed Libr. II. p. 364. A. quo iure codex optimus verba τε καὶ δικαιοσύνη cum Vind. Lobcov. et Vat. r. omittat, quum ibi agatur potissimum de iustitia, vix quisquam exputaverit. Nec quidquam de ea omissione Bekkerus et Turicensis prodiderunt. — Denique addendum Libr. VII. p. 539. A. Parisinum librum iis annumerandum esse, qui scriptum habent νομίμου. Quamquam ne sic quidem permovemur, ut νομικοῦ reiiciendum existimemus, quae est profecto lectio longe verissima. Enimvero de lectionibus libri, quatenus ad scriptoris sententiam declarandam pertinent, vere videmur scripsisse quae Prolegg. p. CXXXIII. iudicavimus. Neque enim illi tribuenda sunt omnia, quippe qui saepe,



etiam ea scripta exhibeat, quae, qui Platonis sententiam et rationem accuratius consideraverint, atque caussas correctionum, quas habet, rite perpenderint, haudquaquam continuo assensu suo amplectantur. Ex quo ipso consequens est, ut etiam ceteris codicibus iusta impertienda dignatio sit, praesertim quum hos saepenumero unos vera testari evidentissimum sit, ut etiam in reliquis libri Parisini lectionibus aestimandis iudicandisque non parvi momenti esse videantur.

Sed haec quidem hactenus. Neque enim habemus, quod his praeterea adiiciamus. Neque vero iam mendorum mentio est iniicienda, quae in altero hoc Politiae volumine admissa sint. Est enim illud tam nitide tamque emendate excusum, ut nihil quidquam peccatum videatur, quod non ab unoquoque statim animadverti atque corrigi queat. Cuius quidem integritatis laus, alteri huic volumini vindicanda, vel imprimis debetur Viro Clarissimo, H. Weissenbornio, Celeberrimo gymnasii Erfurtensis Professori, qui ab honestissimo operis redemtore rogatus id negotii in se recepit, ut plagulas typis descriptas et a gravioribus vitiis repurgatas denuo percenseret, et si quid mutandum videretur, id sedulo notaret et animadverteret. Quo quidem negotio tam religiose functus est, ut non modo nos, sed etiam eos omnes, qui hac Politiae editione usuri sunt, ad maximam gratiam sibi devinxisse iudicari debeat.

Verum haec quidem hactenus. Superest ut aliquot criticorum coniecturae memorandae sint, quarum mentio in commentariis a nobis vel invitis praetermissa est vel nondum fieri potuit. Itaque primum narrasse iuvabit, Carolum Badhamum in Praefatione ad Platon. Phaedr. p. X. has coniecturas proposuisse. Libr. I. Reip. p. 343. B. corr. διακεῖσθαι pro διανοεῖσθαι, quod ibi vidimus etiam Faesio placuisse. — Ibid. p. 352. B. pro φαίνονται mavult φαίνεται, quod dudum Stephano in mentem venerat. — Libr. IV. p. 419. A. scribi iussit: ἐπίκουροι [μισθωτοί]: in quo nos quidem dissentimus magnopere, quum μισθωτοί haudquaquam videatur supervacaneum. — Ibid. p. 430. B. ad verba: παντὸς

*ἄλλου ῥύμματος*, adnotat: „apage putidissimam interpolationem.“ Nobis vero intellecto ex antegressis *δεινοτέρα οὖσα* omnia videntur optime se habere. — Ibid. p. 430. E. pro *κρείττω δὴ αὐτοῦ φαίνονται οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον* legit *κρ. δὴ αὐτοῦ φαμὲν οὐκ κτλ.* de quo loco quid sentiamus, in commentariis declaravimus — Ibid. p. 457. B. *σοφίας* absurde a librario additum ex ipso Pindaro putat. — Libr. V. p. 467. B. pro *καὶ ἀλλήλων κοινωνία* corr. *καὶ ἄλλῃ ἄλλων κοινωνία*. — Libr. VII. p. 515. A. cum R. B. Hirschigio corr. *ὥςτε μένειν τ' αὐτοῦ*, et mox *ἀδυνατοῦντας, καομένου, ἐπάνοδον*. — Ibid. p. 528. C. corr. *ἐπεὶ καὶ ὑπὸ μὲν τῶν πολλῶν ἀτιμαζόμενα, κολουόμενα δ' ὑπὸ τῶν ζητούντων*. De quibus locis omnibus consulas commentarios nostros. — Libr. VIII. p. 553. B. scr. *ἐμπεσόντα* [*βλαπτόμεν.*]: sed *βλαπτομέναν* nostro iudicio est sincerissimum. — Ibid. p. 559. B. corr. *ἥ τε παῦσαι ζῶντα ἀδυνάτη*, cuius coniecturae inanitatem arguit vel usus formae *ἀδυνάτη* Graecis plane ignotus. — Ibid. p. 560. D. pro *λόγους ἰδιωτῶν εἰςδέχονται* corr. *λόγους δι' ὤτων εἰςδ.* quam mutationem, etiam a Cobeto commendatam, esse inutilem ac supervacaneam suo loco demonstravimus. — Haec igitur de coniecturis Caroli Badhami. Praeterea vero nunc ipsum in manus nostras pervenerunt novissimae curae Jo. Georgii Baiteri, qui his diebus tertiam curavit editionem Reipublicae Platon. Turicensem minorem, in qua quid novaverit, in praefatione operis significavit. Quamobrem ne quid ad editionis nostrae utilitatem desideretur, de his quoque placet exponere. Itaque Baiterus Libr. II. p. 365. pro *τί καὶ ἡμῖν μελητέον* vestigia Parisini A. secutus refinxit: *καὶ ἡμῖν ἀμελητέον*, sententia quidem eadem manente. — Libr. III. p. 414. E. pro: *ἦσαν, καὶ ἡ γῆ αὐτοὺς μ. κτλ.* coni. *ἦσαν καὶ ἡ γῆ — ἀνῆκε, νῦν* etc. — Libr. V. p. 454. B. scite correxit: *Τὸ τὴν ἄλλην φύσιν ὅτι κτλ.* ubi vulgo scribitur: *Τὸ μὴ τὴν αὐτὴν φ.* ac Par. A. habet: *Τὸ τὴν αὐτὴν φ.* quod nunc probamus. — Libr. VI. p. 502. B. coni.: *εἷς ἱκανὸς γενόμενος, πόλιν ἔχων πειθομένην, πάντ' ἐπιτελέσαι τὰ νῦν ἀπιστούμενα ἱκανός. Ἱκανὸς* etc., qui tamen locus nobis videtur integer. — Ibid. p. 503. B. verba *νεανικοί*



*τε καὶ μεγαλοπρεπεῖς τὰς διανοίας* censet ante *οἶσθ' ὅτι* transponenda esse, quo verba persanentur. Nos etiamnum ea ratione acquiescimus, quam proposuimus in commentariis. — Libr. VII. p. 517. A. scribit: *καὶ ἀποκτείνειαν ἄν*: pro eo, quod nos dedimus: *καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι ἄν*; quod posterius liquido scriptum exhibet Par. A. — Ibid. p. 532. A. *πρὸς αὐτὰ τὰ ἄστρα* scripsit pro vulg. *πρὸς αὐτὰ ἄστρα*, quod sane inter *αὐτὰ τὰ ζῶα* et *αὐτὸν τὸν ἥλιον* intolerabile videtur. — Ibid. p. 532. A. edidit de suo: *ἐπιχειρῇ, ἂν ἄνευ πασῶν — ὃ ἔστιν* (*ἕκαστον*) *ὁρμᾷ καὶ μὴ ἀποστῇ κ. τ. λ.* ubi consulas annot. nostr. — Libr. VIII. p. 556. D. ex scriptura codicis Paris. A. extudit: *ἄνδρες ἡμέτεροί εἰσι παρ' οὐδέν*: quod si olim scriptum fuit, ex interpretatione verae lectionis: *εἰσὶν οὐδέν* fluxisse videtur. — Ibid. p. 569. A. edidit: *ἀλλ' ἵνα* [*ὑπὸ*] *τῶν πλουσίων κτλ.* Nos ex codd. nonnullis *ἀπὸ* restituendum putavimus. — Libr. IX. p. 576. D. etiam nunc edidit: *Τί οὖν ἀρετῇ τ.* pro vulg. *τί οὖν ἄρα ἡ κτλ.* — Ibid. p. 587. B. coni. *ὁ δὲ βασιλεὺς ὀλίγιστον.* — Iam vero his virorum doctorum coniecturis subiungere placet unam quandam observationem, quae ad tutandam codicum lectionem valeat. Scriptum enim legitur Libr. I. p. 328. C. *Ὦ Σώκρατες, οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ.* ubi *οὐδὲ* vel in *οὔτι* vel in *οὐ δέ* mutari voluerunt critici. Iam vero *οὐδέ* si eo quo nos diximus modo accipiendum, neque aut in *οὔτι* mutandum aut in duas voces dirimendum est, non inepte contendes illa Reipub. Libr. X. p. 587. C. *καὶ ὁπόσῳ ἐλαττοῦται, οὐδὲ πάνυ ῥᾴδιον εἰπεῖν, πλὴν ἴσως ὧδε*, i. e. das ist *auch gar nicht* leicht zu sagen. Quocirca *οὐδε θαμίζεις καταβαίνων* sic intelligas, ac si *οὐδὲ θαμὰ καταβαίνεις* scriptum legatur: Du kommst auch gar nicht oft nach dem Piraeeus. Nimirum quemadmodum simplex *δὲ* in exclamatione vel in compellatione vehementiore post vocativum ponitur, ita ut id, cui aliquid opponitur, tacita cogitatione supplendum videatur, de quo dicendi genere vid. Schaefer et Porson. ad Eurip. Orest. v. 614. Hermann. ad. Sophocl. Electr. v. 147. nos ad Euthydem. p. 293. B. ita etiam *οὐδὲ* videtur sic esse usurpatum, ut assumta extrinsecus aliqua sententia,

ad quam oppositio cum gradatione facta referatur, poni consueverit. Quamquam deficientibus aliis huius dictionis exemplis praestabilius videtur diremto vocabulo scribere *οὐ δέ*, quo facto *δέ* post vocativum eo modo positum habebis, quo voculam usurpari solere modo ostendimus.

# INDICES.

# CONSPECTUS

## RERUM IN PROLEGOMENIS TRACTATARUM.

I. Exponuntur variae hominum doctorum de Reipublicae Platonicae rationibus et consiliis sententiae, quorum alii unam maxime optimam civitatem, alii nihil nisi vim et naturam iustitiae exquiri iudicaverint, memoratis simul aliorum quorundam opinionibus, atque ostenditur illorum omnium iudiciis non pauca officere, praesertim quum non iustitiae et perfectae civitatis species, sed potius optimi hominis et optimae civitatis imago discernenda fuerit, cui utrique iustitia pari modo fundamenti loco subiecta sit . . . . . . . . . . . . . . p. VII—XVIII.

II. Ostenditur maius quiddam atque celsius philosopho fuisse propositum, qui potius universae virtutis humanae iustitia consummatae et ad ideam boni institutae inque omni hominum vita tam privata quam communi expressae imaginem depinxerit atque ea ratione informaverit, ut homo in civitate ac vicissim civitas in homine cernatur, eoque modo scite ac prudenter philosophiam e vitae privatae angustiis in vitae communis et civilis campum eduxerit . . . . . . . . . . . . . . . . XVIII—XXI.

III. Proponitur imago perfectae humanitatis a philosopho descripta, ideoque tum perfecti hominis tum optimae civitatis ad eius mentem informatae species exhibetur XXI—XXXIII.

IV. Utramque illam imaginem docetur interiore vinculo copulatam eo valere, ut omnino pictura perfectae virtutis humanae pariter in singulorum hominum atque in communi civium vita conspicuae efficiatur; id quod considerando utriusque fonte, principio reali et ideali, fructu denique et effectu declaratur . . . . . . XXXIII—XLII.

V. Disquiritur de caussis et rationibus, quibus permotus Plato civitatem ad hominis similitudinem finxerit XLII—XLV.

VI. Investigantur caussae, cur philosophus civilem rempublicam, non communem universi generis humani societatem ad summae perfectionis speciem adumbraverit . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . XLV—XLVI.

VII. Civitatis Platonicae ratio insolentior unde originem duxerit, ostenditur, ideoque disquiritur de eius necessitudine cum aliis civitatum generibus deque Politiae et Legum Platon. nexu et coniunctione; de eius fontibus non a Protagora repetendis; de eiusdem institutis neutiquam a vitae usu et consuetudine plane alienis, sed aliunde ascitis; denique de Platonicae civitatis dignitate . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . XLVI—LIX.

VIII. Propositum Platoni simul hoc fuisse ostenditur, ut philosophiam probaret optimam esse politicam, quae una posset vitiis rerumpublicarum grassantibus mederi . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . LX—LXV.

IX. Ex consilio operis, quod antea est illustratum, declaratur universi operis forma et compositio, argumento totius dialogi atque disputationis ordine et progressu in brevi conspectu posito . . . . . . . . . . . LXV—LXXX.

X. Vindicatur indidem amplissimi operis unitas ac simplicitas, atque docetur, quid de eorum opinionibus existimandum sit, qui illud diversis temporibus frustatim scriptum esse voluerunt . . . . . . . . . . LXXX—LXXXIX.

XI. Docetur argumento et consilio scripti modo illustrato etiam titulum sive inscriptionem eius atque copulationem cum Timaeo ac Legibus optime convenire LXXXIX—XCIV.

XII. Disquiritur de Reipublicae Plat. tempore natali, eaque occasione primum agitur de eius nexu et coniunctione cum aliis libris Platonis; . . . . . . . . XCV—XCVIII.
deinde de vita et studiis philosophi inde a Socratis morte initis; . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . XCVIII—C.
tum locus expenditur, unde eam post Olymp. XCIX. 3. scriptam esse suspicari liceat; . . . . . . . . . . . . . . . . . C—CI.
denique redarguitur eorum sententia, qui Aristophanem iudicarunt Ecclesiazuzis iam ante Olymp. XCVI. 4. editis Platonis Politiam petiisse; . . . . . . . . . . . . . CI—CX.

XIII. Quaeritur de tempore, quo sermones Reipublicae habiti fingantur, ac simul agitur de personis vel tacite praesentibus vel cum Socrate colloquentibus CX—CXXVII.
Itaque primum quidem ostenditur, vulgari opinioni quaenam difficultates obiiciantur vel ex Socratis et Sophoclis, vel ex Thrasymachi, vel ex Glauconis et Adimanti, vel ex aliorum aetate oriundae, doceturque turbarum istarum fontem personati Plutarchi errorem quemdam esse; . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . CX—CXII.
deinde sermones Olymp. XCII. 2. vel 3. = 411. a. Chr. n. habitos esse docetur consideratis temporibus Lysiae, Protagorae et Prodici, itemque Lysiae et Euthydemi, Socratis, Critiae, Niccrati, Polemarchi, Timaei et Hermocratis, Pulydamantis, Theagis, Glauconis et Adimanti, qui non alii videantur esse quam germani Platonis fratres; . . . . . . . . . . . . . . . . . . CXIII—CXX.
denique huic rationi nec Cephali vitam nec Bendidiorum primum celebratorum mentionem ullo modo adversari demonstratur; . . . . . . . . . . . . . . . . . CXX—CXXIV.
eorum autem rationes, qui nuper sermones Reipubl. Olymp. LXXXVII. 2. vel 3. habitos censuerunt, erroris coarguuntur, anachronismi cuiusdam caussa aperta CXXIV—CXXVII.

XIV. Exhibetur elenchus codicum manu scriptorum, qui nuper ad Politiam excussi sunt, atque index commentariorum, editionum, interpretationum nobilissimi operis CXXVIII—CXXXVI.

# INDEX GRAECUS.

## A.


ἃ i. q. ἐά III. 394. A.
ἀβίωτόν ἐστιν ἀναγκαζομένῳ τινί III. 407. A.
ἀγαθὸν πρός τι VII. 522. A.
ἀγαπᾶν, magni aestimare, I. 331. A. contentum esse I. 330. B. V. 450. A. ἀγ. ἀποβαίνοντα II. 399. B.
ἀγαπητόν et ἀγαπητέον IV. 435. D.
ἄγειν ἐν τιμῇ VII. 538. D.
ἀγείρειν, colligere stipem, II. 381. D.
ἀγεννῶς VII. 529. A.
ἄγευστος φιλίας IX. 576. A.
ἀγνώμονες V. 458. D.
ἀγχίνοι καὶ ὀξεῖς VI. 503. C.
ἀγχίσποροι θεῶν III. 391. E.
ἀγύρται II. 364. B.
ἀγωγαὶ τοῦ ποδός III. 400. B. C.
ἀδαμάντινος II. 360. B.
ἀδαμαντίνως X. 619. A.
ἅδην et ἅδδην I. 341. C. VII. 541. A.
ἀδικοίην μέντ' ἄν X. 608. D.
ἀδικῶ, εἰ μὴ ἀδικῶ γε X. 608. D.
ᾄδοντες et διδόντες permut. II. 364. C.
Ἀδράστειαν προσκυνῶ V. 451. A.
ἁδροί V. 466. E.
ἀεί, iedesmal, I. 354. B. II. 360. A. al. X. 621. B. τοὺς πλησίον ἀεί VII. 539. B.
ἀεὶ μέν — ἀτὰρ καὶ νῦν II. 367.
ἄθερμος III. 387. C.
ἀθληταὶ ἀγῶνος et πολέμου III. 403. E. 416. D. VIII. 543. B.
ἀθρόοι πολλοί VI. 492. B.
αἴθωνες θῆρες VIII. 559. D.
αἰνίττεσθαι I. 332. B.
αἱρεῖ ὁ λόγος IV. 440. B. X. 604. C. — ἡμᾶς X. 607. B.
αἱρεῖσθαι ὥστε, id consequi, ut, III. 410. B.
αἱρήσασθαι forma soloeca IV. 422. D.
αἰτία ἐστὶ περί τινος I. 329. D.
αἰτίαν ἔχειν, perhiberi, IV. 435. E. al. accusari, VIII. 565. A. sequente nominat. cum infinitivo, VIII. 566. C.
αἴτιον, τὸ, αἰτιᾶσθαι, veram rei causam afferre, I. 329. B.
αἰτιᾶσθαί τινα, aliquem alicuius rei auctorem dicere, II. 379. C. X. 599. E.
ἀκεῖσθαι II. 364. C.
ἀκέραιος I. 342. C. III. 409. A.
ἀκήρατον ἐκβαίνειν III. 413. E. VI. 503. C.
ἀκμῆς χρόνος V. 460. E.
ἀκούοις ἄν X. 608. D.
ἀκράτεια, ἀκρατία et ἀκρασία τῶν ἡδονῶν V. 461. B.
ἄκρατος, perfectus, summus,. 397. D. VI. 491. E. VIII. 545. A.
ἀκράχολοι et ἀκρόχολοι III. 411. C.
ἄκροι ἰατροί et sim. II. 366. B.
ἄκροι εἰς φιλοσοφίαν VI. 499. C.





ἄκρος κυβερνήτης, i. q. τέλεος, I. 360. E.
ἀκρότατον, τὸ, V. 459. E.
ἄκρως, optime, perfecte, VIII. 543. A.
ἀλαζόνες λόγοι VIII. 560. C.
ἀλγεῖν τὸν δάκτυλον V. 462. D.
ἀληθινὸς, ὁ, τῷ ὄντι, I. 347. D.
ἀλίβαντες III. 387. C.
ἁλίσκεσθαι εἰς πολεμίους V. 468. A.
ἀλιτηριώδης V. 470. D.
ἀλλά frequentius repetitum IX. 591. D.
ἀλλ' ἄρα II. 374. B.
ἀλλὰ γάρ, ubi quid ex alterius mente obiicitur, II. 365. C. X. 600. A.
ἀλλά γε et ἀλλά — γε I. 331. B. I. 353. A. VIII. 543. C.
ἀλλὰ δή in obiectionibus positum II. 365. D. X. 600. A.
ἀλλ' ἤ IX. 601. A.
ἀλλ' ἤ et ἀλλ' εἰ IV. 440. D.
ἀλλὰ — μέν V. 475. E.
ἀλλὰ μή et καὶ μή I. 347. C. II. 366. C.
ἀλλὰ τί δή; at quid tum? II. 357. C.
ἀλλὰ τί μέλλει; at quidni? I. 349. D.
ἀλλὰ τί τοῦτο; sc. διαφέρει. V. 472. B.
ἄλλη ἡ πόλις, reliqua pars civitatis, V. 465. B.
ἄλλο, παρά τι X. 603. C. — ἄλλο et ἕτερον iunctum V. 439. B. — ἄλλο ἢ ὡς I. 335. A.
ἀλλόκοτοι VI. 487. C.
ἄλλος, praeterea, II. 357. C. III. 404. B. X. 618. A.
ἀλλότρια, τὰ σκοπεῖν IV. 433. E.
ἀλλότριαι σάρκες VIII. 556. C.
ἁλουργόν IV. 429. D.
ἄλφιτα II. 372. B.
ἀλώπηξ pro pelle vulpina II. 365. C.
ἅμα c. particip. VII. 521. D.
ἅμα τῷ τιμᾶσθαι ctr. V. 468. D.
ἁμαρτάνειν τι I. 339. C.
ἁμαρτάνειν τῆς ἐλπίδος VII. 517. B.
ὁμαρτήσω, forma soloeca III. 517. B.
ἀμεταστρεπτί X. 620. E.
ἀμήχανον κάλλος VI. 509. A.
ἀμηχάνῳ ὅσῳ IX. 588. A.
ἀμοιβαῖα, τὰ, carminum III. 394. B.
ἀμφιεννύναι constr. IV. 420. E. ἀρετήν V. 457. A.
ἀμφισβητεῖν, ὡς οὔκ, et sequente μή, VI. 502. A.
ἀμφότερα absolute positum V. 460. B. VIII. 555. D.
ἄν, quando verbo ἔδει adiiciatur I. 328. C. in formula καλῶς εἶχεν non addendum V. 450. E. — iuxta δοκεῖ locatum, ubi ad infinitivum pertinet IV. 422. B. — apud optativum omissum, ubi is modus ab antecedente ἄν affectus est I. 352. E. IV. 439. B. — interiecto ἔφη, οἶμαι, al. a verbo suo divulsum I. 333. A. — male iteratum IV. 420. C. — restitutum IV. 428. D. — in parenthesi post ὡς et optativum om. II. 360. B. — in interrogatione apud optativum om. IV. 437. B. — alia de causa ap. optat. om. I. 352. E. II. 361. C. 382. D. — omitt. ap. optat. ubi quid esse sumitur VIII. 549. A. — cum participio, quod articulum habet, iunctum I. 344. A. — participio additum in formulis ὀρθῶς ἂν λεγόμενον, ὀρθῶς ἂν προσαγορευόμενον, ctr. V. 478. A. VIII. 562. A. — cum infinitivo futuri iunctum VI. 506. A. — in ὀλίγου ἐπελαθόμην et sim. omissum VIII. 563. B. — cum adi. δυνατόν iunctum IX. 577. B. — repetitum X. 598. C. — cum indicativo futuri iunctum X. 615. D. — non construitur cum indicativo praesent. X. 610. A. — in formula κἂν εἰ μή V. 472. E.
ἀναβαίνειν c. accus. iunctum II. 365. B.
ἀναβάλλειν τι εἴς τινα III. 400. C.
ἀνάβασις, ἡ ἄνω, VII. 517. B.
ἀνάγειν εἰς τοὐπίσω VII. 528. B.

ἀναγκάζειν evincendi sign. pos. X. 611. B. — τινά τι V. 473. A.

ἀναγκαῖος et ἀναγκαία feminino genere promiscue usurpatum IV. 425. D. VIII. 554. A. 558. D. 559. B. 561. A. al.

ἀναγκαία ἑταίρα cum amphibolia dicitur IX. 574. B. 581. E.
ἀναγκαίως cum amphibolia positum VI. 527. A.
Ἀνάγκης ἄτρακτος X. 616. C.
ἀναγνωρίζειν de contrahenda familiaritate III. 402. A.
ἀναδασμὸς γῆς VIII. 566. A.
ἀναδεῖσθαι τροφῇ V. 465. D.
ἀναζωπυρεῖν ψυχὴν VII. 527. D. E.
ἀναιρεῖν de oraculis VII. 510. C.
ἀναιρεῖσθαι dicuntur in proelio interfecti X. 614. B.
ἀναλαμβάνειν, sermonem rursus suscipere, VIII. 544. B. — ἑαυτόν, vires reficere, V. 467. B. — τὰ ποιήματα, ctr. X. 606. E.
ἀναλογίζεσθαι καὶ σκοπεῖν I. 330. E.
ἀνάλογον et ἀνὰ λόγον VI. 508. B.
ἀναμνησθέντες ἐκεῖθεν VI. 489. E.
ἀνάξιον, usus quidam, VI. 491. A.
ἀναπηδᾶν VIII. 561. D.
ἀνάπηρον V. 460. C. VII. 535. D.
ἀνακινδυλεύεσθαι II. 362. A.
ἀνατιθέναι de donariis V. 469. E.
ἀνατρέπειν τὸν βίον IV. 442. B.
ἀναφαίνεσθαι VI. 484. A.
ἀναφέρειν, recreari, V. 467. B. — referre, sine accusat. obiecti usurpatum VI. 484. C.
ἀνδρεία an ἀνδρία num apud Platonem scribendum sit, VI. 490. C. VIII. 560. E.
ἀνδρείκελον VI. 501. B.
ἀνδρεῖος de disputatore II. 357. A.
ἀνδρηλατεῖν VIII. 565. E.
ἀνδριάς IV. 420. A.
ἀνέγγυος παῖς VI. 461. B.
ἀνειμέναι ἡδοναὶ, IX. 573. A.
ἀνειμένος VIII. 549. D.

ἀνειπεῖν de praeconibus usurpatum IX. 580. B.

ἀνελευθερία VI. 486. A.
ἀνέχεσθαι c. genit. part. II. 367. D. VIII. 564. E. X. 613. C.
ἀνήνυτα et ἀνόνητα πονεῖν VII. 531. A.
ἀνήρ, de certo quodam homine dictum non caret articulo I. 231. E.
ἀνθεῖν et ἄνθος de florentis aetatis pulcritudine V. 475. A.
ἄνθος, color purpureus, IV. 429. D. — de venustate et flore corporis V. 475. A. X. 601. B.
ἀνθρώπειος et ἀνθρώπινος nullo discrimine positum VI. 497. C.
ἄνθρωπος sine articulo pon. X. 619. B.
ἀνομοιοῦσθαι VIII. 546. C.
ἀνόνητα πονεῖν VI. 486. C.
ἀνορθοῦν et ἐπανορθοῦν I. 346. E.
ἀντέχειν, obdurare, widerhalten, VI. 492. C.
ἀντέχεσθαί τινος IV. 424. B.
ἀντί post comparativum X. 619. C.
ἀντικατατείνοντα λέγειν λόγον παρὰ λόγον I. 348. A.
ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου, sermonem alterius interpellare, quo ipse respondeas, I. 336. B. — τῆς παιδείας IV. 424. A.
ἀντιλογική V. 453. E.
ἀντίστροφον VII. 522. A.
ἀντιστρόφως VII. 539. D.
ἀντιτείνειν ἀλλήλοις VIII. 547. B.
ἀνύειν an ἀνύειν? VI. 486. C.
ἄνω καὶ κάτω μεταβάλλειν VI. 508. D.
ἄνω μητρός et sim. V. 461. C. sq.
ἀνωμαλία ἀνάρμοστος VIII. 547. C.
ἀνωφελής, perniciosus, VIII. 560. D.
ἄξιον ὅ τι καί, VI. 492. A.
ἀξιοῦν cum ἐθέλειν permutatum I. 349. B.
ἀπαγορεύειν, viribus deficere, VIII. 568. C.
ἀπαγορεύειν, ὅπως μή I. 339. A.



ἀπαλλάττειν κακίονα et κάκιον VI. 431. D.
ἀπαντλεῖν de evacuationibus corporis III. 407. D.
ἀπεργάζεσθαι de iis, qui oratione aliquid illustrant ac plene describunt VII. 540. C. — de pictoribus dictum VI. 504. D.
ἀπεργασία, picturae perfectio, VI. 504. D.
ἀπεργαστικόν c. infinitivo iunctum VII. 527. B.
ἀπερείδεσθαι εἴς τι VI. 508. D. — τῷ λόγῳ εἰς ἕν τι IX. 581. A.
ἀπέχθεσθαι et ἀπεχθάνεσθαι, I. 343. E.
ἀπιστεῖν — μή VIII. 555. A.
ἄπιστος IX. 576. A.
ἁπλοῦν, simpliciter verum, VIII. 545. D.
ἀπό, von wegen, VIII. 549. A. — ἀπό et ὑπό τινος γιγνόμενον III. 361. C. — cum substantivis iunctum VIII. 550. C. — ἄπο σκοποῦ V. 470. B.
ἀποβάλλειν, reprobare, V. 475. A.
ἀποδειλιᾶν II. 374. E. VI. 503. E. VII. 535. B.
ἀποδέχεσθαί τινος, probare aliquem, I. 329. D. 337. B. — cum genit. participior. constr. II. 367. D.
ἀποδιδόναι VI. 507. A. X. 612. C.
ἀποδρᾶναι et ἀποφεύγειν differunt I. 329. C.
ἀποδύρεσθαι X. 608. A.
ἀποκεκριμένον νόσημα III. 407. C.
ἀποκλάειν X. 606. A.
ἀποκλείεσθαι dicuntur aleatores VI. 487. B.
ἀποκναῖσαι III. 406. A.
ἀποκοπαὶ χρεῶν VIII. 566. A.
ἀποκτιννύναι et ἀποκτείνειν VII. 517. A.
ἀπολαμβάνειν sine accusativo obiecti IV. 420. C.
ἀπολαύειν cum accusativo et genitivo rei iunctum III. 395. C. — de rebus malis etiam dici solitum X. 606. B.
ἀπολείπειν de sermone dictum X. 603. E. — ἀπολείπειν οὐδὲν προθυμίας VII. 533. A. — ἀπολείπειν τί τινος VI. 504. C. — ἀπολείπεσθαι τῆς εἰκόνος, τοῦ λόγου, ctr. II. 375. D.
ἀπολογεῖσθαί τι IV. 420. B. V. 453. C.
ἀπομαντεύεσθαι VI. 505. E.
ἀπομαραίνεσθαι I. 324. D.
ἀπομισθοῦν τὰ ὦτα V. 475. D.
ἀπορεῖν τινος VIII. 557. D.
ἀποτείνειν ῥήσεις μακράς X. 605. D. — ἀποτείνειν μακροτέρους μισθούς II. 363. D.
ἀποτελεῖσθαι τύραννον VIII. 566. D. — dicuntur cupiditates, quum explentur, X. 581. A. IX. 558. E.
ἀποτολμᾶν VI. 503. B.
ἄπορον θῦμα II. 378. A.
ἀποῤῥαθυμεῖν V. 449. C.
ἀπόῤῥησις II. 357. A.
ἀποφαίνειν τινὰ παγγέλοιον VII. 522. D.
ἀποφεύγειν et ἀποδρᾶναι quid differant I. 329. C.
ἀποχετεύεσθαι VI. 485. D.
ἀποχραίνεσθαι IX. 586. C.
ἀποχρώντως IV. 429. A.
ἀπράγμων ἰδιώτης X. 620. C.
ἅπτεσθαι ἀντιλογίας V. 453. E. — φιλοσοφίας al. VI. 497. E. — τῶν λόγων VII. 539. A.
ἄρα, scilicet, ubi quis non ex sua ipsius sententia loquitur II. 358. C. — ubi quid praeter opinionem fieri indicatur II. 375. D. — cum imperfecto iunctum I. 362. A. IV 432. D. — longius a principio orationis remotum VIII. 547. B. — ironice post ἦ που illatum X. 595. B.
ἆρα, in oratione aliunde suspensa positum V. 462. A. — ἆρά γε — οὐδ᾽ ἴστε I. 328. A. — ἆρα τί VII. 526. B. — ἆρα pro ἆρα οὐ positum VIII. 566. A. — repetitum VIII. 566. A.
ἀργεῖν τινος II. 371. C.
ἄργυρος, vasa argentea, III. 417. A.
ἄρδειν καὶ αὔξειν VIII. 550. B X. 606. D.
ἄρδην ἀπολλύναι IV. 421. A.

ἀρέσκει ἐμέ VIII. 557. B.
ἀρετὴ δημοτική VI. 500. D. 518. D. X. 619. C. — ἀδέσποτόν ἐστιν X. 617. E.
ἀριθμοὶ αὐτοί VII. 525. D.
ἄρνυσθαι μισθόν I. 346. C.
ἀρξάμενοι ἀπό, inde ab, II. 366. E. III. 386. C. VI. 498. C. X. 600. E.
ἄῤῥατον VII. 535. B.
ἀρτιμελής VII. 536. B.
ἀρτίφρων VII. 536. B.
ἀρχή, quaestionis principium, philosophiae vindicatur, Argum. Libr. VI. p. 16 sqq.
ἀσκεῖν, se exercere, III. 389. C.
ᾄσθματος ὕπο VIII. 568. D. coll. 556. D.
ἀσμεναίτατα et ἀσμενέστατα I. 329. C.
ἄσμενος et ἀσμένως X. 614. E.
ἀσπάζεσθαι πόῤῥωθεν, Euripideum, VI. 599. A.
ἀστεῖος, ridiculus, I. 349. B.
ἄστρα καὶ σελήνη VII. 516. A.
ἀστράγαλοι I. 333. A.
ἀτελῆ σοφίας καρπὸν δρέπειν V. 457. B.
ἀτενής VIII. 547. E.
ἀτεχνῶς in comparatione VIII. 548. A.
ἀτιμάζειν τι τῇ διανοίᾳ III. 396. E.
ἀτιμίας genera VIII. 533. B. C.
ἄττειν X. 621. B.
αὖ, item, IV. 442. C. X. 606. C. — in una sententia bis positum VI. 503. D.
αὐγὴ ψυχῆς VII. 540. A.
αὖθις, posthac, VI. 510. D.
αὐλή, impluvium, I. 328. C.
αὐξάνεσθαι ἔννομον et sim. IV. 424. E.
αὔξειν μέγαν VIII. 565. C. IX. 591. D.
αὔξη et αὔξησις VI. 509. B. C.
αὐτίκα in exemplis afferendis I. 340. D.
αὐτό post fem. illatum I. 348. E. IV. 430. C. — de re gravissima capiendum ac de eo ipso, de quo sermo est, II. 362. D. — αὐτὸ δικαιοσύνη II. 363. A. V. 472. C. X. 612. B. — αὐτὸ πῶμα IV. 437. E.
αὐτόθεν VIII. 567. E.
αὐτοί et οὔ τι perm. I. 347. B.
αὐτός de domino positum I. 327. B. — ubi οὗτος exspectes III. 391. D. — cum irrisione repetitum II. 383. B. — post longiorem orationis intercapedinem nomini subiectum III. 398. A. — post relativum illatum III. 395. D. — ad subiectum indefinitum, quod non diserte expressum est, refertur I. 348. C. X. 588. B.
αὐτὸς ἑαυτοῦ c. comparativo iunctum III. 411. C.
αὐτός τε καί sequente alio verbo finito IV. 427. D. in appositione cum amplificatione facta III. 414. D. X. 568. E.
αὐτός τε — καὶ τὰ ποιήματα βουλόμενος ἐπιδείξασθαι III. 398. A.
αὐτοφυές, τὸ VI. 486. E.
ἀφανίζειν VIII. 565. E.
ἄφετον νέμεσθαι VI. 498. C.
ἀφιέναι sq. μή V. 451. B. 472. A. — ἑαυτὸν εἴς τι II. 373. D. X. 599. A. — τινὰ ἐλεύθερον c. infin V. 461. B. — πᾶσαν φωνήν V. 475. A.

*B.*

βαλάντιον et βαλλάντιον I. 348. D. IX. 575. B.
βαναυσία IX. 590. C.
βάπτειν ἔρια IV. 429. D.
βασανίζειν III. 413. E. — τὰς χορδάς VII. 531. B. — βασανίζεσθαι εἰς δικαιοσύνην II. 361. C.
βάσις, numeri incessus, III. 399. E.
βδελυρὸς εἶ et sim. I. 338. D.
βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου V. 461. E.
βίᾳ ἑαυτοῦ VIII. 554. C. — βίᾳ πρὸς ταῦτα, Trotz dem, VII. 528. C. — βίᾳ oppon. persuasio VIII. 548. B. — βίᾳ τῶν ἐχθρῶν VIII. 566. B.
βίαιος fem. gen. dictum X. 603. C.



βιόδωρος II. 381. D.
βίος, res ad vitam sustentandam necessariae, III. 407. A. — μακραίων II. 383. B.
βλέπειν πυκνά VI. 501. B.
βλίττειν et βλύττειν VIII. 564. E.
βλοσυρός VII. 535. B.
βοᾶν dicuntur ἐπιθυμίαι IV. 573. E.
βόρβορος βαρβαρικός VII. 533. D.
βοσκημάτων δίκην εἰς γῆν βλέπειν IX. 586. A.
βούβρωστις II. 379. D.
βούλεσθαι opp. τῷ δοκεῖν IX. 577. D.
βουλομένῳ ἐμοί ἐστιν II. 358. D.
βραχεῖ γέ τινι πλείω I. 330. B.
βραχύ τι γεωμετρίας VII. 526. D.

*Γ.*

γανόω III. 411. A.
γάρ in formulis βδελυρὸς γὰρ εἶ, συκοφάντης γὰρ εἶ ctr. I. 338. D. — exiguo intervallo repetitum IX. 575. C. D.
γὰρ καί, denn auch, I. 328. B.
γε repetitum I. 332. B. 335. B. 348. C. 354. A. III. 395. A. V. 466. A.
γε δή I. 330. C.
γέ μοι et γ' ἐμοί I. 329. A. 352. D. al.
γέ τοι δή V. 476. E. VI. 504. A.
γέλοια et γελοῖα V. 452. A.
γέλως ὥςπερ κῦμα ἐκγελῶν V. 473. C.
γένεσις tribuitur rebus sensibus subiectis VII. 524 A sqq.
γενναῖον de cibis II. 372. B.
γενναῖον ψεῦδος III. 414. B.
γευστέον VI. 537. A.
γηροτρόφος ἐλπίς I. 331. A.
γίγνεσθαι τῇ διηγήσει κατά τι et τῷ λόγῳ ἔν τινι III. 396. D.
γλίσχρως φείδεσθαι, al. VI. 488. A. VIII. 554. A.
γνωματεύω VII. 517. A.
γνώσεται, sentiet, vi comminandi, VIII. 569. A.
γνῶσις ἐπὶ τῷ ὄντι ἐστιν V. 477. A.
γοητεύειν III. 413. A. B.
γοῦν repetitum VIII. 554. B. — confirmat X. 585. A.
γραμμὴ ὥςπερ et γραφὴ ὥςπερ VII. 534. D.
γρυπόν, τὸ, βασιλικόν ἐστιν V. 474. D.
γυμνοί V. 473. E.

*Δ.*

δαίμονες X. 620. D.
δαιμόνιον πρᾶγμα λέγεις VII. 531. C.
δαιτυμών I. 345. C.
δάκνειν de amore V. 474. D.
δανείζειν VIII. 555. C.
δέ post demonstrativa iteratur IV. 431. A. VI. 505. E. — in sententia iterata repetitum VI. 505. A. — post τε illatum II. 367. C.
δὲ ἄρα IV. 445. A. IX. 589. E. X. 600. C.
δ' οὖν I. 330. E. IV. 440. A. V. 473. C. X. 608. A.
δεῖ τοῦ ἐπικρινοῦντος VII. 524. E.
δεῖ τῶν ἀρχόντων ἄκρον εἶναι non falsum V. 459. B.
δεῖν num post verba putandi omissum putari debeat VI. 504. E. — c. dat. pers. X. 608 D.
δεῖσθαι ἐν ἀνάγκῃ VIII. 567. B.
δεινοί sophistae appellati I. 337. E.
δέος c. accus. obiecti constructum V 465. B.
δεῦρο δή V. 477. D.
δεῦρό μοι IV. 445 C.
δευσοποιόν IV. 430. E.
δέχεσθαι λόγον VII. 531. E.
δή τις II. 372. E. VI. 498. A.
δηλώσει, res ipsa docebit, VI. 497. C.
δημεῖον, τὸ, IV. 439. E.
δημηγορεῖν I. 350. E.
δήπου in interrog. interpositum IV. 439. A.
διά c. accus. causam remotiorem indicat IX. 609. E. — δι' ἑαυτόν, sua culpa, IV. 419. A. — διὰ πασῶν IV. 432. A. — διὰ χρόνου IV. 432. A. — διὰ στομάτων φθέγγεσθαι V. 463. E.

διαβάλλειν τινάς, amicos disiungere, entzweien, VI. 498. C. — τινὰ εἴς τινα VII. 539. C.
διαγράμματα VII. 529. E.
διαγράφειν, designare, adumbrare picturam, VI. 500. E.
διαδέχεσϑαι τὸν λόγον IX. 576. B.
διαδιδόναι λαμπάδια I. 328. A.
διαδικάζειν X. 614. C.
διαϑρυλεῖσϑαι τὰ ὦτα II. 358 C.
διαιρεῖσϑαι, disceptare, definire, III. 400. C. IX. 571. B. — κατ' εἴδη V. 453. E.
διαισϑάνεσϑαι III. 409. B.
δίαιτα μακρά III. 406. D.
διαλλάττειν X. 620. B.
διακαϑαίρεσϑαι, purgari, dicuntur sensus III. 411. D.
διακονία πόλει VI. 493. D.
διαλαμβάνειν τινά, medium comprehendere, X. 615. E.
διαλέγεσϑαι et ἐρίζειν V. 453. E.
διάλεκτος, disputatio, V. 453. E.
διαμαρτάνειν τινός, falso de aliquo iudicare, I. 334. D.
διαμαχετέον, forma soloeca, II. 380. B.
διανεῖν τὸν λόγον IV. 441. C.
διανέμεσϑαι IX. 572. E
διανοεῖσϑαι πρός τινα I. 343. B. — ὑπέρ τινος ὡς ἀδελφοῦ III. 414. D. E. — ὡς c. genit. partic. I. 327. E. I. 409. C. V. 470. E. VII. 523. C.
διάνοια, quid sit, VII. 533. E sqq. tribuitur mathematicis VI. 511. B. C. D. Argum. Libr. VI. p. 16 sqq.
διαπράττεσϑαι absolute positum III. 411. D. — ὥςτε c. inf. vel simplici infin. II. 360 A. — de cupiditatis expletione IX. 586. C.
διασκευωρεῖσϑαι VII. 540. E.
διασοφίζεσϑαι X. 607. C.
διαστέλλεσϑαι, i. q. διορίζεσϑαι, VII. 535. B.
διάστημα VII. 531. A.
διασώζειν τὴν παροιμίαν I. 329. A.
διατάσεις κεφαλῆς III. 407. C.
διατείνειν, pertendere, II. 358. D.
διατεταμένος et διατεταγμένος perm. V. 474. A. VI. 501. C.
διατρίβειν πρὸς φιλοσοφίαν VII. 510. B.
διαφέρει τις ἰδεῖν VI. 495. E.
διαφέρειν πρός τι VII. 527. C.
διαφερόντως seq. ἤ V. 455. C. VII. 538. B.
διάφορός τινος II. 360. C.
διαφορότης IX. 587. E.
διδάσκειν τινά χείρω IV. 421. E.
διδάσκεσϑαι, institui curare, V. 467. E.
διδόναι II. 364. C.
διδόναι τινὰ πληγαῖς IX. 574. C. — διδόναι ϑανάτῳ, leto dare, VIII. 566. C. — διδόναι χορόν τινί II. 383. C. — δημηγορικήν, tradere orandi artem, II. 365. D.
διελκύειν ὀφϑαλμούς IV. 440. A.
διεξιέναι διὰ πάντων, caede per omnes sibi viam parare, VII. 534. C.
διέξοδοι, effugiendi et elabendi viae, III. 405. B.
διέρχεσϑαι πάντα ἀδικήματα, de eo, qui omnia facinorum genera exercet, III. 409. A.
διεσπαρμέναι φύσεις V. 455. D.
διηγήσεως genera III. 392. D sqq.
διῆμεν et διήειμεν VI. 489. E.
δικάζειν τινί X. 614. D.
δίκαιον γοῦν, responsio, V. 455. A.
δικαιοσύνης definitio IV. 433 B. sqq.
δίκην ἔχω VII. 529. C.
Διομήδεια ἀνάγκη VI. 493. D.
διομολογεῖσϑαί τινί τι V. 472. B.
διότι γυνή, et sim. V. 455. E.
δίφρος I. 328. C. — δίφρος πόλεως VIII. 566. D.
δίψα et δίψη IX. 585. A.
διωκάϑειν II. 375. A.
διώκειν δικαιοσύνην VIII. 545. A. — τι κατὰ τὰ ὀνόματα V. 454. A.
δοκεῖν simul personaliter et impersonaliter positum III. 411. D.
δοκεῖν et εἶναι opp. IV. 423. A.
δοκεῖν φαίνεσϑαι II. 381. E.
δοκιμάζεσϑαι dicitur virtus III. 407. C.
δοκοῦμέν μοι IV. 432. E.
δόξα et ἐπιστήμη VI. 506. C. — δόξα quid sit, V. 400. C. — δόξα et γνώμη quid differant V. 476. C. D. E. sqq.
δοξάζειν quid sit, V. 478. A. sqq.
δορυφορεῖν τινα IX. 574. D.
δουλεία ὑπό τινος V. 469. C.
δουλεύειν τῇ κτήσει τινός VI. 494. D.
δοῦλος τὰς μεγίστας δουλείας IX. 579. D.
δοῦναι καὶ ἀποδέξασϑαι VII. 531. E.
δρᾶμα, metaphorice positum, V. 451. B.
δρᾶν τὸ ἀδικεῖν, iniustitiam exercere II. 366. D. — οὐδὲν ἀγαϑόν VIII. 559. A.
δρέπεσϑαι καὶ νέμεσϑαι metaph. III. 401. B.
δριμύ et δριμύτης de ingenii acumine V. 458. D. VIII. 564. D.
δρομεῖς X. 613. B. C.
δύναμιν εἰς, ὅτι μάλιστα, V. 458. E.
δύναμις de vi et natura rerum II. 358. B. V. 477. B. al. — ἡ τοῦ διαλέγεσϑαι VI. 511. B.
δύνασϑαί τι II. 377. C. V. 478. A.
δυνατός ἐστι γίγνεσϑαι V. 471. C.
δυνατόν male sine ὄν positum VII. 519. D.
δυςέκνιπτα II. 378. E.
δυςϑανατεῖν III. 406. B.
δύςνοι et δύσνοοι V. 450. D.
δυςξύμβολος VI. 486. B.
δυςχεραίνειν c. accus. II. 362. B. — περί τι V. 475. B.
δωμάτιον, thalamus, III. 390. C.
δῶρα ϑεοὺς πείϑει III. 390. E.
δωροδόκοι III. 390. D. E.

## E.

ἐάνπερ et ἐάν γε III, 389. D.
ἐάν τε, non subsequente ἐάν τε, VIII. 568. D.
ἐάν τε καί — ἐάν τε καί V. 471. D. VIII. 557. A.
ἐγερτικὸν νοήσεως VII. 523. D. E.
ἔγγεια VI. 491. D. VIII. 546. A.
ἔγγονος et ἔκγονος II. 365. B.
ἐγγὺς ϑεῶν εἶναι III. 388. B.
ἐγκρίνειν εἰς ἀριϑμόν τινα VII. 537. A.
ἐγκύπτειν VIII. 555. E.
ἐγκωμιάζειν τινά τι II. 363. D.
ἐγχωρεῖ c. dativo et accusat. c. infinit. simul iunctum III. 408. E.
ἐϑέλειν pro μέλλειν etiam d. animantibus et hominibus dictum II. 375 A. — de rebu- inanimatis II. 370. B. — ἐϑελήσω, usus quidam. I. 338. C.
ἐϑελόδουλοι VIII. 562. D.
ἔϑνος I. 351. C. IV. 420. B. 421. A.
εἰ, post ἐάν illatum VII. 540. C. — duplex VIII. 558. B. — post ἐϑαύμασα τόδε I. 348. E. — εἰ et εἴπερ sine verbo finito usurpatum VI. 497. D. — non iunctum coniunct. VIII. 579. D.
εἰ — ἤ i. q. πότερον ἤ I. 339. A.
εἰ δέ I. 351. C.
εἰ δὲ μή γε IV. 425. E. II. 375. C.
εἰ δεῖ ἀκολουϑεῖν τοῖς εἰρημένοις I. 332. D.
εἰ μὲν βούλει — εἰ δέ IV. 432. A.
ει μὲν οὖν elliptice dictum IV. 421. A.
εἰ μὴ ἀδικῶ IV. 430. E. X. 608. D. 612. D.
εἰ μὴ εἰ IX. 581. D.
εἰ μή τι, ἀλλά — VI. 509. C.
εἰ μή τι ἄλλο et εἰ μή τι, ἀλλὰ — VI. 502. A.
εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις IV. 430. B.
εἴ μου μανϑάνεις III. 394. C.
εἰδέναι c. genit. constr. II. 375. E.
εἰδέναι et οἴεσϑαι opponuntur III. 392. B.
εἴδει, ἐν, φαρμάκου III. 389. A.
εἰδωλοποιεῖν X. 605. C.
εἶεν I, 341 A. — subsequente interrogatione IV. 424. E.
εἰκάζειν τῷ λόγῳ II. 377. E. — verbi augmentum V. 473. C.
εἰκασία scientiae genus Prolegg. ad Libr. VI. p. 16 sqq.
εἰκοσαετίδος et εἰκοές τοιοσδ V. 460. E.
εἰκότως, verisimiliter, VI. 503. B.

εἰλήσεις II. 380. E. III. 404. B.
εἰλικρινές, vox Platonica, V. 477. A.
εἱμαρμένη sine articulo pon. X. 619. B.
εἶναι c. participio iunctum II. 374. E. al. — περί τι X. 602. C. — additum in talibus: ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων V. 459. B. — εἶναι ὄντως, τελέως, ὅ ἐστιν et sim. X. 597. A. — εἶναι μᾶλλον IX. 585. C.
εἴπερ μέλλει et μέλλοι V. 460. C.
εἰπόντος σοῦ ἐννοῶ II. 370. A.
εἱργμοί VI. 495. D.
εἰρήνη τῶν τοιούτων I. 329. C.
εἰς δύναμιν ὅ τι μάλιστα V. 458. E.
εἷς μόνος VIII. 548. C. X. 597. C.
εἰς τὸ μέσον φθέγγεσθαι I. 336. B.
εἰσδανείζειν VIII. 555. C.
εἰσέρχεσθαι voc. scenicum IX. 580. C.
εἰσέρχεταί τινι δέος I. 330. D.
εἰσοικίζεσθαι κατὰ σμικρόν IV. 424. D.
εἰσφέρειν, symbolam conferre, absolute positum I. 337. D.
εἰσφοραί I. 343. D.
εἶτα, atque tum, V. 462. A. post particip. illatum II. 359. C.
εἴτε — ἤ II. 364. E.
εἴτε καί — εἴτε καί V. 471. D.
ἐκ γειτόνων VII. 531. A.
ἐκ τῶν εἰκότων II. 362. C. IV. 422. C.
ἕκαστος post ἀλλά ex praecedenti οὐδείς intelligendum II. 366. C. 382. A. VIII. 561. B.
ἐκβαίνειν διαίτης IV. 425. E. — τινός et τι I. 338. E. — ἐνθαῦτα, de sermone, VIII. 568. D.
ἐκβάλλειν ῥῆμα V. 473. E.
ἐκγελᾶν V. 473. C.
ἔκγονος et ἔγγονος II. 364. E. — ἔκγονος et τόκος VI. 507. A.
ἐκδιδόναι, nuptum dare, II. 362. B. X. 612. D.
